

Primo de commendatione medicine.
Secundo de informatione medici.
Tertio de regimine sanitatis.
Quarto de egritudinibus particularibus que sunt a capite usque ad pedes.
Quinto de egritudinibus universalibus hoc est de febribus.
Sexto de crisi et de diebus creticis.
Septimo de venenis.
Octavo de decoratione.

¶

Addita est practica perutilis de novo in lucem prodita de noticia et curatione universarum febrium et earum accidentibus donum dei vocata: quinque tractatus cõtinens una cũ tabula sive emporio omnium capitulorum.

Cum gratia et privilegio.

¶ Nicolaus de Landa agri Rothomagensis medicus studiosissimo probatissimoque magistro Michaeli capelle artium et medicine doctori. S. P. D.

Leontinū gorgiam eminentissimū illū virum eum (qui primus Athenis dicendi genus inuasit) dicere solitū scripsit Plato vir studiosissime. Nihil hoībus a dijs immortalibus relatū salubrius: nihil vtilius nihil denique humane necessitudini accōmodatius quam artium adinuentiones traditionesque quas suos illustratores cultoresque superis assignasse celoque dicasse plerūque autumāt. Eam ob rem medendi artem qua nullus (auctore Plinio) fructicosior nō mediocriū virorum cōplusculi illustrauerunt excolueruntque. Et horum imprimis hypocrates chous vir arte et facundia insignis qui dogmaticorum medicorū heresiarcha factus primus apud grecos medendi precepta clarissime condidit: quē dyocles caristius hypocratice hereseos sectator primus: secundus fama atque etate existens maiori ex parte imitatus est: post quos paraxagoras chius et chrisippus demūque erasistratus chius viri nō ingloriosi hanc dogmaticam heresim exercuerunt. Fuit et alia medices factio quam Empericam ab experimentis appellant et eam in sicilia a creonte agringentino empedoclis phisici authoritate cōmendato traditam inuentāque Serapion alexandriensis: deinde apolonij duo pater et filius. alijque cōplures inartificiose empericeque coluerunt. Sed et Herophilus calcedonius subtilioris quidem secte (vt aiunt) conditor ante oēs celebratam rationē eamque paulatim efficacissimo vsu rerum omniū magistro repertam peculiariter vtique ad verba garrulitatēque descendens in methodoicā sectam cōmutauit. Quā asclepiades bithineus (qui et maior vocatus est) themisonque laudiciensis eius discipulus argumētis (vt dicunt) acerrimis fortissimisque rōnibus vallauerunt. Cōpleuit illā thessillus italus qui (author est Varro) cuncta maiorum placida deleuit et rabie quadam in oēs eui medicos perorauit. Et ij sunt quos prima secula nouerunt. Hos autem longo temporū interuallo subsecuti sunt Galenus pergamensis quē medicorum principē cōmuniter ferunt. Albubetri arazi zacharie filius princeps aboali abinsceni alijque nō pauci quorū nomina celebratiora clarioraque sint quam vt aliene cōmemorationis indigeant. Paucis vero ante nos seculis inter ceteros medicos excelluit vir clarissimus et medendi scientia celebratissimus Bertrucius Bononiensis qui ea tempestate tamquam Asclepius colebatur: cōsulebaturque in medellarum disciplina. Cuius antidota decretaque veriora atque certiora existimabantur: de cuius laudibus cū dixerimus plura: plura profecto dicenda supererunt. Hic enim cum non paucos iāiam deploratos ad vitā reuocasset: cūque multa ex medicine cultoribus secretiora deprompsisset terapenticā artis medices partem luculenter dogmatice methodoiceque atque emperice pertractauit. Nō minus vero et ea que ad passiologiā causilogiāque atque signatiuam pertinent disseminans hoc quasi quoddā medellarū omniū prōptuarium in parua coniectum formula singulari ingenio cōpilauit: vt qui viuus viuentibus profuisset: ita defunctus posteris mederetur. Quantū in hoc doctrine: quantū eruditionis: quantū vtilitatis contineatur statim diligens lector agnoscet. Quocirca singulos quotquot medicamentorum studiosi sunt hortor itemque moneo vt istud clarissimū Bertrucij cōpendium subinde consulant in manibusque iugiter habeant. Ipsos enim scio Bertrucij dogmatibus euadere doctiores. Quantū vero tibi mi Michael dilectissime res medicorum debeat qui istud in lucem reuocari procuras quique calcographis imprimendum cōmisisti maiori narratione ampliusculaque eloquentia indigeret. Vale.

Sequitur tabula collectorij bertrucij.

Finis tabule Collectorij Bertrucij.

Tabula practice q̄ donū dei dr.

Finis.

Collectoriũ medicine vtilissimũ ac pernecessarium Bertrucij bononiensis sue etatis medicorum principis.



Quoniaz vt ait galenus medicorum princeps in de sanitatis ingenio libro.vij.ca. primo. librorum cōpilatio tribus de causis fieri dignoscitur. Primo ad exercitium proprij intellect⁹. Secūdo ad remediādū obliuioni que in senio fit. Tertio ad satisfaciendum petitionibus amicoꝝ. Idcirco ego bertruci⁹ generatione lombardus in scientia medicine bononie cōuocatus dispendia atq; varietates in pte practica medicine considerās intellectum sic ꝙ plurimorū in ipsa operari volētium cōturbare: quia nup introducti scriptis obscuris intricantur: tum quia intelligentes ꝛ prouecti scribentiū multitudine disturbantur: tum quia per regiones ꝓficiscentes mole cartarum obruuntur: etiaz quia moderni tpis philosophi breuitate scripturarum oblectantur: remedia omniū passionum corpori humano accidere possibilium stilo quo potero breuiori: ordine quoq; cōuenientiori auctorum imitans vestigia: ꝛ proprie Ipo. gal. ras. ꝛ auic. ꝛ nouissimo Ioh. hebemi. nihilq; proprij ponēs: sed quod expertum est et ab expertis traditum pro posse lucidius exarabo. In collectiōe aūt presentis opusculi quod collectorium nūcupare desidero ordinem auic. in suo libro canoñ. obseruabo. faciam nāq; ex ipso duos libros generales. In quorum primo loquar de egritudinibus particularibus que sunt a vertice capitis vsq; ad plantaz pedis: ipm in tractatus.xij. diuidens more tertij canoñ. eiusdem: ita vt primus tractatus istius prime fen illius ꝛ secundus secūde. ꝛ sic deinceps plurimū corrñdeāt vt hic dicta promptius ꝛ facilius dictis auic. comprobentur. In secundo libro loquar de egritudinibus vniuersalibus stilo ꝛ ordine quarti canoñ. obseruatis. Antidotariū autē non subdā propriū: sed in singlis curis antidota ꝓpria conficiā: vel ad antidotarium nicolai salernitani transmittā: qui de antidotorum descriptione iuuamento ꝛ administratione breuiter ꝛ clare scribens apud cōmuniter operantes oim nationū redditus est acceptus. Anteꝙ tamē hunc laborē operosuz aggrediar tria non sine iuuamento premittam capitula. Primū de medicina. scdm de medico. ꝛ tertium de corpore medicando. et erunt sicut preludium ꝛ pregustatio dicendorum. Uerum qm̄ in totius vniuersi compagine a summo philosophoꝝ magistro cōpertuz est vnum esse principiū quod soluz sibiipsi sufficit ex se: quia est id qd est cui cuncta subsunt et ad quod cūcta respirant quodq; suā bonitatem oibus tribuit affluēter: idcirco bene se habet exordium p̄sentis operis ad eius fontalem originē decurrere atq; ab ipso scribendi gratiā impetrare quaten⁹ digne' assumpti laboris eē propiti⁹ initiator: largissimus adiutor ꝛ perfectissimus cōsummator: qd vt fiat humiliter sibi verbū deuoti Ioh'is hebe mesue scriptū in suo de medicinarum cōsolatione ꝓhemiali ca. parafo. dicētis. hoc opus aggredior auxilio ꝛ bonitate dei cōfisus qui sit benedict⁹. fac igitur potentissime de⁹ sermonum meorū felicem congeriē de thesauro largitatis tue qui es omnia felicitans.

¶ De commendatione medicine. Cap. primum.

Medicina artiuz p̄clarissima. hec verba prim⁹ medicinalis sciētie repertor Ipocrates q̄ nunq; aliquid eoꝝ que dicit false vel fabulose protulit: vt de ipo Gal' ij. de crisi. iij. ca. asserit euidēter. Ad cōmendationē sue artis in libro de lege ꝓtulit excellēter intendēs in ipsis talē rōnē. Illa ars sine sciētia merito est oim p̄clarissima. cūctisq; p̄ferēda de q̄ in oi' genere suarū causarū reddit' rō sz medicina est hmōi: ergo medicina est artiuz preclarissima. Maior p3 ex terminis: quia subiectū ꝛ predicatū vel sunt oino idē vel se se necessario cōsequūtur. Assumptū ꝓbatur per oim causarū genera discurrēdo. Incipiamus igitur a nobiliori causarum: quia ab eo quod bonum est op3 vt incohoemus: vt dicit Gal' in libello de malicia complexionis diuerse. Redditur ergo medicinalis scientia ex parte sue cause formalis cunctis aliis ꝙ sublime preferenda ꝓpter tria. Primū est sue

cognitionis certitudo siue efficacia demonstrandi. Secundū est sue imitationis celsitudo siue gradꝰ subalternādi. Tertiū est sue cōsiderationis altitudo siue profunditas speculandi. Primum reddit ipsam fixam ⁊ immobilem. Scōm celsam ⁊ humilem. Tertiū honorabilem ⁊ difficilem. De primo dicit gal. in quinto primi amphor. ⁊ auic. secundo canon. c. ij. de cognitione medicinarū per ratiocinationem ꝙ inter omnes artes ⁊ sciētias sola medicina duobus vtitur tanꝗ instrumentis: experimento scʒ ⁊ ratione: cum alie sciētie sola vtantur rōne necꝫ omnes eā: sed quedam formali tantū: vt mathematica. quedaʒ formali efficiente ⁊ finali: vt naturalis philosophia prout in ꝓlogo libri phisicorum edocet auerroys in commento. De secundo scribit cōmentator alexādrinus in libro sectarū dicens. philosophat quippe medicus circa humanum corpus: sicut nācꝫ philosophia est medicina aīe: ita medicina est philosophia corporis. Et gal. 3. de crisi ait. Vide qm̄ non est possibile vt inueniā aliquā operationum huius artis: nisi per vsum principioꝝ certoꝝ quapropter vocauit me necessitas ⁊ ad addiscendum scientiā naturalē ⁊ inuestigandū speculationem in ea. Et auerroys p̄mo colliget dicebat. medicina est ars operatiua exiens ex principijs veris. i. verificatis in philosophia naturali. de qua philosophia loquitur Sene. xxxiij. ep̄la ad lucillum. Dei munus est ꝑ quod viuimꝰ: philosophie vero qd̄ bene viuimus. In quibus verbis ipsam primo omniū rerum principio cōparat euidenter. Nam per philosophiam deum atcꝫ omnē veritatē speculamur. Iuxta illud Arist. ij. metha. vocari philosophiam veritatis sciētiam recte se habet: sed per dei ⁊ totius veritatis speculationem felicitamur. Iuxta illud Aristo. xiiij. ethicorum. Dei itacꝫ operatur beatitudine differens speculatiua quedam est. humanorum autem que huic cognatissima felicissima est: sed per felicitateʒ deo assimilamur. Iuxta illud ibidem. Dijs etenim vita omnino beata est: hominibus aūt intantum inquantum similitudo quedam operationis huic inexistit. Aliorum autē animaliū vllum felix nequaꝗ: sed per assimilationem deum amamus ⁊ ab ipso amamur. iuxta illud ibidem circa finem. Sapiens amantissimus deo est: quia sibi simillimus. De tertio scribit Jo. damas. in suis amphor. Certe in medicina immensa est profunditas: operari autē ſm libros sine solerti ingenio ⁊ perfecta ratione molestuʒ est. Et subdit. Vita hominum breuis est ad cognoscendū vires omnium terrenascentium: tu autē que in paruulo sunt: ⁊ in quibus oēs consentiunt ⁊ maxime que tu probasti: tene: que vero contrariuʒ relinque. Eius autē difficultas ex alio percipitur: quia cunctas presupponit scientias eis vtens tanꝗ suis ministris. vtitur grāmatica propter eruditioneʒ: logica ꝑpter ratiocinationem: philosophia propter cognitionē: mathematica propter dierū creticorum computationem redditur. Secūdo medicinalis sciētia est cūctis ꝗ sublime preferēda ex parte sue cause materialis etiam propter tria. Primum est sui subiecti intensa nobilitas siue celsitudo. Secūdo sui subiecti extensa capacitas siue latitudo. Tertium est huius artis immensa necessitas siue valitudo. necessitas nācꝫ ex materia dependet absoluta sicut a fine conditionata: vt probatur. ij. phisicorū vltimo. ca. De primo scribit gal. in commento primi amphor. dicens. subiectum quippe medicine non est lapis. corium: aut lignum: sed corpus nobile atcꝫ gloriosum: corpus scilicet humanum de quo loquens Auicen. primo canon. fen prima. ca. primo dico ꝙ deus ait. donauit autē deus homini meliorem cōplexionem ꝗ in mundo esse est possibile cum suarum virtutum conuenientia quibus agit atcꝫ patitur. De secundo loquitur Aristo. ij. phisicorum. dicens. Est nācꝫ homo quodāmodo omnia: ⁊ ideo microcosmus. i. minor mundus ab antiquis enunciatus est. Continet enim homo in se primo entia diuina propter intellectiuam partē sui: vt dicitur. iij. de anima. Intellectus auteʒ de numero abstractorum est. Continet entia celestia propter spiritus quos in se habet. Spiritus nancꝫ est substantia corporea ex commixtione quatuor elementorum causata vergens in similitudinem supercelestium corporum: vt scribit Auicen. in libello de viribus corď. capitu. ij. Continet tertio naturam elementorū quatuor. nam vt ait Auic. primo canon. fen prima. capi. de membris. Membra sunt que ex prima humorum commixtione generantur:

quemadmodum humores ex prima ciborum et cibi ex prima elementorum commixtione procreantur. Continet quarto naturam mineralium cum operationum suarum miranda proprietate atq; stupenda raritate. Naz si magnes ferrum attrahit:non tamen inter ferruz hoc vel illud distinguit. Et si magnes ferruz attrahit:non tamen aliud a ferro a se repellit. Membra autem nostri corporis sic ad se attrahunt iuuatiuum quod ab ipso discernunt nocitiuo:et ita agunt in nutritiuuz q; expellunt a se superfluum. Continet quinto naturam plantarum:quia habet in se virtutem naturalem z ministrantem z cui ministratur:qua vegetat:nutrit:generat:z augmētat. Continet sexto naturam animalium:q: habet intra se principia quib⁹ animal a nō animali distinguitur scilicet sensum et motū De tertio loquitur Cassiodorus libro sexto epistolaruz variarum. inter vtilissimas res quas ad substentandum humane fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt natura prestare videtur aliquod simile quod potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa eñi morbo periclitātib⁹ materna gratia semper assistit:ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate cōfligit et ibi nos nititur defendere vbi nulle diuitie:nulla dignitas potest subuenire. Huic alludit dictum sapientis Ecclesiastici.xxxviij.capitu.dicentis. Honora medicuz propter necessitatem.etenim creauit eum altissimus. Additur tertio medicinalis sciētia omnibus alijs precellenda ratione sue cause efficientis etiam propter tria. Primum est actorum suorum reuerenda vetustas. Secundum est actorum suorum solers atq; studiosa sagacitas. Tertium est actorum suorum amica atq; placabilis tractabilitas. De primo loquitur Aristo.ij.metha.non solum gratias debemus ijs qui bene dixerunt: sed et qui male. aliquid enim nobis boni contulerunt:nāq; habitum nostrum preexercitati sunt:et ideo si verosius non fuisset thimotheus non esset:et ita multa melodia careremus. Actores autez medicinalis scientie primi omnium fuerunt. Nam primus medicine repertor fuit apollo et filius eius esculapius anteq̄ principia aliarum scientiarum forent aliqua tenus reperta:ipsorum tamen scripta ad nos non peruenerunt ꝑpter interruptionem studij ex diluuio mundi. hunc igitur apollinem homines sui temporis intantum admirati sunt:vt potius diuinum quam hominem nuncuparent:propter quod et gentiles vsq; ad hodierna tempora deum sapientie predicant ac adorant. Primus medicine artis repertor cuius scripta ad nos peruenerunt fuit Ipocrates chous: vt dicit Gal. in commento illius ampho. tertie particule. Egritudines in pluualibus: et si nanq; ipsum precesserint medici de assidis:vt patet primo regiminis acutorum:illi tamen potius emperici fuerant quam rationales. Iste igitur Ipocra. non solum medicis:sed et philosophis Platoni et Aristo. principia tradidit sue artis: teste Galeno septimo de ingenio sanitatis capitulo pmo dicente. Ipocrates quidem bonus fuit agricola qui primum hanc artem seminauit. indiget autem et aliquo qui semina eius augeat et irriget. Secundum probat suorum actorum copiosa varietas. non enim reperitur alia scientia tot scribentium calamis exarata:ipsam nanq; perfecte tradiderunt Ipocrates. Galen⁹.diasco.rasis z nunc tempore nouissimo Auicen. et auerroys et plures qui sequūtur: propter quod dicit auerroys quarto colliget capitu.de signis totius complexionis. Nec ob hoc despicias que in hoc libro nostro reperies si ipsa reperisti in alijs pluries:neq; cribrans idem homo vnuz modium sabuli vt vnicam margaritam reperiat:huic arridet dictum cassiodori secundo epistolarum variarum. Omne scientificum quanto profundius queritur tanto gloriosius reperitur. et. Iohannes damascenus libros peritorum veterum relegere:eosq; diligenter discutere omnem sapientem iuuat. De tertio loquitur Galenus tertio de virtutibus naturalibus capitulo tertio. Deprecor omnes audientes libros meos discere illam inuestigationem discutere: quaz quidem sophisticam intentionem requirunt. hec enim intentio non generat nisi bellum atq; litem rabiosam:sed conuertant studium suum ad iudagationem virtuti pertinentem studium et veritatez sectantes. redditur quarto z vltimo medicinalis scientia super oēs alias gloriosius extollenda ex parte sue cause finalis etiā propter tria. Primum est lucri copiosa

acquisitio. Secundum honoris atque amicorum iocunda adeptio. Tertiũ anime vltima ac perfecta felicitas. De primo loquitur auicen. primo canonis. fen prima in prohemio Non est autē bonum vt non sit plurimum huius scientie apud vnũquenque et in eius memoria consistat: qui nomine huius scientie vocari seu per eã lucrari desiderat. De secundo loquitur Ypo. primo pronosticorum in capi. primo. Omnis qui medicine artis studio seu gloriam seu delectabilem amicorum desiderat copiã. De tertio loquitur Gal. primo de sanitatis ingenio dicens. qui vult curare animam primo curet corpus cum difficultate organo nullus dubitet archibetonicus; defectu rum. ad quam felicitatē vt perducamur orationem Auerroys quinto capitulo finali positam deuotis mentibus offeramus vt deus nobis consentiat peruenire ad vltimã felicitatē que beatitudo sempiterna appellatur.

¶ De informatione medici.
Capitulum. ij.



Q Uoniam propter malicias vulgarium et incuriositatem medicorum licet peritorum et perfectorum scientia medicine simul cũ medico sepe ludificatur et inter vanas glorias apud idiotas abusus potius quam veritates reputãtur. quod respiciēs cassiodorus sexto libro variarũ epistolarum dicebat. hoc malum quod naturaliter est in peccatoribus humanis radicatum vt qui nesciunt artes non honorent artifices. Propositum est igitur presentis capituli cautelas innuere: quibus peritorũ medicorum infamia tollatur et eorum vita immaculabiliter conseruetur. Ignaros namque presentes erudire non cupio cum de ipsis scribat medicorum princeps secundo de febribus ad glauconem. Medice quomodo curas si causam egritudinis ignoras. Si enim nescis an morbus sit periculosus necne quo modo non tu scis temere facis quicquid facis: et si quis curatus a te euaserit non tui muneris sed fortune est. Et primo de crisi. xiij. ca. dicebat. et si tu non cognoscis horam presentem egritudinis et quanta sit propinquitas vel elongatio a statu nõ euacuaberis quin ledas egrum nocumento magno regimen diete plus vel minus dando quam oportet cum ad hoc tēpus vniuersalis limitetur dietatio et nõ erit differentia inter te et illum qui nihil nouit de medicina. Et Iohan. hebemesue in suo de appropriatis primo capitulo. medice qui corporum curã geris auxiliari ne differas semel namque pereunti nullum amplius subest remedium. Dicamus igitur cautelas. x. numero: quarum prima est de aggressu noui medici ad practicam. Cum igitur tyro predictus nuper studium exierit et inexpertus sit varietatis consuetudinum regionum et complexionũ et intricationum membrorum cum eorũ causis non sit preceps ad opus: nec egrum quemcunque in suam custodiam recipiat: neque omnibus salutem promittat. Sed primo pusillanimus salubres egritudines ad se trahat: neque de salario instet importune: sicque degat potius expensas moderando quam lucrum aceruando donec in experiētia radicetur: et eius gloriam fama predicet popularis: quia cautius est gradatim ascendere quam cito scandentem ad precipitium festinare: et hanc experientie necessitatem signans Ioh. damasce. in libro suo variorum sermonum dicit nulli medico etiam studioso credendum est nisi etate approbato. Secunda est de conditionibus circa egrum obseruandũ. Cum igitur medicus primo accesserit ad egrotum salutem ei nunciet et vultu hylari. deinde sibi consiliãs principium egritudinis secundum diem et horam perquirat et qualis antecesserit dieta secundum obseruationem sex rerum non naturalium: et si quid fecerit propter quod põt talis morbus euenisse. Et si non consueuerit tali morbo actis temporibus egrotari et qua horarum consueuerit exacerbari et qua mitigari et per quales modos assuetus sit egritudines terminare an per fluxum ventris. sudorem. vomitum. fluxum sanguinis narium. menstrua emorroides. scabiem aut flebothomiam vel farmaciam sollicitus perquirat. Deinde dispositiones singulorum membrorum corporis articulatim perquirat. Primo de membris animalibus: vt puta an assint vigilie: subeth: somnia terribilia: dolor capitis: tinnitus: vertigo et similia. Secundo de mēbris spiritualibus: vt pote si insit tussis et an sit sicca: difficilis cũ punctura lateris et anhelitu anxio caumate circa pectus et an sentiat vel quãdo senserit catarros descendētes per guttur raucedinē et sputi grossi multitudinē post somnũ

inducentes: et an sit eius spūs ordinatus vel suspirijs intercisus et similia. Tertio de membris naturalibus an assit ꝓstratus appetitꝰ amaritudo oris: sitis: fluxus vētris: vel stipticitas: ypocūdriorum dolor: lenitas miraci: mollicies corporum et extremorum: equalis caliditas vel inequalis: laterum flexibilitas vomitus: nausea: vrine retentio: vel exuberātia: ardor vrine: dolor articulorum: labor spontaneus musculorum qui sunt in ambitu corporis totius: et similia. Ex ijs nanqꝫ oībus dirigitur vt differentias pulsus conditiones vrine et egestionis et sputi plenius dijudicet et cognoscat. Tūc igitur vultu maturo et deliberatione solicita pulsum vtriusqꝫ brachij quattuor suis digitis decenter extensis sufficienti tempore distinguat et eius notas dr̄ias ſm longum et curtum: magnum et paruum: fortē et debilem: durum et mollem: rarū et spissū: velocem et tardum: ordinatum et inordinatū tunc non fans neqꝫ respiciens sed oculos in terram vel egri faciem prudenter defigens ex ijs veritatem percipiēs et fidem egri ad te trahens: dein̄ solerter ad vrinā procedas in loco luminoso quem radij solares nō tangāt querens qua hora noctis fuit proiecta. et an fuerit corrupta: et postea rectificata: et considerans eius dr̄ias ſm substantiā: vt puta an subtilis: an grossa: an scꝫ perspicua: an turbulenta: et ſm q̄ntitatem an exuberans: an diminuta respectu potꝰs. et ſm qualitatem: an citrina: an rubea etc. Et ſm contēta: an yposta sis sit alba: lenis: equalis: piramidalis: an nebula pendens aut spuma vel granum natās vel scabies in fundo residens: seu arena vel pillus vel filum spermaticum. Neqꝫ illa hora negligas de renum et vesice dispositione perquirere: vt puta si circa alchatin vel sumē dolores sentiat ne renum vel vesice vitio decipiaris attribuēs epati vel venis: quod ipsorum est egritudo. Deinde gradatim ad egestiones tendas earū substantiā colorē et q̄ntitatem et horam exeundi discutiēs. Similiter et de sputo si forte reperias in parapside cōseruatum: quibꝰ oībus ordinatim ptractatis citius es in arte medicine potens infirmo passionem et cām passionis aliqualiter declarare: ita vt se ꝑ te magis q̄ per seipm̄ cognoscat: quare te admirās sapientē et excellentē predicabit et firmabitur in te fides sua et confortabitur virtus et surget cōtra morbū subito cum crisi vel gradatim cū melioratione de die in diem et sanabitur perfecte. Juxta illud Gal. in cōmento primi ꝓnosticorum. Medicus inquit optimus est qui plures sanat: plures ille sanat in quo plures cōfidunt: et illud auic. in canticis suis. plus valet confidentia egri de medico q̄ medicus cū oībus suis instrumentis. Tertia est de ꝓcessu ad actū curatiuum: q̄diu igitꝰ medicus cām morbi perfecte nō cognouerit medicinas nō ministret: sed cum tpata dieta et blādicijs egrum suspēdat. Juxta illud auic. primo cañ. fen. iiij. cap. j. circa finem. Cū aūt ignoras que sit egritudo relinque eā nature et nō properes: q̄m aut natura supabit egritudinē aut ipam manifestabit. Post q̄ aūt causam noueris ad actum curatiuū procedas cū ordinatione diete et administratione medicine cōuenientis. Dieta aūt si aliquo mō possibile fuerit: fiat ī cibis et potibus et hora sumendi ſm appetitū et cōsuetudinē infirmi: iuxta illud ypo. Paruꝫ deterior cibꝰ et potus detestabilior melioribus quidā magis appetēdus ꝑferendus est: et ibidem ex multo tempore cōsueta etc. Morbum tamē et eius causam et horam exacerbatiōis vel status nullatenus pretermittat. Medicine vero si possibile fuerit sint potius cibi medicinales q̄ medicine pure: quia minus per eos natura terrebitur: et si non sufficit procedat ad puras a leuioribꝰ gradatim incipiēs et ad fortiores paulatim necessitate vrgente transcendens: quia hic est ordo sapientie: vt dicit mesue et magis per exterius q̄ interius administret. Solutiuas autem medicinas plusq̄ potest euitet et ipsarum vsum differat et si necessitas ipsarum ingruerit ipsas cōsolatas et rectificatas in virtute et sapore propinet dosim eius pensando in se et respectum propositi corporis quod fieri potest per relationem infirmi vt puta quia forte frequenter ipsas assumpsit et se forte solubilem facile vel difficile cognouit: quod si non ita res se habeat: oportet q̄ corpora que vt plurimum faciliter soluuntur sint rara macilenta: que vero difficulter sunt solida et grossa per naturam. Humores etiam educentes consideret quia colera est facile educibilis. melancholia difficile: sed flegma medio modo se habet. Similiter colera sepe educitur per vo

mitum et proprie in estate et corpore consue-
to vel facile vomenti. Melancholia vero ne
quaquam grossissime prohibente flegma per utram-
que potest educi regionem. Consideret igitur
regionem per quam natura educit spontanee
et illuc etiam educat per artem. iuxta illud. unde-
cunque repit natura medicis opiatis et stupe-
factiuis nequaquam utatur nisi extrema necessi-
tate cogente: ut puta si dolor vel insomnie-
tas egrum ad defectionem perduxerint: ut do-
cet Gal. xij. de ingenio sanitatis. Tunc utatur
eis potius per exterius quam interius: et si per in-
terius potius per inferius quam superius: et si
per superius potius versus diem atque vigilias
quam noctem et somnum ne frigiditas per ipsum vl-
timetur neque ipsis aliquo moveatur nisi cum
suis consolatiuis. Quarta est de processu ad
actum pronosticum. Consideret medicus teno
rem virtutis et bonitatem vel maliciam signorum
cum ipsorum numero: et diligenter enumeret que
preualeant in fortitudine et multitudine: et si
post hec certa videat signa salutis vel mortis
certum quid et determinatum pronunciet: quia non
minus laudabile neque artificiosum est peri
to mortem predicere quam soluendo vitam spon-
dere: tunc ab ipso fugiat neque auxilia ulterius
inutilia proferat ne ars medicine ludificetur:
vt probatur. ix. de ingenio sanitatis. cap. iiij.
quia morituri solis signis pronosticis sunt re
linquendi: vt dicitur in comento illius amphoris-
rismi prime particule. quando in statu est egritu-
do. Si autem dubius fuerit in sermone suspen
dat amicos et astantes cum amphibologico ser
mone dicens: oportet me expectare plura si-
gna vel diem septimum vel alium diem tertium. Non
si adhuc dubius fuerit verba magis applau
dentia dicat: videtur mihi quod stantibus signis
potentialiter visis neque mutata virtute egri ad
deterius sanabitur hic vel morietur alter: quod si ma
gis importune affines egri medico institerint
sit eger pronus ad mortem quam infirmi salutem
pronunciandam: quia si eger saluus euaserit gloria
fiet medico: sin autem non incusabitur de mor
te et qualitercunque res se habuit non debet me-
dicus infirmo dicere nisi de vita et salute ne
forte timorem incutiens virtutem egri pro-
sternat. Quinta est de astantibus informan-
dum: debet ergo medicus ante omnia ordina
re de industrioso humili solicito: quia astan-
te qui dietam et medicinas conuenienter et de
center sicut sibi precipitur hora prefixa ad-
ministret et quicquid referre sciat qua hora eger
dormire ceperit expergefactus sit et qualiter
in somno se habuerit secundum os et oculos et mo-
dum decubitus et an cum tremore vel terrore eui
gilauerit: an post somnum se leuius senserit: et
an eger sit obediens iussis medicorum. quia vt
dicit Ypo. Oportet non solum seipsum prebe
re que oportet facientem: sed et egrotantem et
astantes et ea que extrinsecus sunt scilicet expen
sis et cautelam ab incendio causatis percussio
ne neque sit talibus ultra debitum familiaris
siue sint consanguinei patientis siue non: im-
mo potius erga ipsos teneat se vt percipiatur
magis magister quam socius vel amicus: aliter
ars ludificaretur et lucrum sanantium abiice
cetur. Sexta de medico in cura suo socio. Si
igitur habeas consocium litteratum amicabili
ter apud eum te habeas de morbo et cum ipso con
feras in camera seorsum infirmi vel amicorum
presentia ne si forte ab ipso discreperis sonum vel
risum concitans te vel tuam scientiam illudas.
Si vero persona sit placabilis magis eligens
veritatem quam gloriam ipsum apud egrum et eius
amicos commenda: sicque mutuum capientis am
bos simul vos in cura esse solicitos ac largo
munere mulcendum necnon prudentis edi
tionum abhorrentes plenarie demonstran
tis. Si vero effrenus et elatus fuerit tibique
detrahens erga ipsum similiter te habeas:
quia sic ars deluditur et conare vt post eius
recessum ab egro introeas et de ordinatione
cibi et potus interroges: et si potes rationabi
liter eius consilia refutes. Si vero idiota vel
ignarus fuerit erga ipsum non tanquam socium
sed subditum vel vt ad discipulum te geras
ne hoc sibi in gloriam redundet litteralem:
nisi forte humilem exhibeat et te apud om
nes publice precommendet: tunc namque me
rito aliqua superficialia consimilia erunt
referenda sub subtilitatibus et arduis in cor
de tuo conclusis. Septima est de apothecario
eligendo. Procuret sibi quisque medicus apothe
carium in arte sua peritum humilem et fidelem: ne
forte appropriatum medicine retardans vel eius
substantiam permutans vel eius pondus dimi-
nuens: vel eius recentiam et bonitatem falsificans
te et tuam artem illudat: et proprie in medicinis la

xatiuis.vnde cōsulo vt medicinas laxatiuas quilibet medicus per se potius habeat q̄ ab alio recipiat cum in eis sit maior timor ꝛ ingloriatio medicorum. Octaua de cōsilijs porrigendis fortuitu occurrentibus. Cum quis igitur venerit ad te in domo vel consiliū petens vel vrinam deferēs: non sis prompt9 ad consilium adhibendū. Sz primo conditionē considera persone ꝛ consiliū quod petitur. Deinde vrinam formidanter respice preuidens ne sit acetum vel liquor alius vel vrina subiugalium quibus illuduntur frequenter medici: ꝛ si nihil horum affuerit consiliū tribue. Si vero vnum ex eis videris eos proteruo vultu repellas. Consueuerunt nāq3 vetule de veneficio vel impregnatione vel aborsu vel menstruorum prouocatione versute cōsilium petere: ipsis tamē sunt oīa talia protinus deneganda: ꝛ cum vrinam inspexeris oculos ꝛ linguam cohibe ꝛ intentum atq3 solicitum te protende. neq3 de vrine iudicio responde donec a nuncio sexum etatem querimoniam patientis ꝛ consimilia sigillatim inuestiges. Aliter in vrine signo decipieris: qꝛ sepissime certificatum est eādem vrinā ſm colorem ꝛ substantiā super diuersas passiones: immo q̄nq3 contrarias iudicare. Signa ergo predistinguenda a vera rōne ducentis sunt preoccupanda. quod respiciens solers Jo. damas. ait in suo lib. ſmonum diuersorū gloriosorum superbiā ꝛ ad vrinale multiloquium si sapias: contēnas: neq3 te egrū per singula interrogare pudeat. Urina enim nisi morbus intra venas extiterit fallax nuncius est. Nona de salario petendo: cum igitur medicus ad perfectā experientiā ꝛ vulgarē peruenerit famam non veniat ad egrū aliquem oīno nisi rogatus ꝛ de salario certificatus: nisi forte egrotans sit intimus ꝛ spālis notus vel amicus. Nam si veneris non vocatus deperit egri fides in te. estimat nāq3 te ignarū vel suspectum al's ad sui curam te primitus vocasset. Neq3 sis contētus salario pusillo: magnam quippe scientiā grauem solicitudinem turpem stercoris sputi ꝛ vrine visitationem: ꝛ demum delectabilem sanitatis recuperationem ac vite redēptionem de qua penitus desperauerat magna ꝛ cōdigna decēt emolumenta: nisi forsan laborans sit persona pauper ꝛ miserabilis cum qua misericorditer est agendum viā sanctorū luce euāgeliste pauli cosme ꝛ damiani medicorū sublimiū fideliter insequendo. Si vero de premio gentem egri cōspexeris post eius mortē non nisi vituperia recipies: quē si saluari cōtingat tibi vultum diabolicū perfugum ꝛ diuerticula protendet: quēadmodum in tui primitiua vocatione ꝛ auxilia deuota imploratione vultū angelicum: deinde in sui resumptione vultū humanū demonstrabit. Decima de cōuersatione medici cum extraneis quibuscunq3 viris literatis: ꝛ proprie facultatis tue reuerentiam exhibeas familiarē tam religiosis q̄ secularibus gaudiosis ꝛ rationatis actibus cōuiuendo: vt eorum veridica simul ꝛ proficua cōmendatione florescas: vulgaribus ꝟo neq3 familiarem neq3 elatum te offeras: ne te nimia familiaritate contēnāt vel superflua seueritate deuitent: vestibus ꝛ gestibus honestatem diligas non pōpā: litium ꝛ dissensionum partes fugias: ꝛ ad concordandū ꝛ vniēdum te posse interponas: vulgi laudes ne cupias. laudat nāq3 vituperosus ꝛ opprobrijs refert: non dignos vitians ꝛ deturpās propter quod ait Arist. 4. ethi. volo honorari non nisi a sapiētibus notis et honestis quō quis practicare pōt quo penit9 est nudatus Reuerentias tamē sibi exhibitas cū pedes vel eq̄s per ciuitatem gressus suos direxerit non spernat vnicuiq3 iuxta gradum honoris diuitiarum generis prudentie vel etatis responsum beniuolum porrigendo.

¶ De corpore medicādo. Cap. iij.

Actus medici circa corp9 humanum septuplex est. Primus conseruatiuus omniū precipuus: qꝛ est respectu obiecti nobilissimi sanitatis. s. perfecte que est temperies ad iusticiam vel ꝑprie id a doctorib9 nūcupatur. Scd's reductiuus postea sublimior qui est respectu sanitatis perfecte: quia vnū quodq3 corpus distemperatum degit sibi ꝑpria sanitate. Tertius preseruatiuus postea nobilior qui est respectu egritudinis superfuture. Quartus curatiuus omnium maxime necessarius qui est respectu egritudinis presentis. Quintus pronosticus circa futuram salutem vel perniciem predicandā per artē in oī passione qui est oīm gl'osissim9 ꝛ famosus. Sextus resumptiuus. postremus qui est

respectu sanitatis post fortem desolationem: desperationem: ex quib⁹ cōspicere possum⁹ medicinalē sciam in oībus corporibus ⁊ oībus locis ⁊ tpibus necessario fore cōsulendā. Et ideo dicebat medicoꝝ pṛīceps in tegni trac. de causis. circa pnci. Si enī esset impassibile et imutabile nr̄m corpus ⁊ semper maneret optima cōpositio nulla indigeret arte ipsuꝫ cōseruante: qm̄ vero mutatur ⁊ corrumpit̄ et puertitur nō seruās quā habebat ex pncipio cōsistentiā ꝑm hoc curatione indiget. Et primo de regi. sani. ait. Nequaq̄ quidē reperibile est corpus tēperatum: vel si est: ad ictum oculi est. Sunt aūt medicine cōsilia non quēadmodū textorū vel edificatoꝝ necessaria sꝫ quēadmodū agricolarum ⁊ nautarū possibilia: ꝑpter qđ ait auer. j. ⁊. vij. colliget. Finis huius artis nō est ad saluandū: sed ad faciendum iuxta illud quod pōt fieri ⁊ q̄titate conuenienti ⁊ tempore conuenienti. Et postea debet expectari finis sicut est in arte nautaꝝ et regimīe exercituū. Et gal. i. xj. de inge. sa. ars medicine ⁊ medicus nō sunt principales cause sanitatis: q: sanitatem nō absq̄ medio eri facere pn̄t: sed cum quadā conuenientia. Quod exponēs in teg. ait. qm̄ quideꝫ bonum operatrix natura: medicus vero minister. et ipo. j. p̄ono. q̄uis oīs minime curare possit: quod si posset non tam futuri preuisor: sed diuinis prophetis melior reputaret̄. Et philosophus. j. rheto. dicit. nō est optimus coriari⁹ qui facit optimos calceos: sꝫ vt cōiter qui de contingentibus nihil obmittit. Scripturi itaq̄ de arte curatiua ⁊ pnostica premittere diximus capitulū de arte conseruatiua preseruatiua reductiua ac preuisiua quod ad sanitatis regimen dignoscitur pertinere. Conseruatur itaq̄ sanitas. iiij. modis precipuis. quorum primus est per dietaꝫ regularem: ⁊ hanc in methodo ponemus. Secundus vero p consuetudinis bone obseruantiā et peccantis correctionem quam in emperi cis dicemus. Tertius per regularum generalium noticiam quam in canone scribemus. Quartus per egritudinis fiende cautelam quam in pronosticis subiungemus.

Methodus ɔsistit ī regimine diete. Dieta aūt ī debito vsu sex rerū nō naturaliū que sunt cib⁹: potus: inanitio: repletio: somnus: ⁊ vigilie: mot⁹: ⁊ quies: aer nos continēs et animi passiōes: de qbus per ordinē distinguem⁹. Regimē cibi sex pficit̄ modis: q̄ sunt substātia: q̄titas: q̄litas: cōsuetudo: tp̄s: ⁊ ordo. Substantia q̄ppe ciboꝝ debet eē q̄ generet bonū chillum tpatum: vel circa id vt sunt caro pulloꝝ. perdicū. fasianoꝝ oīꝫ auiū siluestrium nō aquaticarū: caro hedoꝝ saltantiuꝫ agnorū vituloꝝ lactantiū boū nōdum arātiū porcelloꝝ vnius vel duoꝝ an. capriolorūꝫ ceruorūꝫ pinguiū porcoꝝ siluestriū. Et de leguminib⁹ cicera fracta vel pisa ⁊ aqua eoꝝ proprie et de granis frumenti risum far farina auene panis triticeus bn̄ coctus fermētatus bene salsus collect⁹ de tersano bn̄ conseruat⁹ nō corruptus. De herbis borrago spinarchia bleta petro atriplex endiuia lactuca. De fructibus ficus vue mature ante prādium pira et coctana assa post cibū. De piscib⁹ luceus et oēs pisces marini durarū carniūꝫ nō viscosarum. vel aliij pisces q̄ in aqua munda arenosa petrosa capti sunt hn̄tes carnes solidas ⁊ frāgibiles sapidas sq̄mosas ⁊ ppṛie assi super prunas vel elixi cōditi cum sinapi pipe et croco ꝫinꝫi. ⁊ aliijs specieb⁹ corrigētib⁹ flactatem. De lactib⁹ lac capre vel asine vel vacce bene paste de bonis herbis feno: ⁊ proprie ante cibum sumptū in stomacho mundo per se vel cuꝫ ꝫuccara aut melle aut mica panis. Caseus recēs vel q̄si recens ex bono lacte artificiose factus: oua recentia puula oblonga sorbilia. Quantitas cibi dꝫ esse q̄ satisfaciat nature nō appetitui. Nā stomachus calidus appetit min⁹ q̄ͣ oportet: frigid⁹ plusq̄ opꝫ. tpatus aūt tantū appetit q̄tum bene pōt digerere: vt dicit gal. i teg. c. de signis stomachi. de qua mensura ciborum loquēs Auic. j. cañ. fen. iij. c. de regīe cibi ⁊ pot⁹ ait. Ex cibo nullus est ita replēdus vt nō sit locus vacuus in stomacho ⁊ supfluus: sed ab eo est cohibēdus reliquus a desiderijs in aīa remanētibus. hec enī sꝫ famis reliquie post vnā horam destruūtur. s. qn̄ os stomachi corrugatuꝫ post cibum fuerit. q̄titas aūt discreta debet eē vt numerus ferculorum binariuꝫ non excedat: quia in multitudine ciborum ⁊ proprie ethrogeneorum neq̄ per artificium coctorum bene contpatorum necessario fit inequalis digō in stomacho: quare vel coctus exiens traheret cru

dum post se vel expectans eius digestionem adureretur: cuz digestio non fit alteratio que cuncꝗ facta a calido naturali: sed determinata certo termino. propter quod ait Auicēna. Et nihil quidem est deterius ꝙ diuersa nutrimenta simul adiungere. post hoc in comedendo tempus prolongare non licet. Cum enim postremum nutriens aduenit primum tam incipit digeri. Nutrimenti ergo partes in digerendo non simulantur. Qualitas ciborum debet esse in complexione quidem frigida hyeme actu ⁊ virtute calida: in complexione calida estate actu ⁊ virtute frigida: in medijs autem temperata: quia omnis complexio siue sit temperata siue intemperata conseruatur per similia in forma ⁊ gradu: sed furiosa rectificatur per contraria in forma. Similia in gradu si fiant vsu moderato: consuetudo proposse seruanda in cibo. quia dicit Ipo.ij.ampho. Parum deterior ⁊c.⁊ ibidez. Ex multo tempore consueta ⁊c. et Auicenna c.allegato. Oportet preterea te scire ꝙ nutrimentum melius est qđ melius sapit: propterea ꝙ stomachus et virtus retentiua vehemēter ipsum amplectantur cum bone fuerit substantie. Hoc autez addit insinuans ꝙ consuetudo ad malum cibum est gradatim abijcienda non subito: qꝛ repentinas mutationes nō sustinet natura: vt dicit Galen⁹ in teg. Insuper ista abiectio consuetudinis non debet fieri nisi in tempore sanitatis: quia in cura cuiuscꝗ egritudinis omnis consuetudo est tolleranda cum tunc sit basis ⁊ fundamentum nature: vt dicit galenus septimo de inge. sa. assignans causam ibidem ꝙ si tempore egritudinis consuetudinem mutaueris quocuncꝗ ledes naturam tripliciter. primo per egritudinem. secundo per medicinarum exhibitionē. tertio per delectabilium ablationem: quare natura non sufferens finaliter succumbit. et Aristot.j.rbeto. Consuetudo est altera natura: quia consuetudo est eorum que vt sepe: natura vero eorum que vt semper. Sepe autez ⁊ semper sunt sibijnuicem propinqua. Tempus anni est in cibo diligenter obseruanduz: quia in hyeme est multus cibus simul sumendus: quia ventres hyeme et vere calidissimi sunt natura propter antiparistasim: et tunc natura pōt sufferre errores: et cibi grossi tunc sunt sumendi: sed raro ꝑm numeruz: quia tūc pauce fiunt a corpore resolutiones: in vere autez parū ⁊ raro est comedendū: quia precessit per totā hyemē multarū superfluitatuz collectio. Et hoc tp̄s bonitate sue cōplexionis omnē materiā expellit ⁊ oēm egritudinem manifestat: in estate est comedēdū sepe bis vel ter in die: pro vice tn̄ parū ⁊ de cibis subtilibus de facili digestibilibus: qꝛ tunc calor naturalis est debilis et resolutio plurima. In autūno vero aliquātuluz plus pro vice de cibo est sumendū: sed rarius ꝑm numeruz. Et est maxime insistenduz in illo tp̄e in vsu bonorum ⁊ laudabiliū cibor: qꝛ naturalis calor est debilitatus plurimū per estatem precedentez ⁊ ꝑ maliciā cōplexionis aeris presentē. Et cauenduz est a fructibus: quia generant cholluz valde putrefactibilez illo tēpore: lz quandocꝗ in estate comedi possint pruna: cerasa ad reprimenduz cholerā ⁊ proprie ante omnē cibuz. Tempus etiā estatis est obseruanduz: qꝛ pueri qui crescunt sunt dietandi dieta hyemis in continuo sed nō in discreto: quia multuz ⁊ sepe debent sumere cibuz: sed iuuenes et etate perfecti dieta hyemis oīno: quia calor naturalis est in vltimo fortitudinis et corpus non indiget apponere amplior: senes vero dieta vernali. seniores dieta estiuali in continuo ⁊ discreto: sed autūnali in cibor substantia sumendorū. Tēpus preterea diei considerandū est. qꝛ vt ait Auicenna ca. de descensu cibi a stomacho. Corpus temperatuz debet tribus vicibus sumere cibum infra duos dies naturales: vt vnicuicꝗ triuz refectionum cedat numerus sexdecim horarum naturaliū quod est cōmune tempus digestionis ⁊ euacuationis superfluitatum primaruz: licet hoīes nostri temporis cōmuniter in die bis cibuz sumāt: in prandio scilicet ⁊ cena: quod propter cōsuetudinez antiquam non valde vituperabilem est tenenduz. Quoniā apud homines irregulariter viuentes tp̄s prime digestionis nō est vnū: quia apud quosdaz est duaruz horarum apud alios quatuor. vel sex ꝑm diuersitatez cōplexionis stomachi vel cibor in q̄to ⁊ quali. Sed in tp̄e conandū est vt cibum estate sumant horis diei magis frigidis ⁊ locis frigidis arte vel natura. In hyeme ɔtrario modo. In vere ⁊ autūno medio modo. Ordo etiam in cibo est attēdendus. Nā si stomachus fuerit tp̄atus ⁊ tēpus tēperatuz: tunc non dz in

stomacho cibi cōmisceri diuersarū substantia rū sed homogenei in substantia ꝛ ꝑpati in cō plexione qui supradicti sunt: ne fiat inequalis digestio. Si vero stomachus fuerit calid᷒ colericus natura debet cibus grossius ꝑmitti subtili cum melior digestio ꝛ maior caliditas sit in fundo stomachi sicut melior appetitus ꝛ sensatio sit in ore eius adureref. forte subtile anteq̄ digereref grossum quare si subtile fuerit premissum egreditur: et grossus interdum digeritur. Propter qđ ait Gal. j. alimē. de stomacho colerico q̄ melius digerit carnes bouinas q̄ pisces petrinos: quia adurit subtilia sed tēperate excoquit grossa. Si vo stomachus sit frigidus natura procedat ecōuerso. Si autem sit stipticus ꝛ siccus naturaliter premittantur lubrica stipticis. Si vero humidus ꝛ fluens fiet econuerso. Si vero famelicus ꝛ exercitatus premittat grossa subtilibus ne forte corrugatus velociter sup subtile respuat grossum. Si autem sit fastidiosus ꝛ ocio gaudens fiat econuerso: vl'r tamen cauendum in omni stomacho assumptione ciboꝝ valde diuersoꝝ in substantia quoniaꝫ diuersis digeruntur tēporibus et difformibus elaborantur gradibus caloris. Fuit igitur in eoꝝ mixtiōe plus nocitiui q̄ iuuatiui. Utrū autem maior cibus sumendus sit in prandio vel cena scribemus copiose capitulo de diminutione ꝛ corruptione digestionis in stomacho. ℭ. de cañ. potus etiam reguleꝑ in substātia q̄titate qualitate ꝛ ordine de quo dicem᷒ ca. de siti. ℭ. de cañ. vnum tamē hic ponem᷒ preter illic dicenda qđ conueniens est stomacho ꝛ omni corpori seruare volenti propriam sanitateꝫ vt potū permixtiuuꝫ. i. quem hora comestionis assumit partiatur in vices plurimas a principio comestionis vsq̄ in finē: ne forte potus plurimus simul sumptus cibum fluctuare faciat ꝛ permixtionē bonā ꝓhibeat ꝛ retentinaꝫ stomachi deijciat. Et hic potus cōueniens est vt in principio comestionis sit vinum purum claruꝫ potens in confortatione digestionis. Sed in medio sit limphatum paruꝫ per gratiam melioris cōmixtionis: qꝛ talis potus erit calidus ratione vini ꝛ subtilis substantie ratione aque que duo maxime conferunt penetratiui: in fine vero sit vinum limphatuꝫ vsq̄ ad mediuꝫ vel per se naturaliter ponticum: vel aqua pura ne fumus sursum caput percutiat: ꝛ ideo expertū est q̄ magnus haustus aque frigide post crapulam sumptus aut tollit aut diminuit ebrietatem. Et hec de prima re non naturali. ℭ Dicamus de secunda que est inanitio et repletio. vbi sciendū est q̄ par est peccatuꝫ stomacho famelico cibuꝫ denegare ꝛ fastidiose repleto cibum offerre: vt dicit Auicenna primo cañ. fen. iij. ca. de regimine cibi ꝛ potus. Primum nāq̄ stomachuꝫ replet malis humoribus: secunduꝫ vero plectoriā opillationem putrefactionem apostemata lepraꝫ ꝛ fe. inducit. Quicunq̄ igitur cupit custodire sanitatem surgat omni mane hora determinata assueta ꝛ vniformi postq̄ somnū ꝛ digestioneꝫ compleuit perfecte. Deinde conetur diligēter ad expulsionem superfluitatuꝫ prime ꝛ secunde digestionis stans erectus et fixus in eodem loco donec propria grauitate deorsum tendant. Postea caput diligenter fricet cū pectine vel digitis: vt pori capitis aperiantur ꝛ vapores exhalent. Postea conetur ad screatū ꝛ sternutationeꝫ per se vel per artem si reuma senserit. postea exercitetur gradatim a motu debili ad forteꝫ redeundo ad debilem ꝛ tandiu huiusmodi motuꝫ continuet donec aliqualē sentire ceperit lassitudinem vel sudoreꝫ ꝛ balneetur ꝛ vociferet ꝛ in sole ambulet et in ieiuno. Post hoc quiescat in loco temperato vel vergente ad frigiduꝫ: donec calor naturalis vniatur ꝛ famem sentiat et saliua subtiliari ceperit: tunc ilico cibum predictuꝫ capiat sine mora. Post comestiones vero nō exercitetur nisi prout dicetur neq̄ sub sole vel estu habitet ne cerebrum vaporibus repleat. Et idem ordo seruandus est ante cenam. De tertia re non naturali que est somnus ꝛ vigilia. Sciendū q̄ tempore ypo. vt patet. iij. pronosti. omnis somnus diurnus ꝛ vigilia nocturna fuerant vitiosa: minus tamen si a mane vsq̄ ad horam diei tertiam se tenuerint potest tunc fuisse regimē sanitatis optimū. Tempore autem gal'. vt dicitur ibi in cōmento. Consuetudo principuꝫ ꝛ magnatum cepit comaꝫ violare. Tempore aūt moderno vt ait Auicē. ca. de regimine cibi ꝛ potus. Nō oīs somn᷒ diurn᷒ est vitupandus. Et propter si in eo q̄nq̄ cōditiones obseruenꝑ. Prima vt sit cōsuetus. Secunda vt nō sit ilico super cibuꝫ. Tertia vt nō sit capite depresso. Quarta vt nō sit longus.

Quinta vt nõ fiat stupenda ꝛ repentina ex/pergefactio: sed morosa. In omni autē som/no conuenit vt fiat in loco non calido vapo/roso: sed tēperato vel parū frigido. Corpus tamen perfecte pannis calidis cooperiatur plurimis: vt calor naturalis redire ad inte/riora non formidet: neq; membra exteriora mortificentur: quia in his duobus magis cō sistit bonitas tertie digestionis. s. stomachi epatis et membrorum. Quarta res non na/turalis que est motus ꝛ quies taliter est regē da: vt ante omnem cibum ꝛ post euacuatio/nem superfluitatū fiant exercitia fortia pre dicta. Post cibū vero ilico conuenit vel quie/scere sedendo vel erigi stando: vel moueri paulatim breui tempore deambulando: vt motus nō sufficiat ad cibi conquassationem sed eius in fundo stomachi locationem. Pri mum nāq; sitim angustiam ꝛ indigestionem inducit. Secundum vero labia oris exsiccat: os stomachi corrugat ꝛ digestionem confor/tat. Et si contingat talem proficisci pedes vel eques totam dietam vel circa id in ieiu/no pficiat. neq; sospitatus vel hospitatus ili co cibum vel potum perficiat aut capiat: nisi postq̄ quieuerit ꝛ calor ad interiora redierit tunc cibum paruum recipiat. Et si necessa/rium est vltra progredi somnū breuem super cibum dormiat anteq̄ iter arripiat: ne cibus concussus in stomacho corrumpatur. Opti/ma nanq; digestio fit somno ꝛ quiete: vt di/cit Galenus. vij. de inge. cap. de cura stoma/chi sicci. Et licet post exercitium vel vigilias promptius fames superueniat: hoc non est nisi propter cibi descensum ad intestina vel membrorum resolutionem vel sensus oris stomachi acuitatem que in somno non conti gunt. De quinta re que est qualitas aeris continentis taliter videtur dicendum. Et omni tempore cauendum est ab aere pesti/lentiali ne fortem epidimiam vel lepram in/ducat. Rectificetur ergo cum suffumigio sto/racis sicce vel thuris ꝛ pillis de aloe que di/centur libro. ij. capitu. de feb. pestilentiali et obstructione domus ꝛ camere a ventis me/ridionalibus vel occiduis ꝛ eorum euentatio ne et apertione ad plagam orientalem vel septentrionalem. Et cautela a communica/tione leprosorum scabiosorum obtalmico/rum epilenticorum et omnium patientium morbos contagiosos. ꝛ custodiatur ab aere in quo sunt cadauera vel paludes. Et si aer sit frigidus rectificetur cum igne: si calidus cum rozatione aque ros. ꝛ stramento ros. ne nuphar. violarum ꝛ similium. Si siccus cum gladiolis maluis vin eis folijs salicis vel po puli vel vitis. Si humidus cum suffumigio xiloaloes vel alipte muscate: ꝛ vtatur per in terius electuarijs calidis vel frigidis put oportet. Et vestiatur vestibus calidis laneis mollibus vel lineis vel sericeis subtilib⁹: put necessitas postulauerit. De aere dicit ha. y supra tegni q̄ est inter res non naturales precipua ex eo q̄ ambit ꝛ ingreditur corpus nostrum ꝛ membrum nobilissimum quod est cor. Nec ab eius qualitate possumus vnica hora separari propter necessitatem anhelan di. Quare in eius custodia ꝛ rectitudine plu rimum est solicitandum. De sexta re ꝛ vlti/ma non naturali que est animi passiones. Sciendum q̄ conuenit in regimine sanita/tis gaudio ꝛ leticia vti: quia animum forti/ficant spiritus subtiles ꝛ animum laudabi/lem generando. Idcirco conuenit vti vesti/bus ornatis eximijs aromaticis: anulis nobi libus sonis musicis: et omnibus gaudiosis: quia timor tristicia ꝛ solicitudo assidua men tem deijciunt: sanguinem grossum frigidum multiplicant: spiritus terrestres et caligi/nosos generant: calores mortificant: humo res incuneant: ꝛ melancoliam confirmant. Sed reperiuntur aliqua emperica que pro/pter hominum consuetudinem plurimū vi/dentur conferre ad regimē sanitatis de qui bus nunc dicamus. Si igitur nunc sanitatis cōseruator quandoq; propter errorē regimi nis purgatione indiguerit: tunc ab anno eta tis sue. xiiij. vsq; ad. lxiiij. vel circa id poterit istis medicinis vti secure omni tempore an/ni. Nam ante tempus etatis predicte ꝛ post non est flebotomandū nec farmacandum: ni si necessitas magna precipiat ꝛ robur virtu/tis ꝛ carnositas corporis ad ipsum concedāt: prout dicit Auer. vij. colliget. de auenzoar me dico peritissimo qui flebothomauit filiū suū sinocham patientē cū esset vni⁹ anni ꝛ ipsum liberauit a morte. Si igitur sanguis indiget euacuatione fiat flebothomia. Si cholera

fiat cũ.ʒ.ſ.reubarbari optimi pulueriſati ⁊ in corporati cum.℥.iiij.vel.v. aque decoct.pru norum damaſcenorum dando actu cal'. in au rora vel ante diem. Si flegma fiat cum medi cina de turbith quod eſt pharmacuʒ bene no bile quo ſepius in opere preſenti vti intendi mus. ⁊ ſic fit. ℞.turbith al'.elect.et mundi.ʒ.ſ. vel.ʒ.ſ.⁊.ß.ʒinʒ.ʒ.ſ.ʒucca.ʒ.ij.fiat puluis ex ip ſis qui detur totus ante diem cum aqua cali da:⁊ differatur cibus poſt ipſuʒ: quia eſt tar de ſolutionis. Et ſi vis acuere adde bermod. ʒ.ſ.vel ß.Si melia fiat medicamen iſtud.℞. ſene.ʒ.v.ʒinʒ.ʒ.ij.cartami.℥.ß.cinamomi.ʒ.ij. fiat puluis ex omnibus de quo detur.ʒ.ſ. vel ij.ante prandium per duas horas cum iure carnium actu calido. Si humores aduſti:ſic fiat.℞. medulle caſſ.eſt. manne thamarindi añ.℥.ß.diſſoluatur in.℥.v.vel.vj.aque decoc. prunorum colletur ⁊ collatura ⁊ totuʒ detur ante diem actu calidum. Et ſi nolueris reci pere omnia ſume de vno eorum.℥.ſ.vel.ij.Si autem leuiter mũdificare maſſam ſanguinis intendis:ſicut ↄſueuerunt homines facere in principio veris ⁊ autũni. ℞.thi. epithi.ſene. añ.ʒ.ij.quinqʒ mirabolanorum añ.ʒ. ß.cina momi electi.ʒ.ſ.gariofi.ʒ.ß.reupontici boni ⁊ loco eius reubarbari optimi non putrefacti turbith albi ⁊ electi.ʒinʒ.albi.añ. ʒ.ß.ʒucca ri.ʒ.ij.fiat puluis ex omnibus bis et detur to tum ante diem cum.iiij.℥. aque decoct. aniſi vel feniculi actu ca. et differetur cibus ſuper ipſum. Et ſcias ꝙ medicine laxatiue non de bent dari niſi premollito ventre vna die vel ij.cũ ſirupo aliquo vel cibo lubricatiuo: ſicut iura carnium pinguiuʒ ⁊ olera mollificatiua Scias etiam ꝙ non debent dari cum liquore plurimo:quia diſgregat et corrumpit virtutẽ medicine:ſed cum tali ⁊ tãto que ſufficiat ad deferendum virtutem ⁊ vaporem medicine ꝑ membra:neqʒ debet dari ſine omni liquore: quia pigritaretur eius operatio: neqʒ in ho ra magne famis ne forte ſuper ipſas ſe cõuer tat natura ⁊ in chimum peſſimum ſcilicet ſui generis tranſmutetur.verbi gratia. Turbith in flegma:ſcamonea in choleram:ſene in me lancoliã.vt dicit gal'.v. de ſimplicibus medi cinis. Poſtꝙ autem medicina ſatis operata fuerit:tribue in potu vnum hauſtum magnũ priſane collate:vel iuris pullorum ⁊ proprie galli veteris vt reliquie medicine abſtergan tur:⁊ ſtomachus ⁊ inteſtina abluantur. Si autem medicina exhibita non ſoluerit vel tar da fuerit: omnino tunc licet regulariter non competat illa die dare medicinam aliam: vt dicit Auicenna.j.cañ. capitulo quarto iaʒ in precedenti ſermone. Tamẽ communiter ope rantes propter vitandum vituperium et in firmi terrorem tribuunt.℥.ß.vel.ʒ.ij. de ſucco roſato laxatiuo cum aqua calida: quia tunc prior medicina incipiet operari cum adiuto rio ſecundo. Si venter alicuius ſit ſtipticus naturaliter vel propter errorem lubricetur ante cibum cum ſuppoſitorio vel cliſteri vel ci bo lubricatiuo:ſicut dicemus capitulo de ſti pticitate ventris. C. de empericis. Quia ni hil deterius eſt in regimine ſanitatis ꝙ reten tio fecum in corpore: que vaporantes ſurſuʒ inficiunt cibum ⁊ caput replent:et torporem inducunt:⁊tandem egritudines pernicioſas ſcilicet apoſtemata febres putridas: choleri cam:ydropiſim:tympaniſtem. Expertum eſt etiam ꝙ licet mixtio diuerſorum ciborum in eadem menſa in regimine ſanitatis ſit prohi bita. Sunt tamen quidam peiores alijs: ſi cut eſt mixtio piſcium et lactis: vel vini et la ctis. Et vniuerſaliter omnia contraria in cõ plexione vel modo ſubſtantie. ſicut autem cõ uenit ante cibum ſnmere, de electuarijs cali dis digeſtionem confortantibus. Ita nocet eis vti poſt cibum:quia ipſum ſurſum fuma re faciunt et corrumpunt digeſtionem ⁊ ſitiʒ cum dolore capitis inducunt. Atendum er go calidis aromaticis ante cibum et frigidis ſtipticis poſt cibuʒ. Sunt preterea corporis varie conſuetudines et inenarrabiles. Con ſueuerunt namqʒ plurimi melius digerere ci bos diuerſos ſimul ꝙ homogeneos. Et ſunt qui delectantur in carnibus vulpium et lupo rum. Similiter plurimi ſomno ſe reficiunt ilico ſuper cibum. Alij comedunt quater vel plures omni die et mittunt crudum ſuper ſe micoctum:⁊ ſic de multis alijs: tamen dicunt ſe per hoc melius et ſanius ſe habere . iuxta illud Galeni tertio de ſimplici medicina: Quod quedam puella fuit nutrita napello: nec ex hoc moriebatur: ſed ſibi concũbentes ſolo anhelitu interficiebat . Alia iuſquia mo: alia fungis ſiue rebus alijs complexio ne vel ſubſtantia venenoſis. Quapropter ait Auicenna.j.cañ.fen.iij.caplo duodecimo de

regi.cibi ꝛ po. Regiones quippe naturas habent proprias: ꝛ vsus et consuetudines sunt extra rationem. Et hoc quidem obseruandū est ꝛ oportet vt in hoc experimentum vincat rationē. Est namq; cibus qui solet comedi in quo aliqđ est nocumentū ꝛ est cōuenientior bono non vsitato. Unaqueq; cm̄ figura ꝛ cōplexio cibum habet cōuenientē ꝛ consimilem ad quem mutandū si voluntas affuerit nocumētum et faciet ꝛ impedimentum. Sed contra istas malas consuetudines subdit ibidē. Ille vero in quo male digeruntur cibaria ob hoc non decipiatur: quoniā post dies aliquos generabuntur in ipso mali humores egritudinem faciētes ꝛ pernecātes. Et constantinus in viatico: non gaudeant malo cibo vtentes: quoniā si in presenti non leduntur: in posterum percussionem non euadent. Sumus igitur perplexi ex dictis circa cōsuetudines an ipsas obseruemus an mutemus. Ad qđ videt̄ dicendum ꝙ cōsuetudo vel est cōueniens nature: ꝛ tunc oīs est seruāda: vel est dissimilis ꝛ incōueniēs: ꝛ hoc dupliciter. Quia vel parum discrepat: ꝛ tunc adhuc est seruāda. vel plurimū recedit a natura: ꝛ hoc est dupliciter: quia vel est innata vel non. Si scđo modo non est tenenda. Si primum hoc est dupliciter: vel est corpus egrotans actu: ꝛ tunc iterū est seruāda: qꝛ tempore egritudinis oīs consuetudo ꝛ oīs naturalis complexio quantūcunq; distēperata penitus toleranda est vsq; ad perfectam sanitatē: vel est infra latitudinem sanitatis: ꝛ tunc est permutanda: nō tm̄ subito sed gradatim parum post parū. Quod si nō fiat in posterum penam nō euadūt: sicut patet in delectantibus in esu carniū aquaticarum salitarum aut piscium magnorum aut vulpiū aut hircorum: qui tandem lepram aut morpheam incurrunt. Intelligendum postea qđ quidem sublimior medicinarū in regimine sanitatis est abstinētia. i. moderata cibi ꝛ potus sumptio cū nature pauca sufficiant: appetitui ꝟo omnia diminuta sint: propter qđ accidit in nostro tempore plures occidi crapula ꝙ gladio. Cibus namq; superfluus sui qualitate ꝛ resistentia calorem naturalem opprimit ꝛ extinguit: ꝛ per consequens facit corpus infrigidari ꝛ velocitari mortem naturalem sui quātitate replet vasa ꝛ appoplexias et rupturam subitam inducit sui substantia grossa vel viscosa oppilat: ꝛ transpirationes ꝓhibet: ꝛ per consequens putridas febres ꝛ apostemata generat perniciosa. Si quis igitur superfluum cibum vel potū assumpserit vna die maneat famelic⁹ sequenti die in qua die senserit crapulā vtatur somno plurimo proposse in loco temperato donec cibum digesserit. Quod si somnus non aduenerit vtatur plurimo incessu suaui ꝛ cōtinuo sine quiete ꝛ interceptione vt cibus digeratur: vel ad intestina descendat. Et parum boni vini puri bibat ꝛ permaneat donec totam crapulā per se vel cum clisteri vel suppositorio euacuet: nec postea sumat cibum nisi redierit appetitus. Dicit tamē Aui. ca. de regimine vini ꝛ aque: ꝙ conueniens est omni mense semel inebriari potu vini plurimi: quia cerebrum purgat: spiritus multiplicat: ꝛ animum letificat. Intelligendum tamen in corpore nō vtē tevino: sicut hispani ꝛ omnes saraceni: sed in terris vino vtentibus omni hora ꝛ proprie in septētrionibus illud non cōpetit: qꝛ repletio adderetur repletioni.

Canones.

Conetur sanitatis conseruator et custos vt pposse omni tempore vtatur cibis puris nō medicinalibus: nisi cū opus fuerit preseruatiōe. voco aūt cibos puros qui sic alterantur a corpore ꝙ perfecte mutantur ꝛ cōuertuntur preterq̄ corpus nostrū omnino alterent ꝛ immutēt: vel circa id sicut sunt cibi superius nominati. Uoco autem cibos medicinales: qui licet alterentur ꝛ elaborentur: alterant tamē corpus ꝛ permutant paulatine: sicut sunt omnes cibi in qualitate aliqua excedentes. Nam si sint calidi adurunt sanguinē sicut saluia: menta: piper: apium: allia: ꝛ similia. Si frigidi mortificant ꝛ cōgelant: sicut lactuca: portulaca ꝛc. Uel si magis sint frigidi interficiunt paulatine: sicut fungi ꝛ iusquiamus ꝛc. Si humidi putrefaciunt ꝛ caniciem inducunt. Si sicci virtutem deijciunt ꝛ caluiciem inducunt: si viscosi opilant: si diuretici renes macerant et corpus: si vnctuosi supernatant et nauseam inducunt: si amari non nutriunt: quia solum dulce nutrit per se vel cōmixtū: vt dicit gal. iij. de simplici medicina. Si salsi adurunt et stomachum corrodunt. Si pontici constringunt ꝛ opilant. Si aceto

si: cito senescere faciunt. Solis igitur vtatur cibis dulcibus ⁊ nulla qualitate sensibili excedentibus vel circa id. Si autem propter excessum alicuius qualitatis accidit nocumentum: rectificetur per suum contrarium. verbi gratia. Si propter stiptica: dentur vnctuosa. Si propter vnctuosa: dentur stiptica: vt caseus. pira citonia. Si propter salsa: dentur aqua ⁊ acetum. Si propter acetosa: mel ⁊ zuccara. Si propter viscosa: incisiua vt sinapis. Si ꝑpter acuta: portulaca. lactuca ⁊ similia Item dicit Gal. viij. de ingenio sanitatis. ꝙ omnis distemperata complexio similiter et mala consuetudo reducende sunt ad temperamentum suo contrario saluis quattuor cōditionibus. primo vt hoc fiat tempore sanitatis. secundo ꝙ fiat gradatim. tertio vt corpus sit sibiipsi sufficiens. Pauperes enim necessario comedunt id quod habere possunt. quarto vt sit ociosum. melius est enim fabro vt sit flegmaticus ꝙ̄ temperatus: et piscatori vel fulloni ꝙ sit cholericus: et aratori densus et compactus. Item licet in puero ⁊ iuuene sit calor naturalis equalis in radice: ⁊ per consequens digestio eque fortis in vtroque: quia in iuuene est maior siccitas propter caliditatem que depauit humidum suum radicale aliquantulum. Idcirco conuenit vt pueri melius digerant ⁊ melius nutriātur a cibis calidis et humidis: iuuenes vero a calidis ⁊ siccis solidis. Detur ergo pueris lac ⁊ caseus recens caro agnorum annalium castratorum: ⁊ cibi elixi: iuuenibus vero vitulorum porcorum boum non arantium: panis siccus. ⁊ cibi assi vel frixi. Ex hoc intelligere potes dictum cōmune actorum medicine. Quia in digestione sunt duo scilicet alteratio ⁊ conuersio siue assimilatio. Alteratio enim est decoctio cibi in stomacho. Et hoc magis fit a calido naturali. Sed assimilatio fit magis ab humido radicali quod est ipsa mollia ⁊ spongiosa faciens: ⁊ cibos in poros minimos vehens: passibile faciens: et ipsum apponens vniens ꝑfecte conformans. Ex quo scire potes quare corpora quedam debilia melius nutriuntur aliquo cibo determinato ꝙ̄ aliqua corpora robusta propter similitudinem forme specifice que est potissima causa conuersionis ⁊ nutritionis. Item dicit Auicenna primo cañ. fen. iij. cap. de regimine cibi ⁊ potus. ꝙ nihil est deterius ꝙ̄ saturitas post diuturnā famem ⁊ econuerso. Sed tamen primum est deterius quia stomachus longa inanitione afflictus virtutem digestiuam amittit: ⁊ eius corpulētia constringitur: vt neque digerere cibum: neque recipere valeat: nisi valde paulatine: sicut patet in incarceratis post liberationem: ⁊ annis fertilibus post sterilitatem. Quot namque homines se superflue repleuerunt et suffocati interierunt. Idem in eodem. oportet vt ad lectum vadens primo supra latus dextrum iaceat pauco tempore: donec cibus ad fundū stomachi descenderit: et os stomachi clauserit: postea supra sinistrum reuoluatur vt epar bene stomachum comprehendat: quia stomachus de sui complexione paucam caliditatem participat cum sit membrum spermaticum: neruosum: sed caliditatem recipit a membris circuniacentibus scilicet a corde superius: felle inferius: epate a dextris: splene a sinistris: zirbo adipino anterius quod rbete dicitur: ⁊ a vena kili posterius. deinde reuoluat super dextrum et tota nocte suum perficiat somnum ⁊ digestionem. Item in eodem. vinum quoque post cibum est ex rebus magis impedientibus digestionem: quoniam facit penetrare cibum indigestum ex eo quod velociter digeritur ⁊ facit hereditare opilationes ⁊ putrefactionem: ideo si post cibum superueniat sitis magna: aquam frigidam sumat: sed paucam quam sorbendo magis ꝙ̄ gurgitando deglutiat: et sic sitim extinguet sine nocumento. Idem in eodem. res maxime opilantes sunt res dulces vel viscose: vel grosse substantie. dulces namque attrahuntur anteꝙ̄ digerantur propter familiaritatem quam habent ad naturam: et sunt causa putredinis ⁊ ydropisis. vbi igitur hec tria simul reperiuntur penitus sunt fugienda: sicut mel. pasta tortelli. vinum rubeum nouum: vinum turbidum. ceruisia et omnia vnctuosa et pisces non debite preparati. Idem in eodem. corporibus raris ⁊ porosis: sicut sunt corpora mollia et laxe carnis plus opus est a rebus non naturalibus excedentibus precauere: sicut sunt aer estuosus resoluens: et frigidꝰ congelans vel exercitium debilitans vel coitus excedens. Corporibus vero depressis et solidis: sicut sunt corpora dure ⁊ cōpacte carnis plus necesse est ab interioribus ꝑmunire.

sicut cibus ⁊ potus grossus et viscosus opil/lans plectoria replens: ocium superfluens marcefaciens .et similia. Primi igitur a cau/sis primitiuis primitus occupantur ⁊ febri/bus acutis. Secundi vero a causis antecedē tibus febribus cronicis apostemati ⁊ ydropi si pernecantur. Item Auicenna primo cano/num.fen.tertia capitulo de regimine vini et aque. dicit ꝙ bibere aquam frigidam post ex ercitium superfluum vel balneum vel in siti aduētitia cōtingente/in ieiuno: vel in siti mē dosa contingente post somnum vel crapulaꝫ est de numero maxime infrigidantium epar ⁊ stomachum et digestionem maxime corrū/pentium: et calorem naturalem mortifican/tium: quare perducit ad ydropem vel ethi/cam senectutis: quia si quis predictorum plu rima necessitate potus angustietur: abluat os suum aqua frigida et anhelet aerem fri/gidum: quod si non suffecerit: bibat modicuꝫ aque frigide in vase stricti orificij: quod si nō dum sufficiat: bibat prius vinum mixtum cū aqua calida ne multitudo nocumentorum ta lium contingat. Idem ibidem. vinum grossuꝫ est melius illi qui pinguis esse desiderat et fortis: tamen ab opillationibus sibi caueat: vetus tamen clarum et purum melius est ha benti complexionem flegmaticam ⁊ pingue dinem fugienti. Item ibidem. super cibuꝫ ma li chimi bibere vinum dum comeditur vel an te vel post est malum: quoniam facit ipsum in extrema corporis penetrare. Melius est igitur a potu omnino abstinere donec cibus digestus sit vel sitim extinguere cum pauco aque frigide: vel cibum deorsum expellere et ventrem lubricare cum haustu magno pluri/me aque pure sicut fit post pruna vel cerasa comesta. Idem ibidem. vinuꝫ dare pueris est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: sed senibus quantum potest tolerare natura da et iuuenibus temperate. Item est peior repletio ex cibo ꝙ̄ ex potu. Pessima vero que ex vtroqꝫ simul. Qui ergo cupit multum bibe re vna vice paucum sumat cibum et econuer/so. Nequaꝙ̄ vero plurimum sumat cibum et bibat: quia vinum cibum indigestum ad sin/gulas venas perducit. Item dicit Auicēna. primo canon̄.fen.tertio capitulo. de regimi/ne somni et vigilie. ꝙ sanitatem cupiens ser uare debet de regimine somni diligenter co/gitare vt temperate exhibeatur et debite: q꞉ virtutem fortificat que fuit debilitata ex plu rima exercitij resolutione vel coitu vel labo/re. Similiter corpus roborat: impinguat et colorat. Ipse namqꝫ omnem digestionem ad iuuat: humores bonos multiplicat: spiritus generat et augmentat: et membra laxa re/creat. Et est res maxime proficiens senibus: quoniam in eis humiditatem radicalem con seruat ne pereat: et perditam recuperat per generationem humidi fluentis. Est autē som nus temperatus ⁊ debitus si septem condi/tiones obseruentur. Prima vt sit hora debi/ta scilicet non illico super cibum: sed postꝙ̄ ci bus descenderit ad fundum stomachi: quia dum cibus est adhuc circa os stomachi fiue/ret ad caput ipsum replens et grauās et som nia plurima ⁊ terribilia et angustias cum re uolutione assidua de latere in latus et stoma chi clausionem prohibens: propterea si eius descensus tardauerit et somnus necessarius fuerit: debet parumper incedere ⁊ postea dor mire. Secunda conditio nō sit in die nisi ob seruatis quinqꝫ conditionibus supradictis. C. de tertia re nō naturali. vel nisi quis som num nocturnum perdiderit propter solicita tionem ⁊ laborem: tunc enim potest dormire a mane vsqꝫ ad horam tertiam quod est tem pus inconueniens minus: vt dicit Ypo. secun do pronosticorum. Tertia vt sit super alterū laterum modo et ordine predictis: vel super ventre si consuetudo eius decubitus inde fue rit: quia satis magnum confert in digerendo auxilium: propterea ꝙ ventreꝫ ⁊ calorem na turalem apprehendit et auget. Nequaꝙ̄ au teꝫ fiat supine super dorso: quia vel materias facit deorsum fluere: ⁊ tunc est causa catharri empimatis. pipleumonie. ptisis hīterie ⁊ in digestionis. vel materias facit sursum māda re: ⁊ tunc est causa apoplexie. epilepsie. para lisis. frenesis. incubi. litargie. Et quocūqꝫ mo do res se habeat: membra debilitat ⁊ muscu/los. qđ si talis consuetudo fuerit: est protinus immutanda. Quarta vt non sit super vacui/tatem ⁊ famem: quoniam est malum ⁊ virtu/tem deijciens ⁊ corpus macerans: ⁊ colorem citrinans: stomachum replens malis humo/ribus: os amaricans: et appetitum proster/nens. Quinta vt non sit profundus vt nō ap pareant somnia vel proterua vel delectabi/

lia quod significat cibi a stomacho perfectā comprehensionem cum digestione optima ꝛ reuocatione spirituū ꝛ caloris naturalis ad interiora completa et perfecta. Sexta vt fit capite eleuato super molli culcitra ꝛ cooperto pannis calidis plurimis super toto corpore: quia magnum prebet auxilium in digerendo cibum ꝛ macerando superfluitates expellendo in vigilijs si corpus in somno bene cooperiatur ꝛ taliter situetur: vt a vertice vsqꝫ ad plantam pedis sit processus gradatiuus ab alto ad decliue. Septima vt sit quantitate sui neqꝫ excedens neqꝫ deficiens: sed moderatus et correspondens ciborum digestioni et virtutis confortationi. Unde Ypocra. secundo Amphorismorum. Somnus et vigilia ꝛc. quoniam si superfluat in quanto et quali corpus infirmat: caput humectat: superfluitates multiplicat: stuporem et subeth causat. Si vero diminutus fuerit digestionem non perficit: tarditatem inducit: corpus macerat ꝛ faciem citrinat. Sunt igitur somnus ꝛ vigilia concause sanitatis: ita vt somnus deseruiat digestioni et maturationi: vigilia vero operationi ꝛ resolutioni: superfluitatum expulsioni: vt dicit Galenus vndecimo de ingenio sanitatis.

Pronosticatio.

Restat nouissime loqui de actu preseruatorio: quia non parum necessarius est in regimine sanitatis. Si quis igitur certis anni temporibus consuetus sit aliqua egritudine laborare antequā hora vel tempus periodi superueniat debet vti alterantib' contrarijs. Et si sit mala complexio diuersa sine materia: vt est febris effimera: dolor capitis calidus: quia si sit cum materia conuenit vt vtatur euacuationibus ꝛ diuersionibus: vtputa fleobothomia farmacia vomitu et sudore menstruorum vel emorroidarum prouocatione ꝛ similibus. Si quis fastidium vel appetitum cibi superfluum vel saporem oris alienum sine causa manifesta vel pigritiam cum lassitudine mēbrorum vel somnolentiam vel vigilias superfluas vel sodam vel vertiginē vel anhelitus maliciam: vel sudores plurimos sine causa manifesta vel somnia plurima terribilia preter cōsuetudinem ꝛ ad vltimū quodcꝫ rarum ꝛ nouū neqꝫ assuetum incurrerit: egritudo pnosticabitur quare ad euacuationes ꝛ alterationes recurres cōueniētes. Si quis euacuationes cōsuetas puta per vomitum sanguinis vel flegmatis vel per emorroidas seu menstrua seu per fluxū sanguinis narium: vel per sudorem seu fluxū ventris: modo restrictas vel diminutas habuerit: ad ipsarū festinet puocationem ꝛ corporis mundificationem ne superfluitas in corpore remanens sine cā manifesta morbos materiales inducat. Econuerso si tales euacuationes nō fuerint cōsuete sed de nouo superfuerint ad earum restrictionē non subito sed gradatim procedat primo considerans an sint naturales vel cretice ꝛ tunc oīno non impediat ipsas nisi valde superfluant ꝛ virtutē deijciāt an sint homatice ꝛ accidentales: ꝛ tunc ad restrictionē ipsarū festinet. Saltus faciei plurimus fortis ꝛ pdurans torturā oris vel paralisim portendit vicinā quare purgetur flegma vehementer ꝛ subtilietur dieta ꝛ alteretur ad calidum ꝛ siccū: ꝛ sic prohibeatur a vino oīno ꝛ fiant gargarismata ꝛ euacuationes cum oximelle squillitico vel aceto ꝛ sinapi ꝛ melle: et sternutationes cum condisi ꝛ fricationes particule cū aceto forti digestionis rute saluie absinth. et mentastri. Saltus corporis totius fortis ꝛ pseuerans spasmū de repletione predicat quare purgetur cum medicinis fortibus frequenter exercitetur in ieiunio proposse. Sudet in balneo famē ꝛ sitim toleret. Stupor ꝛ formicatio ꝛ in motibus debilitas in corpore toto vel in latere altero paralisim eiusdem partis significat quare cum medicinis scriptis de paralisi succurratur. Dolor capitis vehemēs cum feb. acuta: rubore oculorum: apertione venarum: fluxu inuoluntario lachrimarum ꝛ cum impotentia intuendi claritatem luminis vel solis frenesim prefigurat. quare flebotometur basilica vel cephalica ꝛ mundificetur co'ra ex reubarbaro ꝛ scamonea. Cōfortetur cerebrum cum emplastris vnguētis epithimatibus repercussiuis factis ex aqua ros. aceto succo semptuine solatri nenupharis lactucarum ꝛ similium. Incubus ꝛ vertigo si sepe acciderint ꝛ fortiter: epilentiam minātur: quare subueniatur cum medicinis ad epilētiā conuenientibus. Si timor pusillanimitas et tristitia faciei defectio solicitudo ꝛ risus sine

causa manifesta multū tempus habuerint melancholicā passionē constituent: vt dicit ypo.vj.amphoris.quare succurratur cū purgationibus ꝛ alterationibus ex ca. de melancholia. Si furor ꝛ instabilitas cū agitatione in motibus ꝛ garritu plurimo perseuerauerint:maniā ꝛ demoniū lupinū presigurant.quare purgent̄ humores melancholici adusti ꝛ alteret̄ mala cōplexio cerebri cuȝ medicinis scriptis suo capitulo. Si catharrus descenderit frequēter ad stomachū:lienteriā vel vomitū inducit. Si ad pectus ꝛ pulmonem:ptisim asma vel suffocationē causat. Si ad cannam pulmonis:raucedinē inducit quare purget̄ caput cū pillis cochijs frequēter emplastretur abrasis capillis cū emplastris stipticis exiccatiuis ꝛ rubificatiuis scriptis capl'o proprio. Subtilietur cena: tardetur somnus:post cibū multiplicent̄ vigilie pro posse. Sudor multus in nocte vel in somno factus sine manifesta causa significat quoniā corpus superfluo cibo vtitur. Si vero cibū superfluū nō sumentibus accidit significat:quoniā purgatione humorū superfluentiū inventis ꝛ poris membrorū indigēt: vt dicit Ypo. quarta particula amphorismorū.aliter febres putridas aut apostemata nō euadēt. Corpus naturaliter sanguineuȝ est diligenter a feb.putridis conseruanduȝ ad quas maxime pronū est:vt dicit Gal'.xj. de ingenio sanitatis. quare flebotometur frequenter:vel purgetur cū medicina cōuenienter in principio veris ꝛ autūni. Aperiātur eius pori cū balneis ꝛ fricationibus: vt transpirabile ꝛ bene euētabile fit omni hora. Corpus flegmaticū ex regimine vel natura studio solerti ab apostematibus paralisi ꝛ apoplexia est custodiēdum:ad que plurimū extat inclinatum. Corpus vero melācholicū ab ethica senectutis preseruandum similiter virtutū animaliū perturbatione. Corpus cholericū per naturam regimē et dietas vel etatem diligenter a feb.ethica ꝑseruetur:ad quā maxime pronum est:vt dicitur quarto de igenio. Quare prohibeatur a ieiunio ira ꝛ siti ꝛ alteretur cum cibis ꝛ medicinis frigidis humidis:ꝛ custodiatur a vigilijs ꝛ solicitudinibus proposse. Si cor tremorem fortem ꝛ frequenter patiatur ꝛ virtus defectionem sine manifesta causa:mortem subitam minatur:vt dicit ypo. secundo amph o. Qui exoluuntur fortiter ꝛ frequenter ꝛc. Fiat ergo flebothomia ꝛ purgatio humorum melancholicorum adustorum venenosorum cū polipodio:sene:epithimo ꝛ elleboro nigro. Si corpus valde repletum fuerit ẜm vasa vel virtutem:rupturā venarum extinctionē caloris vel vomitum sanguinis et tandem apoplexiam portendit. Unde dicit prima particula amphorismorū. In exercitantibus ꝛc. Et cū subdit in.ij.crassi valde ẜm naturam ꝛc. Quare statim cū flebothomia forti succurratur:postea cum medicina laxatiua dieta tenui ꝛ sudore ꝛ exercitio in ieiuno. Si sensus ceperit turbari subito sine manifesta causa ꝛ motus voluntarij tardari cum vertigine ꝛ grauedine capitis et repletione plurima:timenda est apoplexia:quare fiāt flebothomia purgatio ꝛ gargarismata suo capitulo scripta. Oris fetor plus solito cum fetore egestionis vel vrine pluri debito indigestionem ꝛ putrefactionē significant ꝛ febrem putridam proprie si fit cum opilatione venarum ꝛ pororum cutis ꝛ tensione venarum ꝛ ypocundriorum carentia balnei exercitij cōsueti ꝛ antecessione gulositatis diuturne. Quare fiant purgatiōes materie conuenientis ꝛ subtilietur regimen:facies.oculi ꝛ extremitates si inflari ceperint:ydropem et catechiam significant futuram. Egestio liquida cum traulis ꝛ rugitu ventris expulsa indigestioneȝ significat presentem in stomacho ꝛ malam dispositioneȝ epatis:scȝ opilationem vel frigiditatem:ꝛ sic per consequens lienteriam vel ydropem significat futuram. Quare subueniatur cum diureticis calidis electuarijs ꝛ emplastris calidis stipticis proposse. Cum quis senserit lassitudinem in toto corpore cū acuitate quadam ꝛ ardore circa cutim et horripilatione:fe.interpolatam predicit futuraȝ nisi cuȝ purgatione succurratur. Quia si fuerit cum forti fractione membrorum ꝛ obumbratione visus et grauitate omnis sensus:febrem continuam minatur: nisi subito cum flebotomia succurratur. Ex quo patet ꝙ ꝓstratio appetitus ꝛ lassitudo spōtanea sunt presagia feb.vtriusqȝ vrine ardor perseuerans ꝛ a titilatione ad puncturam paulatim procedens vesicam et virgam scabie vel

vlcere hereditabit: nisi succurratur cum medicinis quas suo loco dicem⁹. Pruritus ani non a vermibus causatus emorroydas significat futuras. Rubor faciei plurimus cū permixtione liuiditatis ⁊ angustia anhelitus ⁊ raucedine vocis quasi loqueretur per nares et pruritu sicco totius corpis et concupiscentia venereorum plurima et alteratione subita ad frigiditatem ⁊ caliditatem et asperitas cutis in modum alicuius ⁊ formicatione quadam stupida mēbrorum: lepraꝫ inchoatam significat. Succurratur igitur anteq̄ confirmetur cum medicinis purgantibus humores adustos balneis humidis ⁊ cibis frigidis: vt dicemus suo loco. Dolor articulorum continuus vel periodicus cum inflatione venarum iuncturarum et motu difficili podagram vel cyragram minatur nisi succurratur cum purgatione flegmatis grossi vel cholere: et abstinentia a cibo superfluo ⁊ potu vini ⁊ vsu aceti ⁊ coitu omnino. Cum quis febrem leuem senserit ⁊ in comestione et somno ⁊ motibus aliquibus ⁊ corporeis optime se habuerit: vel ꝑm consuetudinem vel circa id: tunc omnem medicinam postponat. Quoniam vt ait Galenus primo de interioribus. Natura nō indiget adiutorio medici: nisi cum morbo magnificato amplius natura sibi nequiuerit dominari.

Hec de regimine sanitatis sufficiant.

Proemium primi libri.



Orpus humanum sanabile egrotabile: a nobis operabile per artem quod est subiectum artis medicine diuiditur in stipitem et ramos. Rami quidem in brachia, manus, crura et pedes sine quibus omnibus aut pluribus vita nō potest aliquo mō perdurare. Stipes autē diuiditur in tres partes principales que ventres a medicis appellantur: et sunt ventres animalis spiritualis ⁊ venter naturalis sine quorum vnico vita non potest aliquo tempore perdurare. Scripturi itaq̄ in hoc libro passiones mēbrorum atq̄ remedia corporis singulorum ipsum in quattuor sectiones diuidimus iuxta predictas quattuor partes principales. Sectionem vero quālibet distinguimus per tractatus: quemadmodum que predictaruꝫ partium per membra sua distinguitur quibus integratur. Et venter quidem animalis ex membris illis componitur que sunt a vertice cranei vsq̄ ad epiglotum. ex quibus omnibus precipuum est cerebrum: quare ipsius passiones in principio tractemus. Incipiētes igitur dicamus q̄ passiones capitis famose sunt decem. Prima dolor. Secunda vertigo ⁊ scotomia. Tertia stupor subeth et congelatio. Quarta frenesis. Quinta litargia. Sexta vigilie. Septima permixtio virtutum sensitiuarum interiorū. Octaua epilepsia. Nona apoplexia. Decima incubus. Cum autem dico caput: intelligo aggregatum ex cute carne duramatre cerebro ventriculis ⁊ eius cauernositatibus quorum cōpago per anathomiaꝫ ab actoribus talis est apprehensa. Quoniam sub cute que est solida densa ⁊ compacta plusq̄ in alia parte corporis est craneum quodam subtili panniculo interposito supra connexum cranei fabricato. sub craneo est duramater panniculus solidus superficiei ipsius concaue vndiquaq̄ orbiculariter subductus ad defensionem cerebri propter casum vel percussionem. Sub duramatre est piamater totam medullam cerebri amplectens cum sit panniculus mollis et subtilis a quo postea alij ramificantur panniculi cerebrum anterius a posteriori distinguentes: necnō diuersos anfractus anterioris cerebri penetrantes et eius sectiones colligantes: quemadmodum pulpa colligit grana granatorum et fauus continet mel. Quapropter dictum est a medicis q̄ ab hoc panniculo cum cerebro oriuntur omnes nerui: ita vt omnes nerui sensitiui oriantur a cerebro anteriori propter auditores qui a posteriori oriuntur a quo et omnes nerui motiui oriuntur preter neruos narium atque palpebrarum qui ab anteriori oriuntur cerebro actiui vero nerui ab vtroq̄ simul oriuntur

cum tactus sit sensus cõmunis totius corpo ris.cerebrum autem in se duas continet par res:substantia:loco ⁊ operatione distinctas scilicet partem anteriorẽ que sinciput dicitur: et est mollis.alba.humida.occupans frontẽ et verticem cranei fere totam: in cuius me/dio est pars cerebri candidior purior ⁊ no/bilior intus concauitatem habens oblõgaȝ angularem quasi ad figuram quadranguli que ventriculus anterior nominatur. et est locus sensus cõmunis atq; fantasie que et imaginatiua dicitur:⁊ ab hoc ventriculo fe re circa medium descendit via spaciosa trãs iens per mediuȝ palati que lacuna siue col latoriũ appellatur per quam cerebrum an/terius a suis superfluitatibus emundatur. Et cum hoc collatorio concurrunt duo fora mina narium.propter quod anhelitus ore etiam clauso attrahitur ⁊ vnctuositates na rium quandoq; per rascationem expuũtur. quare si collatorium illud accidat quãdoq; opillari ex flegmate grosso ⁊ viscoso fiet an helitus difficilis nisi ore aperto ⁊ post som/num. Alia vero pars cerebri posterior que dicitur occiput.⁊ est dura subalbida quasi figure triangularis cuius basis est versus collum a quo oritur nucha replẽs dorsi spõ diles:vt sit eius vicarius: quoniam ab ipsa nerui oriuntur:qui a cerebro posteriori non poterant deriuari propter ipsius paruita/tem atq; distantiam a membris ne forte in via creparentur. Eius vero conus versus verticem est erectus: quoniam hec figura promptior est ad recipiendum ⁊ firmior ad retinendum:quod etiam necesse fuit ventri culo consimilis figure ipsius medio fabrica to qui subseruit virtuti memoratiue ⁊ remi niscitiue. Est preterea quidaȝ transitus stri ctus longus ac rectus ab anteriori ꝓcedens ventriculo ⁊ tendens ad conum ventriculi iaȝ dicti vt species sensatas ⁊ fantasiatas ve loci cursu traducant ad cameram memora/tiuam ⁊ econuerso. Et hic dicitur medius ventriculus ad seruiendum virtuti estima/tiue que in hominibus cogitatiua vel ratio particularis vel intellectus passiuus nuncu patur sagaci natura subtiliter fabricatus.

¶ Finis prologi.

¶ Incipit tractatus primus prime sectiõis: cuius sunt decem capitula.

¶ De dolore capitis.
Capitulum primuȝ.



Dolor capitis ab auicẽna cõmu ni noĩe soda dr̃ ⁊ si totum ca/put occupet ouum vel cepha/lea vel galea appellatur. Siue ro partem capitis obtineat si ue dextram:siue sinistrã:siue anterioreȝ:siue posteriorem emigranea nuncupatur. Sunt autẽ eius diuerse cause species ⁊ modi: sed quocũq; modo fuerit vel est morbus cuȝ fit per se incipiendo a sua causa ꝓmitiua ante/cedente vel cõiuncta:vel est accidẽs cum fit sequendo morbũ sicut vmbra sequit̃ corpus vt dicit Gal.iij.de acidente ⁊ morbo. Eius aũt species cause seu modi sic p̃nt deprehen di ⁊ ꝓprie simplices.nam de soda ex cã cõpo siti dicet̃ cum de apostemate calido ⁊ frigi do cerebri dicemus. Soda igitur cũ est mor bus:aut fit a cã intrinseca aut primitiua. Si intrinseca aut a mala cõplexione aut so lutione continui. Mala nanq; compositio dolorem nõ causat:vt dicit Gal.in tegni. Si a mala complexione: aut cum materia:aut sine materia. Si sine materia sic sunt tres species eius. Prima est a mala cõplexione calida.secunda a frigida.tertia a sicca. qm̃ humida non põt facere dolorem nisi cũ ma teria. Si cum materia:aut ventosa:aut hu/morali. Si ventosa sic sunt due species:quia vel ventositas eleuatur ab humore frigido vel infrigidatur ab aere ⁊ vento frigido. si humorali sic sunt quinq; species. Prima est a sanguie.secũda a cholera.tertia a flegma/te.quarta a melancholia.quinta a materia composita ex ĳs q̃ variatur pluribus mo/dis. Si a solõne continui sic est vna species scilicet ex flegmate salso vel cholera rubea corrodente ⁊ vlcerante duram ⁊ piamma/trem. Si a causa primitiua sic sunt due spe/cies scilicet ab aere cõtinente vel a casu vel percussiõe. Si vero soda fuerit accidẽs tũc iterum aut fit a causa primitiua:aut intrin/seca. Si primitiua sic sunt tres species:vtpo te vel ab aere:vel ab vento frigido:vel a sole et balneo calido:vel ex coitu et labore super fluo. Si intrinseca aut consequitur mor/

bum vñem aut particularem. Si vniuersalē sic fit vna species scʒ que fit in febribus cõtinuis ⁊ interpolatis hora crisis vł hora maioris afflictionis. Si particularemʒ: sic fiunt septem species. Prima que fit ex vitio stomachi repleti malo cibo vel potu vel humoribus corruptis. Secũda que fit ex vitio epatis. Tertia vitio splenis: quarta vitio matricis. quinta vitio renum. sexta vitio mirach: vel alterius membri exterioris. septima vitio intestinorum: ⁊ eorũ que in eis sunt. Et sic in genere sunt. xxiiij. species sode: que adhuc plures ꝯtinet modos sub se prout dicet.

Methodus. Dolor cerebri si fiat a mala cõplõne diuersa calida: sine materia signa habet ista. Sentitur caput calidũ ad tactum: apparent oculi rubei ⁊ sentit infirmus agitationem intra craneum ⁊ pulsationem in temporibus. Et quia iuuatur a frigidis applicatis per exterius ⁊ nocetur a calidis. Et si fuerit ista caliditas a causa pmitiua antecessit expositio capitis ad solemʒ vel ventum calidum. Cura eius est vt alteretur caput ad frigidum cuʒ inunctione olei ros. mixti cuʒ populeon. vel aqua ros. ⁊ aceto vel lacte mulieris vel papaueris vel cum succo lactuce semperuiue solatri ⁊ similium per se vel mixtorũ imbibendo in eis pãnos lineos ⁊ ponendo actu frigidos super frontem ⁊ tempora requenter: sed nequaꝙ tangatur pars cerebri posterior ex eis scilicet occiput: quoniam naturaliter est frigida ⁊ nucha ⁊ nerui motiui inde oriũtur. Si vero fuerit a mala complexione diuersa frigida sine materia: sentitur caput ad tactum frigiduʒ iuuatur a calidis ⁊ nocet a frigidis: ⁊ forte antecessit ambulatio in aere frigido siue vẽto boreali. Cura eius est vt caput ante cibũ fortiter fricetur cum pannis calidis ⁊ facelletur cum puluere thuris ⁊ baccarũ lauri cõtritarum vel cum semine nasturcij ⁊ sinapis postꝙ calida infusa fuerit in aceto albo forti: ⁊ post hoc in facello calefacta super lapide ignito ⁊ roratocum eodeʒ aceto ⁊ potest addi carui. ciminum. anetum. Et in isto aceto remaneant semina. Olibanuʒ vero ⁊ bacce lauri conterantur ⁊ caput abluatur sepius in ieiuno cum vino albo veteri puro actu calido in quo ruta saluia ⁊ castoreum sint bullita. vel inungatur cum oleo laurino vel de lilio: ⁊ odoret res calidas aromaticas ante cibum: ⁊ stet in sole calido vel ad ignem in ieiuno. Et vtatur cibis actu calidis ⁊ virtute conditis cum speciebus aromaticis: bibat vinum vetus: purum vsu tamen moderato. Scias ꝙ sinciput frequentius alteratur ad calidum propter sensus ⁊ spiritus ibi plurimos: occiput vero ad frigidum magis propter neruos ibi ortos. Si fiat a siccitate apparet concauatio oculorum et antecessit fluxus ventris per se vel per artem vel vigilie vel exercitium vel coitus: vel studium et solicitudo et narium et labiorum ariditas cum ardore aliquali. Cura est vti cibis impinguantibus proposse vt sunt iura carniuʒ edorum pullorum agnorum annalium conditis cum. ʒʒ. cinamomo croco: ⁊ balneis humectantibus: vt est balneum aque dulcis tepide post cibum ilico vel completa digestione prima sine mora in ipso ne fiat corp⁹ euaporabile. Potest quandoqꝫ vti piscibus recentibus petrosis conditis cum speciebus non acutis: sicut sunt nux muscata macis. ʒʒ. cinamonum gariofili. ⁊ crocus. Bibat sepe in ieiuno lac per duas horas ante cibum cum melle vel ʒuccara vel mica panis de simila: ⁊ proprie si sit consuetus ⁊ in ipso delectetur: ⁊ stomachus sit mundus: quia faciliter corrumpitur in stomacho cachochimo vel plectorico: ⁊ in calido quidem ad fumosum: in frigido ad acetosum: quare tunc capitis dolorem inducit sursum gradatim vaporando: vnguatur ex oleo violaceo. Si fuerit ex complicatione duarum qualitatum sine materia: tunc adulterari videtur: quare cura componatur. Scias ꝙ soda raro fit a caliditate sine materia simpliciter: ⁊ difficile est ipsam cognoscere non apostemari scilicet cum medicus procedit in cura cum solis alteratiuis predictis: ⁊ si non conferunt cognoscit ꝙ est cum materia quare euacuatione indiget: vt dicetur. Si vero fiat a mala complexione diuersa cum materia ventosa sentit infirmus tinnitum in auribus ⁊ vertiginem ⁊ pulsationem fortem sine acuitate vel punctura in capite ⁊ schotomiam. Et certum signum sode ventose est quoniam dolor mutatur de loco ad locum. Ista

autem ventositas vel fit a causa primitiua: vel humorali. Si primitiua tūc antecessit expositio ad ventum capite nudato. Et si ventus fuerit calidus odoret oleum ros. vel nenuph aris et camphoram et ros. vel mala mactana: et faciem suam lauet cū aqua ros. Et faciat emplastrum ex rosis nenupharis et similibus. Et ponat de eisdē oleis inter nares et aures fiat sternutatio cum condiso vel pipere. Bibat vinum granatorum vel berberis: vel vinū ponticum limphatum vtatur in cibis suis aceto vel agresta. Et si ventus fuerit frigidus: odoret castoreum et muscum sepius: caput vngat nares et aures cum oleo de castoreo vel spica nardi actu calido vel oleo cōmuni in quo dissoluta sint castoreum euforbium vel carui ameos et ciminum et roret faciem amphion frequenter. Abluat caput in loco calido in ieiuno cum lixiuio acuto facto ex cinere quercus vel vitis: in quo saluia calamentum et ruta maiorana flores camomille mellilotū bacce lauri et similia sint decocta et fricet post hoc caput cū pannis calidis tempore longo: postea cum pectine. Neqꝫ vadat ad aerem frigidum donec caput perfecte exiccetur. Si autem ventositas fiat a causa humorali quod scitur: quia non sint vento expositis tunc digeratur primo flegma grossum viscosum cōtentum in capite et stomacho vel intestinis (quia ab illis eleuatur vētus) cum oximelle composito vel squillitico. deinde purgetur de pillulis cochijs dando. ʒ.i. vel. ʒ.i. et ß. cum itur dormitum cum sene. vel medicina de turbith que sic fit. ℞. turbith al. auri bene mūdati. hermodacti. ʒʒ. ana. ʒ. ß. zuccare ʒ. ij. terantur omnia simul et detur totum mane cum vino decoctionis ameos. anisi. carui cimini. vel piperis longi actu calidis. et tardetur cibus post ipsum quia tarde solutionis est et leuiter euacuat. Vel cum. ℥. benedicte laxatiue: vtatur sepe post euacuationes dyatriumpiperum. dyagallāga. dyaniso vel dyacimino. Sumat in septimana semel stomacho ieiuno. ʒ. ß. tyriace veteris electe cum vino decoctionis predictorum: et cū eodem vino sepe gargariset et ipsum in ore teneat. Fiant sternutationes predicte masticet ante cibum masticem. piper. carui. ciminum. anisum. cum extinctione saliue. Sacelcetur caput cum milio et sale torrefactis: vel cum orobo fenugreco furfure. rutha. saluia. calamento. origano. serpillo. mentastro: pulegio contritis et bullitis in aqua et aceto forti. Deinde expressis diligenter et positis in saculo super caput actu calidis frequenter in ieiuno reiterando postqꝫ factum fuerit abrasis primo capillis: vt virtus medicine penetret apertis poris. cum fricatione cum panno calido: vel sacelletur cum seminibus et pulueribus calidis positis in cura sode frigide sine materia. Et embrocetur cum vino parum calido dicto ibidem. Fiat ablutio cum lixiuio predicto semel in septimana et inunctio cum oleis predictis vel cum oleo de mastice in quo bacce lauri sint contrite. vtatur cibis bonis conditis cum speciebus aromaticis calidis proprie cum pipere longo. nuce muscata cubebis et croco. Bibat vinum vetus potens vsu moderato: qꝫ si non habeatur: limphet suum vinum cum aqua decoctionis gariofil. et piperis longi. Posset quandoqꝫ fieri caputpurgium cum succo ruthe vel calamenti inijciendo narib⁹ cum instrumento. Si vero soda morbus fiat a mala complexione diuersa cum materia humorali: tunc vel est sanguis vel cholera vel flegma vel melancholia vel compositum ex eis. Si sanguis: signa eius sunt rubedo plurima faciei cum apparitione et repletione venarum: pulsatione timporum: saliua dulci sine causa manifesta somnolentia cum apparitione fantasmatum rubeorum et homicidij in somno: dolor acutus non valde qui augetur ab aurora vsqꝫ ad prandium siue horam tertiam quod est tempus sanguinis et habitudo carnosa et antecessio ciborū multiplicantium sanguinem: sicut iura bona: carnes nobiles: vinum dulce. Et si vrina fuerit grossa: rubea magis certificaberis. Potest autem sanguis peccare in capite: et alius humor in epate quare hora illa mutabitur vrina. Cura eius est vt primo fiat flebotomia cephalice in brachio vel manu: si virtus et etas consentiant: vel ponantur ventose in in spatulis vel cum scarificatione longa profunda similiter super collo et super mento et super vertice cranei: prius ta

men abrasis capillis diligēter vel flebotho metur vena frontis: quia secundum. ypo. v. parti. amphorismo. Posteriora capitis dolentia recta vena incisa in fronte iuuat scilicet quando materia est sanguinea. Secundo laxetur venter omni die ante cibum cum suppositorio vel clisteri. Tertio epithimentur frons et timpora cum aqua ros. et modico aceti vel succo solatri et semperuiue. vltimo scilicet hora declinationis abluatur caput aqua decoctionis aneti: florum camomille: et ros. rubearum. Et vnguatur cutis frontis cum oleo anetino: vel camomillino vel vtroqꝫ simul actu calidis abrasis capillis. Scias ꝙ in principio istius sode confert plurimum fluxus sanguinis nariuꝫ per se vel per artem productus cum setis porcinis. Cibetur farre: farina ordei vel auene lacte amigdalarum dulcium. lentis. lactuce portulace. cucur. mica panis lota in aqua frigida: vel vino granatorum. vtatur prunis persicis: pomis: piris assis. Bibat aquam decoctionis berberis vel aquam coctaꝫ simplicem: vel aquam mixtam cum vino granatorum: vel vinum album aquosum cum triplo aque frigide. Si vero cholera sit in causa: signa eius sunt facies citrina macra dolor pungitiuus vehementis acuitatis sine grauitate que proprie augmentatur ab hora diei tertia vsqꝫ ad horam nonam quod est tempus cholere et instantia vigiliarum pulsatio timporum et apparitio fantasmatum: vel ignis et incendij in somno. Et rubedo nasi cum caliditate et strictura siue humiditate plurima. Et vrina subtilis citrina et forte egestio tincta sicut vitellum oui. Cura eius est vt in principio digeratur cholera cum oxizacara vel sirupo rosaceo. postea euacuetur cum electuario de succo rosaceo laxatiuo: vel cum pillulis de reubarbaro que sic fiant. ℞. reubarbari electi. ʒ. duas masticis. ʒ. vnam. scamonee. ℈. vnum. formentur pillule cum succo apij vel rutbe vel vino. Et fiant tribus diebus anteqꝫ ministrentur. Dentur ex eis in media nocte. ʒ. due. vel. ʒ. vna. Et aliam descriptionem earum ponemus capitulo de cathar ro. Quod si pillulas recipere noluerit: licet perfectius operentur circa membra remota. Tunc detur in aurora decoctio. ℞. tamarindorum vncias duas. manne vnciam vnam. dissoluetur in libram semis aque decoctionis prunorum et colletur. Et si eger sit fortis: addatur mirabolanorum citrinorum tritorum perfecte: vncia vna. vel purgetur cum medulle cassie fistule vncijs duabus vel vna vncia et semis dissoluta: cum eadem aqua potest acui cum dragma vna reubarbari puluerisati. Et si propter hoc nō curetur: flebothometur cephalica vel fiat ventosatio in spatulis sine scarificatione. Similiter super collo et super mēto propter diuersionem. Preter illud vero super vertice capitis abrasis capillis diligenter roretur frons et timpora cum aqua rosacea et aceto. et oleo rosaceo. vel nenupharino. ponendo ex eis etiam intra nares septies omni die: et fricentur extrema cum aceto et sale. In statu vero caput emplastretur cum floribus camomille rosa menta maiorana coctis in aqua et contusis et incorporatis cum oleo camomille et cum eadem aqua embrocetur caput ab alto. Quod si hec omnia non contulerint et dolor et vigilie egruꝫ ad defectioneꝫ perduxerint: applicentur prius narcotica leuia per exterius. ℞. olei ros. vnciam vnam. opij. ʒ. ß. aceti. ʒ. j. misceantur simul et calida inungantur circa frontem et timpora cum penna. Et si hoc non sufficit: dentur sero cum patiens cupit dormire vel in mane trocisci qui sic fiant. ℞. dyapapaueris vel filonij recentis vel cimiriate confecte infra sex menses. ʒ. ß. opij granum. j. et misce. Post hoc da bibere duo coclearia vini mixti cum tantumdem aque: vt virtus medicine euaporet ad caput. Post hoc purgetur iterum sequenti die cum aliqua medicinarum predictarum: vt cholera purgetur et medicine somni ferre adijciantur narcotica si dolor creuerit et plura somnifera vtilia ad sodam pulsatiuam dicemus capitulo de vigilijs et frenesi. Post purgationem vtatur dyaprunis simplici rosata nouella dyarod. abbat. zuccara ros. vel viol. Si autem hec non contulerint: fiat remedium cuꝫ cirurgia: quia fortissime medicine nouissime sunt administrāde. Fiant ergo cauteria in commissura capi

tis in occipitio sub duobus cornibus. vel fiat causticatio colli cum cantaridibus incorporatis cum dyaquilone vel fermento abscisis capitibus ⁊ alis donec locus vesicetur ⁊ humor attrahatur: tunc trahatur filum de lana vel serico per vesicam: ⁊ dimittatur stare donec plurima humiditas effluxerit. Et si vis vt causticatio non dilatetur: pone tunc circa pānos lineos infusos i aqua ros. et albumine oui. Post septem vel nouē dies consolidetur locus cum vnguento albo vsitato. vel vnguento de cerusa quod sic fit. ℞. cere frustratim incise. ℥.ß. olei ros. ℥. quatuor dissoluatur primo cera in casoia: addatur oleum tunc deponatur ab igne et addatur tantum de puluere ceruse donec inspissatum fuerit agitando continue cum spatula. tunc misce cum eis duo albumina ouorum postq̄ infrigidatum fuerit ⁊ addatur in fine aliqd camphore. Si vis fortificare: adde opij grana .xij. iusquiami grana vigintiquattuor pulueris corticis mandragore.ʒ.ß. hoc enim vnguentum ardorem reprimit ⁊ omnem vlcerationem consolidat siue fuerit ab igne siue cauterio vel melancolia adusta vel flegmate salso vel cho. vel a q̄ feruenti vel oleo. Dieta eius fit sicut in soda sanguinea: sed magis declinet ad frigida: quia calor cholere acutior est q̄ sang. vt dicit Gal. in lib. de mali. compl. diuerse. Simplicia itaq̄ frigida caput sua ppᵉtate respiciētia ⁊ alias medicinas ad ipm ducentia sunt viola. nenuphar. rosa. camphora. salix. cucurbita. granatum. solatrum. lactuca. sandali. mirtus. plantago. semperuiua. portulaca. Et est notādū q̄ ex his q̄ magis aromaticitate pᵗicipant magis capiti cōferūt ⁊ appropriant: ex qᵒ pōt cōponi medicamia alia pter suprascripta huic casui ɔueniētia. Si flegma fit in cā signa eiᵒ sunt frigiditas ipoꝝ ⁊ capitis ad tactum dolor grauatiuus sine punctura somnolentia: pigritia. In motibus: debilitas oculorum quādoq̄ tinnitus ⁊ pulsatio timporum ppter oppilationem plurimā: ⁊ apparitio fantasmatum de piscibus de pluuia balneo aque frigide fastidium multitudo saliue ⁊ sputi ⁊ muscillaginis nariū color faciei subalbidus vel pallidus cum habitudine squalida augeᵗ dolor in nocte: qꝛ est hora flegmatis. Et si vrina fit alba grossa egestio liquida non tincta verior erit significatio. Cura eius est vt digeratur flegma cum sirupo de sticados: qui dicetur capitulo de debilitate visus. vel oximelle composito. Purgetur cum pillulis cochijs vel yerapigra: postea fiat sternutatio cum pipere vel condisi: vnguatur caput cum oleo nardino vel de lilio vel de castoreo calido actu vel cum vnguento marciaton ad ignem vel solem. Fiat emplastrum supra caput abrasis prius capillis quod. ℞. prassij. rosarum ru. absinth. florum camomille. aneti. manipu. j. farine. fenugreci vel se. lini. lib. ß. conterantur omnia ⁊ bulliant in aqua. Deinde detur.ʒ.ß. styrace veteris vel auree alexandrine vel dyacastorei vel metridati vel theodorici anacardini cum.ʒ.iij. vini decoctionis gariofil. ⁊ fiat ablutio cū lixiuio supradicto C. de ventoso dolore capitis. dieteᵗ dieta calida ⁊ sic in suis cibis vtaᵗ petro. eni. et speciebus calidis aromaticis si febris non prohibeat. Si autē per ista non curetur: fiāt cauteria pdicta similiter ⁊ causticatio atq̄ scarificatio: quia si per medicinas curari potest: curabitur: ⁊ prohibeatur a somno superfluo ppᵗe in die ne cadat in subeth. Si melancholia fit in causa: tunc signa eius sunt frigiditas capitis ad tactum vigilie plurime cum cogitationibus corruptis ⁊ apparitione fantasmatum nigrorum in somno: vt pura de fumo. fuligine. ⁊ similibus. Color faciei plumbeus dolor cum plurima grauitate que multiplicatur ab hora nona vsq̄ ad occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per adustionem: vel post occasum solis quod est tempus melancholie perfecte per congelationem vel congestionem. Sepius tamen est in nobis calidum adurens q̄ frigidum mortificans: vt dicit Gal. ij. de cōplexionibus. ⁊ paucitas superfluitatis oris ⁊ narium ⁊ vrina glauca subtilis ⁊ egestio fetida liuida vel plumbea vel nigra. Cura eius est cura fere doloris eadē cum peccato flegmatis, preterq̄ purgatio debet fieri cum isto apozimate. ℞. mirabolanorū chebullorum indorum ana.℥.j. turbith.ʒ.ß. sene thimi epithimi ana.ʒ. semis pistentur ⁊ bulliantur in lib.ß. aque. Sed in

fine decoctionis addantur sene et epithi/mum ꝛ non in principio: quia virtus eorum resoluetur. Detur de ista decoctione postq̄ collata fuerit ℥. quattuor ꝛ dulcorentur cum zuccara: detur ante diem per vnam horam dimittatur dormire super quousq̄ medici/na fuerit excitata: tunc vigilet ꝛ moueatur paulatine donec tota virtus medicine fue/rit consumpta. Et plura alia farmaca dice mus capl'o de perturbatione virtutum ani malium sensitiuarum. s. de melācholia. Nō dimittatur solitarius nec habitet in loco te nebroso. Vtatur solatio ꝛ gaudijs ꝑ posse: nutriat̄ cibis hūidis sicut sunt iura carnium edorum pullorum agnorum animalium ca/stratorū: vitet carnes bouinas. hircinas. fe/rinas quascūq̄. vinum rubeum ꝛ omnia ge nerantia sanguinem grossum melancholicū que sunt duorum generum. Quedaꝫ hoc fa ciunt sui substantia: vt lentes caules carnes bouine subfumigare: panis azimus: oua du ra assa vel frixa. ꝛ similia. Quedam sui qua litate quod accidit dupliciter: quia quedam caliditate adurente: vt piper. allium ꝛ sina/pis ꝛ carnes ferine proprie salite vel frixa/te. Quedam sui frigiditate condēsante: vt fa ba lactuca portulaca risum ꝛ similia. Et di ligēter succurratur huic sode quia finaliter perducit ad passionem melancholicam. Si autem materia humoralis fuerit composi/ta ex aliquibus predictis quattuor: vel cum omnibus equaliter seu cum dn̄io alicuius vel aliquorum. Tunc signa ꝛ cura erunt cō/posita suo modo. Scias q̄ raro est reperire sodā vel morbum alium ex causa homoge/nea pura sed composita vt plurimum quod est propter hominum gulositatem ꝛ ciborū confusionem propter quod ꝛ humores gene rantur in corpore diuersi: quorum varietas calamo scribi non potest nisi modo genera/li ꝛ cōmuni. Si autem soda fiat a solutione facta cum ferro cyrurgicis derelinquo. Siue ro ab humore acuto corrosiuo sicut est calida vel flegma salsum: tunc si sit intra craneum difficile ꝛ impossibile est ipsam consolidare quia medicine non p̄nt applicari: sicut etiaꝫ dicetur in capl'o de fluxu sanguinis narium. Et si curari pōt: curetur in principio ꝛ ante confirmationē vlceris cum infrigidantibus sanguinē que dicentur eodem capl'o ꝛ caute rio in vertice profundato vsq̄ ad cōmissurā remanente longo tempore aperto. Si vero illud vlcus sit extra craneum curetur cuꝫ vn/guento albo vel de cerusa supradictis. Siue ro fiat a casu ꝛ percussione sine vulnere cu/ius signa patent ex relatione infirmi. Tunc cura eius est vt in principio statim radātur capilli circa locum ꝛ vnguatur particula le sa cum oleo ros. ꝛ emplastretur cum pulue re mirtillorum ros. mixtis cū aqua ros. oleo ros. ꝛ aliquantulo aceti ad repercutiendū materias ꝛ confortandum particulaꝫ. Post ea flebothometur cephalica partis contra rie vel mediana: vel fiat ventosatio in spatu lis ꝛ cruribus. Si flebothomia fieri non po test: fiat ventosatio. Et laxetur venter om/ni die ante cibum cum suppositorio vel cli/steri facto ex aqua decoctionis viol. mal. fo liorum altee. lib. ß. olei cōmunis. ℥. iij. mellis ℥. j. sal. ℥. ß. furfuris. p. j. Si venter sit stipti/cus emplastretur omni die locus cum oleo ros. mixto cum bolo. ar. san. ora. ter. sig. pul/uere mirtillorum. Nutriatur cum farina or dei vel farre vel lactucis. portulacis. Bibat ptisanam vel aquā zuccari vel aquam deco ctionis berberis vel mirtillorum. In qua sit aliquid zuccare: vinum omnino vitet et car nes illa hora nisi virtus sit debilis: tunc vta tur carnibus alteratis cum portulaca lactu cis cucurbita rapis. Bibat vinum ponticuꝫ limphatum cum duplo aque frigide. et si sanguis exierit ab aure vel naribus: cibetur cerebro gallinarum edorum castratorum quia significat nocumentum peruenisse ad cerebrum ꝛ ipsum magis confortatur ex nu trimento cerebri q̄ alterius rei: quia simile membrum cōfortat simile: vt dicit auerroys v. colliget. ꝛ ras. in lib. diuisionum, ca. presen ti. Et sic regatur donec locus securetur ab apostemate: tunc confortetur cum vnguen/to stiptico facto ex puluere mirr he thuris. masticis. ana. mixtis cuꝫ oleo de camomilla quod sufficit. Nā ista sunt calida: sicca ideo confortant particulam lesam ꝛ adequant eius complexionem naturalem ꝛ resoluūt re liquias materierum. Si autem hoc mō non curaretur: tunc secure potest euacuari cum pillulis cochijs: iterum procedat̄ cum alijs prius dictis. Si autem cū hoc craneū fuerit fractū vel cōcussuꝫ recurrat̄ ad cyrurgiā. Si

vero soda fuerit propter coitum superfluuz vel exercitiuz signa sunt concauatio oculorum: palliditas faciei. Et certius signuz est infirmi grauatio per dolorem alkatim ꝛ dorsi vbi situati sunt renes. Cura eius est vt conforte tur corpus cum cibis humidis nutritiuis: vt est caro pulloꝝ edorum castratorum cum iuribus eorūdem. pisces recentes petrini: oua sorbilia: vinū rubeum dulce: vnguantur nares cum oleo violarū: ꝛ renes cuz vnguento impinguatiuo qđ sic fit. ℞. olei violarum. ℥. quatuor. cere ℥. ß. adipis anseris anatis vel galline. ℥. j. dissoluantur omnia in casola et incorporentur perfecte; vtatur dyasatirion dyamusto electuario ducis et restauratiuo quod ponemus capitulo đ fe. ethica. Bibat omni mane in ieiuno. lib. ß. lactis caprini recen. cum zuccara: vel cum mica panis. ꝛ non comedat desuper cibum aliuṁ per duas horas ad minus. Et hec de soda morbo.

¶ De soda prout est accidens.

Soda prout est accidens si cō sequatur morbum vniuersalem signa habet ista. Quia aduenit cum feb. vel circa id: ꝛ augetur cum augmento febrium et remittitur cum remissione feb. Cura eius est repercutere materias fumosas cū epithimate facto ex aqua rosata ꝛ modico aceti: vel succo solatri: vel semperuiue: vel lactucis: vel lacte mulieris imbibendo in eis pannos lineos et fronti et timporibus ponendo actu frigidos cum reiteratione frequenti: quia defendit cerebruz a mala complexione actu calida et apostemate. Et plura dicemus capitulo de siti. et capitulo de vigilijs. et capitulo de frenesi. Attamen preter illic dicenda dicemus hic sirupum contra sodam sitim ꝛ vigilias in fe. que cum plurimum superfluunt: deijciunt virtutem. ℞. seminis papaueris lactuce portulace. cucur. añ. ʒ. quatuor se. aneti. ʒ. tres croci mirrhe. añ ʒ. ſ. iusquiami. ʒ. duas mandragore opij. añ. ℈. iiij. psillij. ʒ. ij. succi liquiricie q̄tum volueris. pistentur et bulliantur in lib. duabus aque donec tertia pars fuerit consumpta: colletur ꝛ addatur zuccare. lib. j. sirupetur ꝛ detur ex ipso. ℥. ſ. ꝛ ß. cuz ℥. iiij. aque frigide in estate vel calide in hyeme sero cum itur dormitum. Vnguantur timpora et nares cum populeon distemperato cuz oleo viol. vel rosꝰ. vel lacte papaueris: et in fine cibi vtatur piro vel citonio asso actu frigido. Et leniatur venter omni die cum suppositorio vel clisteri lenitiuo: vt dicemus capitulo de bolismo. Et regatur prout feb. exegerit: et in declinatione feb. et sode embrocetur caput ab alto cum resolutiuis sicut est aqua decoctionis florum camomille mellilo ti semi. lini ꝛ aneti actu calidis. Fiat desup fricatio leuis assidua cum pannis calidis: donec caput perfecte siccetur. Si autem soda consequetur morbum particularē: tunc hoc fit vitio stomachi. Et hoc est vt plurimū vel vitio intestinorum vel epatis vel splenis vel matricis vel renum vel vesice. Si fit vitio stomachi hoc est tripliciter. vel ratione cibi ꝛ potus corruptoꝝ in stomacho. vel ratione malorum humorum congestoruz in ipso. vel ratione veneni assumpti. Si primum tunc signa eius sunt antecessio nauseatiue satietatis eructatio fetida fumosa vel acetosa angustia corporis cum reuolutione de latere super latus et insomnietas et apparitio fantasmatum plurimorum terribilium in somno: ꝛ prostratio appetitus cuz nausea ꝛ fastidio. Cura eius est vomitus vt dicemus capitulo de bolismo capitulo de empericis. et inunctio stomachi cum oleo masticis et nardino ad ignem calidum ante cibum: vtatur electuarijs calidis. dyagal. et dyatriumpiper. electuarijs ducis et similibus. Quod si vomere non posset proposse dormiat sine cibo donec digestio perficiatur: q̄ si dormire non potest: ambulet leuiter et sine quiete donec tota die cibus vel digeratur vel ad intestina descendat. Emplastretur stomachus cum calamento absinthio. rosꝰ. anisi carui. cimino mastice. mirrha. añ. bullitis in vino rubeo stiptico: et expressis perfecte et positis super os stomachi actu calidis cum reiteratione frequenti postq̄ infrigidatum fuerit. Vel fomentetur cum filtro recenti infuso in aqua calida decoctionis earundem rerum. Et si eructatio fuerit fumosa; vtatur rosata nouella vel dyaro.

abbatis vel zuccara rof. Et si crapula per se non exierit: educantur cum medicina vel clisteri. Et fiant omnia que dicentur capitulo de debilitate digestionis. Et capitulo de cura feb. effimere ex nauseatiua satietate ij. lib. de eructatione. et capitulo de vomitu si vomitus vel eructuatio superfluxerit. Si autem ratione vini vel alterius potus superfluentis in stomacho inebriantis vel non inebriantis: tunc signa trahuntur ex narratione infirmi. Et eius cura est vt fiat vomitus et inducatur propose somnus vt epithimetur frons et timpora cum aqua rosa. et aceto vel succo solatri vel semperuiue. Et iaceat et quiescat in loco obscuro capite bene eleuato super ceruicali molli. Vtatur repercussiuis ebrietatem prohibentibus: sicut est magnus haustus aque frigide vna hora simul: et vinum granatorum: et aqua decoctionis berberis. Post somnum et digestionem balneetur et sudet et laboret in ieiuno: neque comedat donec tota crapula consumatur et appetitus redierit. Medicamen tamen expertum ad ebrietatem prohibendam est comedere cepas cum aceto vel coriandrum cum zuccara et aceto vel odorare campboram et sandalos vel bibere aquam frigidam cum aceto sicut econuerso medicina faciens ebrietatem subito est potus aque decoctionis iusquiami nigri cum cortice mandragore donec rubere ceperit siue per se sumatur siue cum vino. Si autem soda fuerit ratione humorum congestorum in stomacho: tunc signa et cura eius trahuntur ex capitulo de indigestione et debilitate stomachi. veruntamen ex distinguentibus oportet addere duo signa. Primum est soda facta vitio stomachi et proprie declinans ad partem capitis anteriorem scilicet frontem et timpora. Secundum est quod si cholera peccauerit: tunc dolor magis infestat post et est permixtus ex acuto pungitiuo et repletiuo grauatiuo. Si autem fuerit ratione veneni bibiti ilico succurratur: vt dicemus capitulo de sincopi cum vomitu et tyriaca veteri. vt de venenis libro secundo. Si vitio intestinorum tunc accidit vitio vermium vel humorum putridorum in ipsis. Signa eius sunt facies tenebrosa pallida fetor oris et pruritus nasi concauitas oculorum multitudo comestionis cum egestione modica et habitudine corporis macra. Et sentiuntur quandoque egredientes vermes cum secessu et quandoque cum vomitu: licet non generentur in stomacho sed in intestinis tantum: vt dicitur quinto de accidenti. vel in ano propter stomachi nobilitatem et eius necessitatem pro toto. Et accidit ista passio vtplurimum pueris gulosis proprie in autumno propter vsum fructuum plurimorum. Cura eius est abstinentia a rebus dulcibus vnctuosis et vsus aceti et agreste: et nucleorum persicorum: et amigdalarum amararum: quia sicut dulcia sunt materia vermium sic amara interficiunt eos. Et si eger sit infra decimumquartum etatis sue purgetur cum vncia vna et semis vel cum vncijs duabus cassiefi. dissolute in vncijs quatuor aque feruentis: colletur et detur ante diem vt intestina lubricando mundificet. Vel fiat clistere lenitiuum cui addatur aliquid yerepigre vel benedicte laxatiue. Si autem sit iuuenis vel senex purgetur cum eisdem vel pillulis cochijs: vel cum medicamine de turbith dicto in principio capli. Vngatur totus venter cum succo absinthij mixto cum aloe agarico et aceto vel oleo amigdalarum vel nucleorum persicorum. Et fiant omnia que dicentur capitulo de colica ex vermibus. Si autem soda sit vitio epatis: tunc signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis dextram cum tensione et dolore aliquo ypocundrij dextri: opilatione epatis: vrina subtili subcitrina vel rubea clara. Cura eius est fleobothomia basilice in brachio vel manu lateris eiusdem et epithima epatis cum aqua rosa. et sandalorum et modico aceti et alijs rebus prout materia opilans requirit: de quo dicetur capitulis de debilitate et opilatione epatis. Epithimetur frons et timpora cum frigidis sepedictis. Si vitio splenis signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis sinistram cum dolore et tensione ypocundrij sinistri. Cura eius est fleobotbomia basilice brachij sinistri vel sophene pedis sinistri que est intus in tallo vel saluatelle pedis sinistri: que est inter anularem et auricularem. Et positio emplastri de opilatiuis supra splenem quod dicetur capitulo de permixtio-

ne virtutum animalium. C. de empericis. et capitulo de opilatione splenis. per totum et positio repercussiuorum circa frontem et timpora sepedictorum. Si vitio matricis signa sunt dolor capitis inter frontem et commissuram que est in vertice cranei et antecessio retentionis menstruorum vel abstinentie a coitu: dorsi dolor et spatularum prout patiens tibi refert. Cura eius est eadem cum cura sode de vitio splenis. Si ex renibus signa sunt: dolor capitis declinans ad posteriora. scilicet ad occiput et grauitas circa ilia et circa locum renum in fine dorsi: et forte antecessit coitus superfluus prout patiens referet. Cura eius est sicut cura sode de vitio epatis si fit cum materia vel sine. Cura eius data est supra. C. de soda propter coitum. Soda mirachea si fiat vitio membrorum exteriorum a quibus quodammodo eleuatur materia fumosa que sursum ascendens ad caput percutit cerebrum. Tunc signa eius sunt: quia sentit eger quedam eleuari a membro illo: puta coxa crure vel mirach. Post illud sentit vertiginem vel dolorem in capite: et forte cadit et fit epilenticus. Cura eius est sicut carbaleptie que dicetur capi. de epilentia.

Emperica.

Ad omnem dolorem cronicum capitis perdurantem maxime confert cauterium cum ferro ignito in vertice capitis profundatum vsque ad craneum vbi est commissura recta concurrens cum coronali versus frontem et lauda versus occiput: quia materiam resoluit et malam complexionem cerebri rectificat et adequat. Si dimittatur apertum vno mense antequam consolidetur: vel causticatio colli cum cantaridibus: vt dictum est in methodo. Item ad sodam cuius causa est ignota confert embrocatio cum aqua decoctionis florum camomille mellilotianeti viola. ros. seminis lini salicis et furfuris collata actu tepida effusa ab alto: quia resoluit: repercutit: confortat et quietem inducit. Similiter et emplastrum factum ex eisdem super frontem et timpora frequenter. Quod si volueris somnum prouocare: adde corticem papaueris fol. vel se. lactuce solatrum semperuiuam. Et si magis adhuc adde semen iusquiami et corticis mandragore. Sed post ista stupefactiua in crastino embroca pure resolutiua ne cerebrum noceatur. Item vnguentum Ro. Mesue in suo de appropriatis ad sodam calidam. R. olei ros. et viol. cum pauco aceto et agreste succo et modico camphore contunde donec impinguescat et capiti frigidum appone et fac ipsum odorare aquam ro. et nares intingere proposse. Item masticatorium secundum eundem in soda flegmatica eradicans eandem materiam cum sputo et saliua. R. masticis et thuris. p. ij. piperis piretri. p. j. cere quod sufficit. informentur pille masticetur diu in ore et expuatur. Item gargarisma ad idem secundum eundem. R. oximellis compositi vel squillitici. ℥. ij. yerepigre. ℥. ß. misceantur cum aqua decoctionis ysopi organi piretri sinapis et similium. vel gargariset sinapim conditam cum melle et aqua calida et odoret castoreum et muscum cinamomum. Item embroca ad sodam calidam pulsatiuam. R. ros. viol. nenuphа. foliorum salicis foliorum vitis albe foliorum maluarum. seminis cucurbite cucumeris aut corticis eius ordeum excorticatum psillium. semina lactuce portulace omnium ana. decoquantur in aqua vsque ad consumptionem quarte partis que ab alto fundatur super caput cum canella vel spongia plena sero cum fuerit dormitum si non timeas catharrum. Si autem fit cum permixtione vel mania multiplica psillium et semina predicta. Si vero cum vigilijs et insomnietate multiplica semen papaueris et corticis eius. In fine vero gratia resolutionis adde seminis lini: seminis altee: florum camomille mellilotiﬁat embrocatio sicut prius. Similiter et manus et pedes et facies et crura cum ea lauentur: quoniam accidentalem calorem totius corporis extinguunt et materias resoluit et inducit quietem. Ad sodam frigidam confert linimentum ex oleo irino et laurino aut nardino. Et si fortius facere volueris: conforta virtutem eorum cum costo castoreo et euforbio et pipere puluerisando aliquod eorum vel omnia et dissoluendo in eis. Uel dissolue aliquid tyriace veteris vel metridati in eisdem oleis vel in succo mente et suppone expertum est. Et si insomnietatem patitur: adde mirrhe opij ana. Confert etiam sode frigide emplastrum ex fimo columbin

sauina baccis lauri orig. aneto coctis pistatis ⁊ incorporatis cū aceto multe fortitudinis vel succo absinthij. Confert etiā ⁊ proprie post vltimā purgationem odor pomi facti ex castoreo ruthe ficca ⁊ storace calamento ⁊ gariofil. añ. per se cōficiendo cū glutino dragaganti: quoniam odor aromaticoꝝ vsu moderato in corpore mundo cerebrum calefacit ⁊ ꝯfortat ⁊ residuū sode remouet. In corpore vero cacbochimo vel in corpore nō mundato si vsus eorum fuerit nō immoderatus: replet cerebrū vaporibus cū odor nō fit sine fumali euaporatione ꝑm aristotelem. Itē pillule ioannis mesue in suo de appropriatis ca. de soda frigida ꝯferentes sode antique ⁊ educētes humores grossos graues ⁊ conferentes sanitati oculoꝝ et aurium abscindētes catharrū sic fiāt. ℞. colloqntide turbith añ. ʒ. iiij. agar. ʒ. iij. stica. ʒ. ij. scamonee. ʒ. iij. ⁊ ß. spice squinanti xilocassie xilobalsami: carpobalsami azari ro. viol. epithimi absinthij cinamomi croci masticis añ. ʒ. j. aloes cicotrini ⁊ optimi ad pondus omniū conficiant̄ cum succo absinthij. Item pillule de mastice ꝑm eūdem mundificantes caput ⁊ stomachū: ⁊ accipiunt̄ omni tēpore ⁊ ante cibū ⁊ post. ⁊ cū itur dormitū sic fiāt. ℞. al. subtil. ʒ. vij. masticis ro. ʒinʒ. añ. ʒ. iiij. turbith. electi. ʒ. x. confice vt p⁹. Dosis earū est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. ʒ. iij. Item ad emigraneam frigidā difficilē ⁊ cronicā. ℞. baccarum lauri. p. j. olibani. ʒ. ß. tere. ⁊ misce cum aqua vel oleo: ⁊ linias super locum: vt dicit Mes. auctoritate Ipocra. Et alij addunt foliorū ruthe. p. j. sinapis. p. ß. confice vt prius. Ad emigraneā calidam difficilem confert linimentum super locum qđ fit ex atramento sicco trito ⁊ dissoluto cum aceto multe fortitudinis ⁊ octaua pte opij. Oportet autem vt plurimū elaboretur in contritione sicut per diē vnum. Et liniantur timpora ex eo ⁊ strigatur super ipsa. Alij acuūt hoc linimentum addendo succi agreste et mirrhe añ. ʒ. j. et croci. ℈. j. gratia penetrationis. Confert etiā sode calide caputpurgium ex lacte mulieris cum modico cāphore. Si necessitas postulauerit: adde opij quantum de camphora. ⁊ distilla ex eis in aurem ⁊ narem lateris lesi ⁊ distilla deinde oleum viol. post horam cum lacte mulieris



donec nares ⁊ aures emundentur ⁊ medicina educatur. Latius autem de soda scripsimus: quoniam eius cura non solum per se est necessaria: sed stomacho ⁊ pectori plurima sunt hic dicta quibus per totum vtetur hoc opus.

Canones.

Soda cum fe. vel sine fe. raro est morbus plurimum vero accidens ꝑpter passiones stomachi ⁊ intestinorū: propter quod Auic. j. cañ. fen. iij. ca. de cognitione egritudinum per colligantiam ait. Cerebrū compati stomacho est vt multū: stomachū vero compati cerebro est per parum. ꝑpter quod caput esse caminum totius corporis dr. Ex hoc sequitur alius canō. Quod in cura sode nihil melius est ꝙ lenificatio vētris omni die cum suppositorio vel clisteri si per se non obedierit omni die bis ad minus. Cum autem est accidens fit maxime propter fe. cholericas vel flegmaticas quarum causa antecedens ⁊ cōiuncta in stomacho ⁊ intestinis continetur vel venis meseraicis. Item in soda nil repies magis nociuū ꝙ coitum ⁊ ꝑprie super cibum: nisi fuerit ꝑpter retentionem spermatis vel menstruoꝝ tunc namqꝫ confert coitus vsu moderato factus: neqꝫ ilico super cibum. Item vsus ciborū fumosorū nocet ⁊ ꝑprie in fine comestionis: sicut sunt brodia piperata. allia. cepe ⁊ vinum potens ⁊ electuaria calida quare sunt calida sumēda in principio cibi: sed in fine frigida: vt sunt pira vel citonia assa vl' poma odorifera. Itē lac nō ꝯuenit in soda: nisi forte in calida vel sicca sine materia: vt dictū ē in methodo: qr lac est de numero facil'r corruptibiliū. In stōacho eni cal'o ꝯuertit̄ ad fumosū ⁊ inducit sodā calidā pulsatiuā. Sꝫ i frigido ad acetosū ⁊ inducit frigidā grauatiuā. vñ Ipo. in. v. amph. Lac dare caput dolētib⁹ ⁊c.

Pronosticatio.

Dolor capitis si superuenerit in fe. ꝯtinua et ꝑpe acuta i die cretica post signa digōnis ꝑfectā crisiꝫ significat. ꝑ fluxū sā. narīū vl' vomitū vl' sudorē: q̄re nō appōant̄ repercussiua sup caput ne cris' ipediat̄: sꝫ suspēdat̄ eger cum blādit̄ijs vsqꝫ ad horā cris'. Et si appuerit signa cri. ꝑvo. puta tremor labij iferior: ⁊ subuer

sio animi: et vertigo tunc cũ pone digiti vel pene intincte in oleo in pfundum gule. Si vero apparuerint signa crisis p fluxũ san. narium: puta apparitio fantasmatũ rubeorum circa oculos cũ obtenebratione visus et grauitate capitis et rubore faciei et surditate aurium prouocetur cum pone sete porcine inter nares vehementer cõprimendo. Si signa sudoris appareãt: puta calor cutis frontis cũ humiditate rozida. Detur pot⁹ magnus iulep et aqua zuc. actu calida et tegatur pãnis calidis et vaporetur aqua calida posita in vase aliquo sub tegmine et formentent latera et venter cũ vesicis plurimis repletis aqua calida. iuxta ypo. in amp. h. Ubicunque natura repit etc. Attende si natura per se crisim complere potest nihil fiat fm illud ibidem. Ea quorum crisis fit etc. Neque iuuanda est natura antequam via crisis certificata fuerit: ne forte intendas ad aliam regionem a natura. Item soda superueniens in fe. acuta in die indicatiua puta. iiij. signat crisim in die cretica puta. vij. Et si virtus sit fortis et signa digestionis perfecta sit salubre: sin autẽ mortale. Item dolor capitis si perseuerauerit in latere vno et ceperit oculi obtenebrari: catharactam vel telam araneam minatur: et demũ cecitatẽ. Succurratur ergo cũ purgantibus et alterantibus et cauterio et subleuetur arteria et cauterizetur. Itẽ soda si perseuerauerit neque rationalia contulerint remedia: frenesim vel maniam minatur. Si sit acuta pulsatiua vel subeth vel litbargiam vel apoplexiam si sit frigida grauatiua. Item emigranea in parte anteriori capitis est vt plurimũ a causa calida in posteriori a frigida. Item soda calida est vt plurimũ transiens frigida proprie perdurans et proprie cum materia plurima grossa aut viscosa. Item emigranea difficilior est atque piculosior cephalea: quoniã onus integrum grauius premit se diuiso quare plurimum ducens est ad perniciem si perduret. Item in emigranea et proprie calida pulsatiua sudor capitis exuberans vel fluxus sanguinis ex nare eiusdem lateris superueniens tollit egritudinẽ quemadmodũ et in fe. vomitus voluntarius et spontaneus vel fluxus ventris dicetur cõferre. vnde ypo. vi. amphi. cap. dolenti et circũdolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens fm nares aut fm aures: aut fm os aut fm oculos soluit egritudinem. Item ibidem. Quibuscunque sanis dolores repente fiunt in capite et continuo sine voce fiunt et stertunt in septem diebus pereunt si fe. non accipiat eos. ratio: quia isti sunt vere apopletici cum in se habeant tria signa apoplexie: scilicet dolorem capitis subitum: et carentiã loquele: vel maliciam anhelitus quare suffocantur a materia plurima nisi fe. eos excitet et resoluat et proprie acuta spontanea vel per artem introducta. Idem particula septima. in plaga vel percussione in capite stupor aut desipientia malũ supple siue percussio sit cum vulnere siue cũ concussione sola: quia significat nocumentũ cõmunicatũ esse substantie cerebri et ventriculis eius. Itẽ quarta amp. h. Quibuscũque vrine in febribus conturbate et conuerse velut etc. quia in fe. vrina grossa turbulenta agitationem et ebullitionem diuersorum humorum signat fumantium ad caput. Quare succurratur cum repercussiuis circa frontẽ et tempora. Item si cerebrũ fuerit lesum: et concussum ex casu vel percussione necesse est fieri vomitum et cum defectione propter cordis et oris stomachi cõpassionẽ et proprie in corpore cholerico in tẽpore et etate et consuetudine cadentibus. vnde ypo. sexta parti. aph. Quibuscunque cerebrum sursum conuertitur necesse est feb. etc. Itẽ si ex percussione vel casu ledat cerebrum necesse est accidere sincopin vel apoplexiã per tempus aliquod donec cerebrum reconfortetur quare non conuenit vt mortui iudicentur nisi post tertium diem. Unde ypo. vij. par. amph. Quibuscũque cerebrum motum fuerit ex aliqua occasione necesse est fieri sine voce statim. Item in cephalea et emigranea forti pulsatiua seu alio dolore corporis quocunque si subito dolor decrescat nec sentiatur non presente aliqua rationali alleuiatione scilicet per fluxum sanguinis narium vel sudorem vel vomitum vel egestionem vel diminuta existente atque imperfecta: mortale: quoniã cerebri lesionem et virtutis animalis defectionẽ siue destructionẽ demonstrant. vnde ypo. vi. amph. Quicũque dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt: iis mens egrotat. Item in. vi. vesicam incisam aut cerebrum: aut cor aut dyafragma. aut epar: aut renes: aut ali-

quod intestinorum gracilium aut ventrem ⁊ stomachum mortale et supple matricem situm ⁊ splenem.

¶ De vertigine ⁊ scotbomia.
Capitulum secundum.



Ertigo ⁊ scotbomia est cum videtur homini quod omnia voluantur in gyrum. Et si fuerit cum fixione corporis: dicitur vertigo Si vero cum casu ipsius super terram dicitur scotbomia: et sic patet quod he due passiones neque differunt causa: neque substantia formali: sed solo gradu. s. secundum magis ⁊ minus. Sunt autem quandoque morbus: quandoque accidens sicut est dolor capitis: morbus quidem cum per se ⁊ immediate a sua causa procedit. Accidens cum morbum consequitur.

Methodus. Vertigo vel scotbomia morbus quandoque fit a causa primitiua vt ab inuentione rerum volubilium puta rote vel reuolutione corporis super se sicut faciunt pueri vel casu aut percussione ledente anteriorem ventriculum cerebri: propter quod fantasiatur ⁊ imaginatur res aliter quam sint. Si fiat ex inuentione rerum volubilium ⁊ reuolutione corporis super se: signa patent ex indicijs patientis. Cura eius est quies a talibus: quia in omni motione corporis cum quis ceperit ⁊c. ij. amph. Si fiat a casu vel percussione curatur sicut diximus in cura doloris capitis ex casu vel percussione. A causa antecedente prouenit: puta ventositate aut humorum vitio in cerebro contentorum. Et si fit ventositas quod est vt plurimum tunc sentitur tinnitus aurium: tenebrositas oculorum: longa fixa. Similiter ⁊ diminutio gustus ⁊ odoratus atque pulsatio temporum ⁊ antecessio doloris capitis perdurantis. Et cura eius est euaporatio capitis cum aqua decoctionis florum camomille absinth. ros. rub. mellilotti maiorane. Similiter ⁊ sternutatio cum condisi euforbio ⁊ masticatio piperis ⁊ cimini ⁊ carui ⁊ vsus dyacimini ⁊ saccellatio facta ex milio et sale torrefactis super lapidem ignitum ⁊ abstinentia ab omnibus leguminibus a fructibus: a rapis ⁊ oleribus: a nucibus: a rebus conditis cum nucibus: ⁊ a vino forti puro: ⁊ sumere debet post cibum stipticum: puta pirum vel coctanum assum. Et si hec non sufficiunt purgetur cum pillulis cochijs vel hieralogodio vel yerapigra postquam reiterentur localia iam dicta. Et si hec iterum non sufficiunt: fiat cauterium in summitate capitis in loco in quo terminatur medius digitus patientis quando radix palme ponitur super radicem nasi: quia ibi commissura recta currit cum commissura arcuali: quapropter fiet perfecta resolutio vaporum ⁊ materiarum a quibus eleuantur. Si vero sit humor: tunc siue sit sanguis: siue cholera siue flegma: siue melancolia: siue compositum fient signa ⁊ cura que dicimus in ca. de dolore capitis prout est morbus sub signis distinctis. Vertigo vel scotbomia accidens quandoque sequitur morbum vniuersalem sicut in fe. Et tunc significat futuram crisim per superius scilicet per vomitum vel per fluxum sangui. narium vel sudorem. ita quod si hoc appareat post signa digestionis complete stante virtute forti salutem promittit: cum signis indigestionis ⁊ proprie virtute debili mortem portendit. Si vero medio modo crisim malam ⁊ diminutam promittit. Cura eius est vt nihil fiat nisi quod eger cum blanditijs confortetur ⁊ pertrahatur donec via crisis apparere ceperit. Et si per vomitum iuuetur natura cum immissione digiti in os vel penne linte in oleo. Si autem per fluxum san. narium: sumantur sete porci ponantur in naso ⁊ comprimatur nasus. Si autem per sudorem caput tegatur cum pannis calidis. Unde Ypo. Undecumque repit natura ⁊c. Sed quamdiu nihil horum ceperit apparere nihil fiat omnino circa caput. Nam si repercussiua approximares: crisim prohiberes: ⁊ sic mortem induceres. Si resoluentia: tunc materiam plurimam attraheres ⁊ forte frenesim induceres: ⁊ quod periculosius est viam crisis impedires. quod si poneres calefactorium circa caput: sudorem faceres cum forte natura vomitum intenderet. vnde Ypo. ibidem. Ea quorum crisis ⁊c. Morbum particularem consequitur multis modis: quia quandoque fit vitio stomachi: ⁊ hoc vt multum. quandoque vitio intestinorum epatis splenis atque matricis. Et signa ⁊ cura sunt illa que diximus ca. de dolore capitis sub signis distinctis.

Emperica. Decoctio saluie in aqua vel vino curat vertiginem capite ea loto ⁊ ipsa alligata fronti vel temporibus confert omnibus mor

bis factis de frigiditate. Vinum preterea decoct. peonie vel castorei scotbomie valet plurimum. et semē peonie bibitum somnia varia remouet. Itē ruptoriū factū sup verti ce cranei vel sup collo est vltimi iuuamenti post purgatiōes qd dicem⁹ ca. C. dlēperticis

Canones.

Vertigo vel scotbomia morbus fit vtplurimum vitio ventositatis eleuate a flegmate viscoso contento circa anteriorem ventriculum cerebri: quapropter indigem⁹ alterantiuis propter ventositatem: et euacuatiuis propter flegma: et sternutatorijs propter vtrunqʒ. Vertigo autem et scotbomia accidens fit vtplurimum vitio stomachi et intestinorum stipticorum: quapropter intendimus ad rectificationem istomachi et lubrificationem ventris cum suppositorio vel clisteri. In vertigine et scotbomia oportet cauere a porris: alijs: scalongnijs: leguminibus: nucibus: et vnctuosis omnib⁹ quoniā hec omnia materias a stomacho leuigant ad caput. Similiter et vinum vetus purum: similiter et lac: qui faciliter corrumpitur in stomacho et corruptum sursum mittit vapores. vnde ypo. Lac dare caput dolētibus malum.

Pronosticatio.

Vertigo vel scotbomia cum longinquo tēpore perdurauerit: neqʒ beneficio artis vel nature remoueri possunt: futuraʒ epilepsiā vel apoplexiam portendunt.

C De subeth. stupore et congelatione. Capitulum tertium.



De istis tribus passionibus vno dicemus ca. quoniā earum notificatio ex differentia ipsarū adinuicem completur. Sunt quandoqʒ morbi: quādoqʒ accidentia morbi. Morbi quidem cum fiunt per se incipiendo a suis causis imediate in cerebro contentis. Accidentia cum morbos alios puta litargiā vel febrem flegmaticā vel apoplexiaʒ vel emitriteum cōsequentur. Conueniunt autē iste passiones in duobus primo: qꝛ quelibet ipsarū est passio capitis primo et per se: sed ex cōsequenti toti⁹ corporis. Scdo: qꝛ in vnaquaqʒ earū fit impedimentum in sensibus et motu voluntario sup totū corpus. Differūt aūt per duas essentias et pprietates qd est: qꝛ subeth est propria passio vētriculi anterioris cerebri: verū quoniā hmōi ventriculus est magis origo sensus q̄ motus: vt dicit gal. in teg. Idcirco in subeth fit magis impedimentū in actu sensationis q̄ motionis volūtarie: quapropter in subeth sunt oculi semp clausi: et si vocet vel concussetur fortiter in principio subeth: et pprie sa lubri: tūc aperit oculos licet denuo claudat. Accidit aūt hec passio ex flegmate puro domināte illi parti. fit tamē quādoqʒ ex vaporibus frigidis vt contingit post potum opij aut iusquiami. Stupor non est aliud q̄ subeth diminutuʒ. Stupor nāqʒ fit ex flegmate cū parum cho. fuerit cōmixtum: quapropter etiā in stupore nō est somn⁹ adeo pfūdus sicut in subeth. fit etiā qnqʒ a vapore frigido nō in vltimo velut cōtingit post esuʒ fungorū. Fit etiā a sola qualitate sine materia velut accidit in infrigidatis i niue capite nudato. Fit etiā qnqʒ a casu vel percussione qn per ea cerebrū leditur vehementer Iuxta illō ypo. vij. parti. amph. In pcussione capitis stupor aut desipientia malū. Et scias q stupor qnqʒ dr a medicis somn⁹ pfundus vel subeth vigilatiua: sed nō dʒ dici somnus lōgus: qꝛ somn⁹ lōgus pure est naturalis in quali: lʒ sit innaturalis in q̄to: vt accidit ebriosis exercitantibus et calescētibus: sed somnus pfundus q̄ dicit stupor est innaturalis in quali: simpliciter et in q̄to. Stupor etiā qnqʒ sumitur p passione neruoꝶ vl mēbroꝶ neruosoꝶ: et tūc idē q obdormitatio vt dicet in ca. de tremore. Cōgelatio est proprie passio vētriculi posterioris: verū qꝛ iste vētriculus est magis fons mot⁹: idcirco fit oculis stātib⁹ fixe aptis. Fit aūt ꝯgelatio ex materia melica dn̄ante illi pticule. Et lʒ in ꝯgelatione doleat anterior vētricul⁹ cerebri hoc tn̄ nō accidit: nisi qꝛ ipe ē sēsitiu⁹ magis vl qꝛ hūor opilās ip̄ ē posteriorē coartat anteriorē et ꝯgelati remanēt sub situ quo repit eos congelatio: quare si reperit eos scribentes vel sedentes remanent s̄m illā formam. Et fit quādoqʒ a causa primitiua: vt cōtingit ambulanti in niue. In lōgo tp̄e nudato capite q quidē fit vt plurimū: vt dr. Gal. v. illius amph. Sōn⁹ et vigilia. Iste tn̄ omnes

passiones pro seinuicē ponuntur apud me/dicos: quare de noībus nō est curādū: ꝛ pro/prie cū res sint ꝓpinque. Nam iste tres pas/siones sunt valde ꝓpinque in subiecto: cura ꝛ causa: vt patet ex dictis ꝛ dicendis.

Methodus. Cura subetb est hec. Nam cū oīs subetbicus sit sine sensu ꝛ motu non requiritur approximatio alicuius medicine p os: sed ilico supponatur ei suppositorium de sale gēma: vel iniiciatur clistere acutū quod sic fiat. ℞. colloquintide. agarici cētauree añ. ℥. ß. melliloti stica. bjete añ. M. j. pistentur ꝛ bulliant in aqua: de illa aqua accipiantur lib. ij. ꝛ ß. et. ℥. iiij. mell. ꝛ. ℥. iij. olei cōis ꝛ. ℥. ij. salis. ꝛ misceātur simul ꝛ iterum reducātur ad ignē. ꝛ cū totū bullierit colletur: ꝛ cū collatura tepida fuerit: iniiciatur cū clisteri: ꝛ frequentetur illud totiēs do nec patiens sentiat ꝛ moueatur: ꝛ ligētur extrema vehemēter oīa propter diuersionē: ꝛ tunc ponatur in os infirmi. ʒ. j. tyriace veteris cū vino calido vel metridati vel auree alexand. vel dyaplitis. Post hoc aūt abrasis capillis fricetur caput cū pāno calido ꝛ liniatur cū oleo de spica vel de lilio in quo sit dissolutū castoreū vel bdelliū vel se. sinapis. et se. cicute. deinde cū sufferre poterit: purget cū pillulis cochijs vel fetidis aut aureis vel cū yerapig. nullo modo bibat illis temporibus vinū: nisi fortassis cū saluia vel castoreo bullitū. vel ydromel qđ sic fiat. ℞. aque lib. iiij. mellis. ℥. iiij. bulliantur aliquantulū et colletur famē ꝛ sitim toleret: proposse laboret ꝛ exercitetur ꝛ sudet in ieiuno: nutriatur cibis calidis siccis: masticet qualibet die cū surgit a lecto piretrū ꝛ piper factum ex eis cum mastice velut forma pillule. In fine vero fiat cauterium in vertice cranei vel caustici cum super occiput rasum ex cātaridibus tritis ꝛ incorporatis cū fermento ꝛ sinapi vel ex calce viua ꝛ ficubus siccis incorporatis cum stercoribus columbarū ꝛ succo rutbe viridis. fiāt gargarismata cum oximelle composito ex squillitico ꝛ aqua decoc. ysop. et yreos vel cum sinapi. prouocentur sternutationes cū condisi vel pipere: ꝛ sic regatur vsq ad perfectam sanitatem. Cura stuporis est eadē preter q̄ꝙ in clisteri recipimus nō solū agaricum: sed aloes ꝛ turbitb cū non sit ex state puro sed mixto cū cbo. fiant autē omnia alia velut in subetb ꝛ fricētur plante pedum cum aceto ꝛ sale vehementer. Cura cōgelationis est eadē cū predicta preter q̄ꝙ in clisteri recipimus ellebori ni. ℥. ß. loco colloquintide: ꝛ loco centauree recipimus polipod. ℥. j. in alijs fiat sicut prius. Cum autē iste passiones euenerint a dicta causa primitiua puta frigiditate aeris: cōpetit balneū aque dulcis calide. Similiter ꝛ alia dicta ca. de do. capitis in causa frigida sine materia. Cū autem venerint assumptione opij vel fungorum vel iusquiami: ꝓuenit primo vomitus cum aqua ꝛ melle ꝛ raphano. deinde oportet vt clisterizetur clisteri acuto: dicto cap. de cura subetb. Post illud sumat sepe de tyriaca veteri vel de theodorico anacardino vel de metridato. Confert etiam vsus allij ꝛ nucum. Similiter ꝛ vinū vetus potentissimum in multa q̄ntitate potum ꝛ ꝓprie calefactum. Et iterum si sumeretur assefetide aureū. j. cum. ℥. iij. vini albi puri aromatici conferret. Fricentur extrema vehementer ꝛ caput ꝓprie. ꝛ oportet vt ꝓhibeatur a somno ꝓposse cum sternutatione facta ex euforbio ꝛ elleboro albo: ꝛ cum fricatione capillorum. Unguatur caput ꝛ totū corpus cū oleis calidis predictis vel de balsamo si sit possibile: qꝛ confert a ꝓprietate. Cōmedat iura piperata gallinarū ꝛ auiū. bibat vinum decoctionis cinamomi in quo sit aliquid musci. Cū autē euenerint a casu vel percussione: curentur sicut dictum est caplo de dolore capitis ex casu ꝛ ꝑcussione

Emperica. In omī passiōe in qua ē somnus superfluus approximant quedam fumigia fetida de vnglis ꝛ pannis laneis ꝛ capillis super carbones positis: qm̄ estimāt q̄ꝙ virtus aliquando cerebri sentiens lesionē inducat expergefactionem. Alij ecōuerso faciunt suffumigia aromatica: scꝫ ex olibano alipta muscata thure mastice storace sicca: qꝛ estimant q̄ꝙ p ea cerebrū cōfortet: sed huius rei veritatē caplo de litbargia vide.

Canones. Si in aliqua istarū passio/

num corpus repletū vī ⁊ facies rubuerit et vene magne apparuerint in oculis ⁊ facie: tūc in cura eius cōueniens erit vti flebothomia cephalice in brachio seu manu vel vene recte frontis vel venarū magnaꝝ q̄ sunt sub lingua vel venarū in collo q̄ guides appellantur: vel fiat in scapulis. collo ⁊ sub mento scarificatio ꝓfundata rōne diminutionis q̄titatiue nō qualitatiue. Itē in cura istarū passionū nunq̄ debent apponi repcussiua quia augmētaretur dispositio frigida ⁊ p ꝯsequens passio: sed fiat diuersio materie cum ligationibus ⁊ deinde cum euacuationibus dictis prius.

Pronosticatio.

Si subeth fuerit accidēs litbargie tūc si subsecuta fuerit frenesis bonū est: q꜡ subtiliationē ⁊ calefactionē materie significat. Si vero contrariū malū. Subeth p̄terea raro fit per se incipiendo: sed vt plurimū ꝯsequendo fe. flegmaticas ꝯtinuas ⁊ iterpolatas. Itē subeth ē mortale cū anhelitus deficit ⁊ eger exercitari nō pōt ⁊ iacet supinꝰ q̄tūcūq̄ sup latera reuoluat. Itē iste passiōes iterficiūt nō nisi q꜡ anhelitū ꝓhibēt oppillādo vias eius. Itē sepiꝰ fiūt a cā hūorali itriseca antecedēte q̄ a cā p̄mitiua. Itē di. ypo. i pcussiōe capitis stupor aut desipiētia supuenies malum. Itē iste passiōes ex toto suo gn̄e sunt magis mortales q̄ salubres q̄re pnosticis relinquūt. Itē lz fiant a cā frigida tn̄ cito iterficiūt: q꜡ iterficiūt oppillādo: oppillatio aūt ista subito fit.

¶ De frenesi. Capłm. iiij.



Cura tre/ moris ⁊ stu poris facti a causa primitiua est vt primo curetur attritio: quapropter ponantur vnguenta ⁊ em/ pl'a anodina sup locū donec dolor quieuerit posita i cura paralisis a casu ⁊ pcussiōe: sic ⁊ in cura spasmi. deide ꝯfortent̄ nerui cū oleis stipticis: vt masticino vel de castoreo. Cura

eorum si fuerit vitio sanguis quod raro contigit evtprimo fiat flebothomia cephalice in brachio vel manu si virtus et etas consenserint: deinde cum pillulis cochijs purget vel yerapigra: sit contentus de potu ydromellis vel iulep: gargariset oximel squilliticum cum aqua ysopi. post purgationes vngantur membra cum oleis iam dictis: vel cum vnguentis arrogon marciaton agrippa: toleret et famem et sitim proposse: exerciter et sudet in ieiuno. Cura eorum si sint vitio flegmatis quod est vt plurimum est cura paralisis facte humoris vitio: quoniam tremor talis est quedam paralisis diminuta vel principiata. Cura eorum si sint a qualitate frigida sine materia est eadem cum ea que de flegmate preter quod non est opus purgatione sed alteratione sola cum oleis vnguentis emplastris balneis et dieta: quia vbi indigentia non oportet laborare. Cura eorum si fuerit a potu vini superfluo est abstinere ab illo: quia in omni motione corporis cum quis etc. Et confortentur cor et cerebrum cum electuario pliris vel dyanthos. Cura tremoris propter debilitatem virtutis est cauere a labore et exercitio forti omnino et vti cibis et potibus impinguantibus: vt est caro bona et ius carnium conditum cum speciebus aromaticis atque inspissatum cum vitellis ouorum et vinum clarum bonum aromaticum in odore vel claretum: et vti speciebus et electuarijs dictis ca. de paralisi. et confortare neruos et iuncturas atque membra lacertosa cum vnguentis et oleis dictis ibidem. et plura dicemus capitulo de arthetica passione.

Emperica.

Dixerunt excellentes quod in tremore et stupore factis ex causa humorali conferunt trocisci de sticados a proprietate: et proprie post purgationes bis vel ter frequentatas qui sic fiunt. Rx. sticados. ℥. s. ysopi. ʒ. s. peonie. ʒ. iij. fiant trocisci cum muscillagine dragaganti melle ro. et sit vnusquisque in pondere aur. j. detur in aurora cum aqua decoctionis sticados et mellis.

Canones.

Scias quod cognitio humoris facientis egritudinem non semper potest per interiora cognosci accidentia: quia potest humor peccans intus in profundo accumbere: et alius non peccans in superficie apparere: vt dicit Galenus in commento illius amphorismi. In perturbationibus ventris. Si vis ergo certificari de humore peccante fit hoc per exeuntia et iuuantia et nocentia: vt dicitur nono de ingenio sanitatis. Effectu enim operis vnaquaeque actio comprobatur: vt dicit Galenus in commento illius amphorismi secunde particule. Vbicunque cibus. et iste canon non solum in passionibus neruorum sed etiam in omni morbo materiali: et proprie membrorum profundorum. perfectus reperitur cum perfecta morbi cognitio fit eius semicuratio: vt dicit Gal. in lib. de fe. ad glanconem.

Pronosticatio.

Stupor et tremor a quacunque causa fiant super paralisim illius membri aut apoplexiam futuram significat. Item tremor et desipientia accensis ebriosis apoplexiam minatur. vnde Ypoc. vij. parti. amphorismorum. Et ex multa potatione rigor et desipientia malum. Item stupor vel tremor si fiant a casu vel percussione et post curationem attritionis et consolidationem vulneris remanserint: raro vel nunquam curantur: put in ca. de paralisi diximus. quia passionem significat profundatam forte vsque ad neruos. Item si stupor et tremor fiant a casu et percussione et remanserint post dispositionem vnam licet rationabiliter medicus operetur: significatur quod curari non potest. si vero ceperit de die in diem minorari dispositio potest curari. Item stupor et tremor in senibus non curantur.

De alitatione et oscitatione. Capitulum quintum.

Alitatio extensio alarum .i. brachiorum et crurum. Fit autem propter ventositates multas eleuatas ab humoribus flegmaticis vel multitudine cibi indigesti replentes neruos et lacertos inducentes in eis lassitudinem siue laborem spontaneum extensiuum: quem membra musculosa sentiunt sensatione quedam naturali: quia omne membrum corporis nostri sentit iuuamentum: vt ipsum attrahat: et nocumentum vt expellat cum talis sensatio fit operatio virtutis naturalis nutritiue et animalis non cognitiue quam auerrois secundo colliget supra doctrinam Gal. addidit et discretiuam nuncupauit: et re extenduntur et mouentur vt illam ventositatem expellant: et ideo fit maxime post quietem et somnum: et in habentibus nauseatiuam satietatem. Oscitatio vero est

aptio oris propter vẽtositates expellendas ascendentes a stomacho per meri vel inclusas in musculis ⁊ neruis mandibularũ: ⁊ id fit maxime post somnũ ⁊ ociũ: q2 sicut vigilie ⁊ labor ventositates carminant: ita somnus ⁊ quies ipsas augmentant.

Methodus.

Cura istarũ passionũ est eadẽ oĩno. Si igit̃ habitudo sit carnosa ⁊ vene apparẽtes ⁊ color faciei rube⁹ ⁊ subniger ⁊ pcesserit vsus ciboꝝ multiplicantiũ sanguinẽ fit flebotbomia cephalice quã sequit̃ fames labor inanitio sudor ⁊ vsus ciborũ ⁊ sapoꝝ sanguinem diminuentiũ: vt sunt lentes agresta vinũ debile limpbatũ ad medietatẽ Si vero habitudo scalida flegmatica ẽ color albus pallidus ⁊ añcesserit satietas nauseatiua ⁊ nõ apparuerit vene in oculis ⁊ facie digerat̃ flegma cũ oximelle cõposito vel sqllitico ⁊ euacuet̃ cũ pillulis fetidis vel cochijs vsitatis vel cũ bñdicta. vtat̃ cibis calidis ⁊ cõditis cũ pipere lõgo gallãga zedoar ⁊ silibus ⁊ bibat vinũ bonũ 3 in pua qñtitate post euacuatões balneet̃ ⁊ sudet ⁊ laboret

Emperica.

Ipo. docȝ curare istas passiones cũ potu vini boni limpbati vsqȝ ad mediũ vini ꝑpter digestionẽ. limpbet̃ vero ꝑpt impedimentũ qđ vinũ purũ infert neruis. vñ Ipo. ait. vij. pti. amph. Alices ⁊ oscitationes vinũ mensurate bibit: soluit egritudinẽ: p mẽsurate intelligit debere esse tm̃ aque qñtũ vini: 3 credimus hũc amph. verũ esse maxime i cã flegmatica q̃ sepi⁹ cõtingit: nõ, i sanguinea. Credimus ꝑterea verũ fuisse tpe Ipo. sed nõ modo: q2 in pñti vinũ causat istas egritudines ꝑpter ipsius vsum supfluũ. Itẽ Aui. iij. canoñ. pñti ca. dicit ꝙ masticatio acori a ꝓprietate curat istas egritudines: ⁊ proprie post euacuationem.

Canones.

Scias ꝙ in cura cuiuscũqȝ passionis hũoralis ⁊ ꝓprie cũ corpus plectoricũ vl' cacochimũ videt̃: h tria sũt p ordinẽ fiẽda. s. euacuatio vlis ⁊ euacuatio pticularis siue ꝓpa ⁊ remedia localia. vbi grã. In passiõe capit' vitio flegmat' pimo opȝ euacuare flegma cũ farmaco a corpe toto. deiñ approximare sternutatoria gargarismata ⁊ masticationes ⁊ caputpurgia. Ultio ꝟo applicãda erũt emplã vnguẽta resolutiua fricatiões ⁊ balnea. Rõ aũt canonis ꝟm Gal. xj. de inge. sanitatis. vbi loquens de cura apatũ interioꝝ ait sic. Si nãqȝ calida resolutiua localia applicabunt̃ in pncipio magis attrabent ad locum ex eo ꝙ oẽ resolutiuũ est attractiuũ cũ plurimã materiã inuenit: nisi fortasse mellilotũ aut' camomilla q̃ sũt leuia: vt excepit Aui. ij. cañ. ca. de melia. Si ꝟo pmo approximẽt̃ repcussiua frigida circa mẽbrũ: tũc r̃liq mẽbra circũiacentia nõ suscipient materias cum supponat̃ corpus esse plectoricũ. Si ꝟo primo fiat euacuatio pticularis ⁊ ꝓpa euacuabit̃ qđã materia presens: 3 alia loco eius attrabet̃ a membris vicinis.

Pronosticatio.

Oscitatio ⁊ alitatio cũ multiplicãt̃ pter solitũ repletionẽ humoralẽ significãt immediate: sed febres putridas mediate: vt dictũ est Uentositas ꝟo eleuat̃ a materia semicocta et indigesta: vt dr. v. de accidẽti. q̃ si calori naturali nõ obedierit: putrescit ⁊ fiet p consequens cã añcedẽs: ⁊ deiñ cõiũcta febriũ putridarũ. Et in hoc finit̃ tractatus secundus.

Tractatus tertius prime sectionis. De oculorum passionibus.

Culorum passiones 3 sint diuerse: verũtñ qm̃ ipaꝝ cognitio vt plurimũ corpal'r circa medicoꝝ assistentia: per parũ a scripturis librorũ addiscit̃: idcirco dicam⁹ tm̃ de quattuor famosioribus: que sunt obtalmia: lachrymositas: visus debilitas: ⁊ fistula lachrymalis.

De obtalmia. Cap. j.

Obtalmia ẽ apostematio oculorum ⁊ palpebrarum cũ dolore multo vel pauco. ⁊ qñqȝ fit in altero oculorũ tm̃: qñqȝ in vtroqȝ: qñqȝ in parte oculi tm̃. Fit autẽ a causa primitiua: sc3 fumo. sole. puluere. casu vel pcussione ꝑpter aliqđ istoꝝ inducit̃ dolor in oculo: ꝑpter qđ materie cõcurrũt ad locũ ⁊ inducunt

apa. aut a cā hūorali simplici vel cōposita. Signa eius q̄ fit a cā primitiua sunt ancessio alicui⁹ istorū: ad qđ statim sequit̃ obtalmia quod scies ex relatione egri. Signa ei⁹ q̄ a cā humorali si a sanguine sunt vehemētia rubedinis oculorū in albugine ⁊ palpebrarū ⁊ magnitudo tumoris cū tēsione ⁊ apparitio venarū in oculis ⁊ fronte ⁊ dolor grauatiu⁹ ⁊ multitudo lachrymarū cū lippitudine. Si fit a cholera fit dolor pūgitiuus q̄si fiat ab acu vel spina: ⁊ cursus lachrymarum adurentiū maxillas excoriantiū loca sup q̄ currūt: sȝ tumor ⁊ tēsio est minor q̄ͥ i sanguie ⁊ color rube⁹ v̄gēs ad citrinū. Si fit flegma fit dolor grauatiu⁹ nō plurim⁹ īflatio oculorū magna absq̧ rubedine q̄ cū tāgit̃: cedit digitis ⁊ fit ipressio i loco ⁊ mltitudo lachrymarū aquosarū cū lippitudine indigesta ⁊ habitudo copis hūida. Si v̄o fit a melia qđ raro fit: appet nigredo corpis totius ⁊ extenuatio ei⁹ tumor oculorū pu⁹ paucitas rubedinis et lippitudinis ⁊ lachrymaruȝ. Si v̄o materia sit composita signa adulterabuntur ꝺm conditionem simplicium.

Methodus.

Cura obtalmie q̄ fit a cā p̄mitiua est tranquillitas ⁊ quies ⁊ vt non videant lumen per aliquos dies: quia in omni motione corporis ⁊c. Humectentur seu abluantur oculi continue cuȝ aqua decoctiōis roſ. nenuph. viol. vel cum aqua ro. in qua psilliū ⁊ camphora sint infusa. Et si per hoc phibeat̃ apostema bene est: si autē curet̃ sicut dicet̃ postq̄ṁ materia fluēs fuerit cognita. Cura ei⁹ q̄ fit a sanguine est vt p̄mo curet̃ p flōmiā basilice dextre si corpus plectoricum sit: postea flōmet̃ cephalica ptis īferio. vl' sophena partis eiusdē: vltio v̄o cephalica ptis lese. Et si necesse fuerit: flōmet̃ post h̄ vena recta frōtis vel pnocet̃ flux⁹ sanguinariū vl' diuertat̃ materia ad partē posteriorē cū scarificatiōe auriū ⁊ vētosatiōe colli ⁊ cauterisatiōe ipsi⁹ cum ferro aut cātaridib⁹: aut ad ptē supiorem cū scarificatiōe verticis pfundata post rasurā capillorū: deide purget̃ cum medicina sanguinē mūdante. ℞. mānē. ℥. ij. tamarindorū. ℥. ſ. ⁊ ſ. dissoluat̃ cuȝ aqua decoctionis prunorū ⁊ fit aqua nō vltra. ℥. vj. neq̧ infra. iiij. detur totum in matutinis: deinde distillent̃ repcussiua intra oculum sicut est lac mulieris. mēte. roſ. aloe. licij. sandal. gallarū croci ana. ʒ. ij. terant̃ in vltio atq̧ cribellētur ⁊ fiāt fief. i. trocisci qui exiccant̃ i vmbra Et cuȝ vti volueris: dissolue vnū ex eis i aqua roſ. vel succo plātaginis vel endiuie: ⁊ liniatur sepe intra oculos ⁊ supra frōtē circūquaq̧: qm̄ materias repercutit: mēbrū fortificat: ⁊ phibet apostema. Silr supra oculos ⁊ timpora ponat̃ illud emplastrū. ℞. foliorū solatri virge pastoris arnoglosse teneritatuȝ rubi foliorū vitis ⁊ endiuie se. papaueris cicoree acetose sempuiue florū camomille ro. rub. an̄. m. j. pisten̄t ⁊ bulliant̃ in aqua ⁊ incorporent̃ cū farina ordei ⁊ ponat̃ tepidum sup locū: vel sup frōtē ⁊ oculū petie linee infuse in succo solatri ⁊ aqua ro. ⁊ aceto. In augmēto vero ⁊ adhuc magis in statu addant̃ aliqua resolutiua cū repercussione: sicut est emplastrū tale. Coquant̃ tria poma in cineribus vel prunis ⁊ mundent̃: ⁊ cū eis incorporent̃ tres vitelli ouorū ⁊ semē lini: ⁊ tepidum ponat̃ sup locū. hora vero fortis doloris ⁊ ppe in principio stillet̃ collirium album in oculum quod sic fit. ℞. ceruse ablute. ℥. iiij. sarcocolle nutrite in lacte asine vel mulieris donec fiat sicut mel currens et ex hoc stilletur sepe in oculis: quoniam dolorem sedat ⁊ materias repellit atq̧ vicus phibet vehementer. Abluantur preterea et fomententur facies manus et pedes cum aqua decoctionis florum camomille melliloti ro. plantaginis cicoree: quia diuertit materias. Bibat aquam decoctionis prunorum vel berberis: vel aquam mixtam cum aggresta vel vino granatorum: sed nequaq̄ṁ vinum nisi forte in declinatione: tunc namq̧ potest bibere vinum album debile limphatum gradatim a multo ad paucum. Nutriatur cibis paucum sanguinem generantibus: sicut lactucis portulaca farina ordei vel auene. Quod si virtus fuerit debilis vtatur carne pullorum vel edorum alterata cum herbis predictis vel seminibus eorū: vitet cibos et potus vaporosos: et similiter allia cepe vinum porros. vitet etiam turbida san. turbantia: vt caules fabas lentes ceruisiam ⁊c. Diminuat cenam ppossе ⁊ somnum multiplicet: sed non ilico sup cibum: quoniam somnus ⁊ leuitas

ventris oi die sunt medicamē bonum in oi obtalmia ⁊ ppue de causa calida. In statu vero adhuc magis in declinatione stillet in oculos ex collirijs q̄ dicemus. Cura ei⁹ que fit a cbo. est vt a pncipio mūdificet cum medicamine supradicto vel isto. ℞. aque decoctionis prunoꝝ. ℥. iiij. in q̄ cū fuerit feruētes ponant. ʒ. ij. reuo. puluerisati ⁊ dimittat sic per horas. xij. postea collet ⁊ in collatura illa ponātur. ℥. ij. sirup. ros. vel viol. vel sirup. de nenuph. ⁊ detur totum ante diē. Deinde secure fiat flōmia cephalice man⁹ partis lese vel ventosatio in spatulis ⁊ collo: q: sicut posteriora capitis dolentia in frōte recta vena incisa iuuat vt dicit Ipocra. ita ecōuerso q: diuersio materierū a loco oiquaq; iuuat. et ponant embroce ⁊ empla repcussiua sup locum dicta superi⁹. Sed plus addat de solatro ⁊ acetosa q̄ in obtalmia de sanguine fomentētur manus ⁊ crura ex aq̄ calida supradicta: qm̄ materias diuertit ad extoriora. Stilletur in oculos muscillago psillij vel muscillago se. citonioꝝ. ⁊ si dolor sit fortis dissoluatur in eis opij granū. j. ligentur ad iutoria ⁊ coxe vsq; ad dolorē. in fine ponat collirium albū supradictū in oculos: nisi q̄ loco sarcocolle poni d; psillij. ʒ. j. i alijs fiat sicut prius. Cura ei⁹ que de flegmate est vt purgetur a pncipio cum pillis cochijs vl' cū his. ℞. turbith. ʒ. j. ⁊. ß. zinzi. ʒ. ß. zuccari. ʒ. ij. terant ⁊ misceant. ⁊ detur totum in mane cum aqua decoctiōis feniculi. Sup oculum ponat emplm calidum factū ex farina fenugreci ⁊ muscillagine ei⁹ ⁊ floꝝ camomille ⁊ melliloti pistando oia ⁊ incorporādo cū muscilagine fenugreci ⁊ dragaganti. Et potes addere duo vitella ouorū: q: bonū fit ⁊ anodinum. Deinde post. vj. vel vij. dies ⁊ post duas mundificationes ad plus pone supra oculū ⁊ itra colliriū de sarcocolla mūdificatiuum ⁊ incarnatiuū vlcerum oculoꝝ qd̄ sic fiat. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris. ʒ. iiij. licij aloes drag. an̄. ʒ. ij. spume maris croci an̄. ʒ. j. ⁊. ß. succi celidonie. ʒ. iij. terant subtilissime: vt alcohol ⁊ dissoluant in vino albo ⁊ aqua colletur ⁊ liquidum ponat in oculum. Bibat aquā mellis vsq; ad declinationē vel aquā decoctionis iuiubarū ⁊ mellis: comedat aquā cicerū farināvel auenam. Condiātur cibaria sua cum puluere facto ex cinamomi. ℥. ij. cardam̄. ʒ. ij. croci. ʒ. j. Cū aūt morbus declinauerit: cōedat carnes pullorum vel edorū coctas cum feniculo petro. borrag. spinarg. ⁊ similibus. ⁊ tunc potest bibere vinum albū debile limphatū. Fiant ablutiones manuum faciei ⁊ pedum cū aqua de coct. absinth. mell'. ro. rub. floruz camo. Cura eius q̄ est de melia est vt pmo purget cuz pillis fetidis vel oy asene: deinde post mundificationem omi die abluant semel vel bis manus facies pedes cum aqua decoc. fumiterre absinthi. ro. ru. viol. melliloti. ⁊ balneet in aqua dulci ⁊ inclinet faciē super vaporē. Cura eius q̄ est de materia cōposita est cōpositio remedioꝝ ẜm exigentiam sue cause.

Emperica.

Dicit Ipocr. vj. parti. aph. dolores oculorum meri potio sanat aut lauacbrum aut piria aut flōmia aut farmacia. qd̄ pertractans gal. in cōmento ait. q̄ conuenit meri potio si fuerit obtalmia de flate vel melia: ⁊ in corpore non plectorico ppie ⁊ pmisso balneo aque dulcis: sed op; vt sit meruz limphatuz parūper: ⁊ post eius potum dimittatur paciens dormire. per hoc enim materia grossa sicca vel viscosa subtiliabitur ⁊ humectabitur vt fluere possit ad extra oculos et dolor cessabit. Cōuenit lauacbrū. i. balneū aque dulcis saluis trib⁹ cōditionib⁹. q̄ruz pma est vt corp⁹ sit bn̄ euacuatū euacuatiōe vl'i. scd̄a est vt materia sit acuta. s. cholerica vl' de flate salso. tertia vt materia remanēs sit pauca sic nāq; balneū euacuabit reliq̄as euacuationis pmisse. Cōuenit aūt piria. i. fomētatio oculoꝝ cū spōgia imbibita in aq̄ cal'a dulci dein expssa donec fiat aliquātulū rorida q̄si sicca vl' pira inclinatio capitis sup vapores aq̄ calide dulcis sicut ⁊ balneū cōpetit. Uerū in hoc refert q: si materia sit plima augmentat dolor ocloꝝ ppter attractionē. ⁊ sic dirigit nos i curā artificiosaz q̄ ē q̄ euacuare debem⁹ corp⁹ an̄ piriā. Si v̄o mat'ia sit pauca pfecte resoluet. Cōpetit flebotbomia si corpus abūdet in sanguie solo ⁊ i oib⁹ hūorib⁹ sil' equal'r: qm̄ flōmia euacuat mltitudinē vt di. Auic. Cōpetit farmacia si ali⁹ humor a sanguie sit cā obtalmie. Itē dicūt exptiq̄ alī q̄d ol'i ro. cū duplo ei⁹ vinoꝝ gnatoꝝ aceto sorū ɔquassatū ⁊ positū sup rubedinē ocu-

li vel sanguinē qui est ibi ppter fricationē z pcussionē sequenti die vel tertia curat z ppzie post purgationē vel flomiā vel scarificationē in collo z spatulis. Collyriū exptum ad omnē obtalmiā ex q̄cunq3 causa fuerit et quocūq3 tpe mozbi z ad oēm visus debilitatem sic fit. ℞. turbie extincte in aceto tribus vicibus: z sex vicib⁹ in aqua rof. ℥. ij. ita q̄ post quālibet extinctionē remoueat acetum et aq̄ rof. lapidis calaminaris vel emathites extincti in aceto. ij. vicibus z i aqua rof. iiij. vicibus. ℥. j. corallii al. z rub. an̄. ʒ. ij. ossis sepie cāpboze. an̄. ʒ. j. aq̄ rof. q̄d sufficit: terātur oīa vt alcohol. cribellent̄ p pānum sericeum depssum z cōmisceant̄ cum aq̄ rof. sicut decet collyria: z ex eo stilletur frequenter in lacbzymali: q2 repcutit: stipticat z abstergit: quare cōfert etiā in fistula lacbzymali z fluxu lacbzymaꝝ cū lippitudie. S3 tūc loco aceti z aq̄ ro. capiat̄ a q̄ feniculi z aq̄ celidonie z aq̄ rutbe z vzina pueri mascli nōdū polluti. Et in cā obtalmie cbolerica pōt addi licij acatie amili dzagāti. ʒ. j. In cā vero flegmatica pōt addi sarcocolle intincte in lacte mulieris. ʒ. ij. in cā vero melica climie auri lote z postea aduste z extincte in lacte mulieris. ʒ. ij. In dolore forti pōt addi ceruse lote. ʒ. ij. opij boni. ʒ. j. z est descriptio magistralis aggregata ex autēti. mes. z almās. Puluis cōferēs omni obtalmie z inflammatiōi oculoꝝ z fluxui lacbzymaꝝ z pruritui sic fit ℞. tbutbie lap. emathitis. an̄. ʒ. iij. licij. climie auri amili. an̄. aureum. j. spice opij sumacb. ana. ʒ. ß. aloes rubei. boni. ʒ. j. zuccari tabarzetb. ʒ. iij. fi. ex omnib⁹ puluis subtilissimus z imbibe vice vna in aqua mirabolanorum citrinoꝝ. z vice alia in succo fen. z vice alia in succo cozianđri recētis. quarta vice in aqua sumacb. z quinta vice si est tēpus cum succo granatozum musozum: ita vt post quālibet imbibitionē exiccet̄ z curat pfecte. vltimo v̄o misce cū eis cāpboze quartā partem. ʒ. j. deinde iterum tere z cribza p findonem z reserua in vase vitreo bene obturato: z pone ex boc puluere in oculos q2 expertū est: vt dt̄ Mes. i suo de appropa. ca. de obtalmia auctoritate bamec. Et si velles ex eo facere collyriū sublime ad easdem intētiōes q̄ ad fistulā in lacbzymali poneres. res om̄s post quintam imbibitionē qñ sunt sub forma mellis currentis vel pulnis in alembico z distilles sicut faciendo aquā rosarum.

Canones.

Dicit ras. in diuisionibus q̄ in omni obtalmia ex quacunq3 causa fiat: confert balneū aque dulcis in fine eoꝝ q̄d est post digestionem materie z euacuatione. Confert preterea vt medicine q̄ applicant̄ oculis vl' mēbris alijs cerebro ppinquis nequaq̄ sint frigide vebementer actu vel virtute: q2 materias incuneāt z mēbzoꝝ nobiliū3 destruunt calozē. Cōfert similiter vt oculi non intueantur lucem: sed sint in loco obscuro donec spiritus visibiles congregentur z fortificentur.

Pronosticatio.

Obtalmia si nō curat̄ pducit ad fistulam in aliqua tunicarū septē oculi: z deinde ad cecitatē. Item Ipo. vj. ptīcu. amph. In oculis patientem a dyarria accipi bonum.

De lacbzymositate oculoꝝ. Capl'm. ij.

Fluxus lacbzymaꝝ trib⁹ fit modis Pzio post incisionē factā i cura vnguie vel cataracte. scđo ex effusiōe multarū materiaru3 ex cerebzo z venis z arterijs que sunt sub craneo per neruos obticos. tertio ex effusione materiaꝝ ad oculos ex venis neruis atq3 arterijs q̄ sunt extra craneū vel q̄ apparent in tempozib⁹. Et vndecunq3 fluxerit materia vel est acuta calida: vtpote de cbolera vel flegmate salso: vl' est frigida bumida aquosa. Signa ei⁹ q̄ fit pter incisionē vngule vl' alteri⁹ egritudinis i oculo sunt antecessio talis cure. Signa ei⁹ q̄ fit ab būoze acuto vl' salso sunt pruri⁹ z ardoz z īflāmatio i loco quē lacbzyme tangūt. Et q2 stomacbo ieiuno z tēpoze calido magis infestat. Et qñ vsus piperis allij z ceparū z alioꝝ acutoꝝ nocet. Signa ei⁹ q̄ fit ab būoze aquoso sūt multitudo lacbzymaꝝ sine ardoze loci sup quē currūt. Et q2 tpe frigido z post cibū multiplicant̄: z q2 vsus ciboꝝ bumozosoꝝ z nimi⁹ pot⁹ vini eas multiplicat. vtrum autem fuerit extra craneū vel intra: potest cognosci a iuuantibus et nocentibus rōnabiliter exbibitis z sensatione infir-

mi: et quoniam vena apparens vel arte/teria magis pulsat solito vel debito in tim/poribus: et est cum maiori timore quam sint alie.

Cura eius que fit propter incisionem

Methodus.

factam in cura alicuius passionis oculorum est vt post incisionem confortetur oculus cum emplastro quod sic fit. R. corticis granatorum lentium excor/ticatarum plantaginis virge pastoris. ana. m. j. pistentur et incorporentur cum muscillagine dra gaganti. Ad idem. R. succi solatri vel burse pa storis vel sempuiue. ℥. iij. et misceantur cum bo/lo armenico sang. draco. terra sigillata et al/bumine oui et ponantur supra oculum et timpo/ra et frontem. Cura eius que fit ab humore acuto vel salso est vt premissa digestione ma terie cum sirupo de fumoterre vel si non sit pre/sto aliud cum sirupo acetoso et aqua decoctio nis rerum ducentium virtutem sirupi ad ocu lum: vt feniculus eufrasia nux muscata. pur/getur cum pillulis cochijs de reubarbaro di ctis capitulo de dolore capitis. Post hoc flebo thometur cephalica partis eiusdem et super frontem et timpora ponatur emplastrum. R. boli armenici. ℥. ß. masticis dragaganti. ana ʒ. ij. puluerisentur et misceantur cum albumi ne oui vel muscillaginis dragaganti. Supra oculum vero ponatur pettie infuse in succo sem/peruiue vel solatri mixto cum agresta et pul uere gland. mirrhe et boli armenici: intra ocu lum ponatur collirium album: quod diximus capitulo de obtalmia sanguinis. Cura eius que fit ab humore aquoso est vt premissa di gestione cum sirupo de sticados. vel si presto non sit aliud cum oximelle composito et aqua decoctionis feni. vel basiliconis. Purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis vel yerapi/gra vel medicina de turbith. deinde fiat cau terium in vertice capitis vbi terminatur me/dius digitus quando radix manus patientis ponitur super radicem nasi et profundetur vsque ad craneum et dimittatur apertum vno mense integro: ita vt omni die purgetur a sanie bis: vel rubificetur idem locus cum emplastris ca lidis acutis dictis capitulo de litargia. atque scarificetur abrasis primo capillis. Simili/ter et super collo vicibus frequentatis supra ocu lum et intra ponantur omnia medicamina iam dicta. Sepe abluantur oculi cum aqua pluuiali decoctionis gallarum thuris masticis mirrhe bolli ar. nucis cypressi et sit aqua actu cali/da apud eius visum. Cibetur ex cibis stipti/cis et carnibus assis conditis cum agresta vel vino granatorum vel berberis et huiusmodi sunt len tes excorticate: et aliquando sumat aquam pisorum et herbam feniculi. Bibat ydromel vel vinum ru/beum debile limphatum cum aqua pluuiali vel cisterne. Sumat semper post prandium et cenam ʒ. ß. electuarij de citonijs vel ʒ. j. dyaolibani et bibat desuper aquam calidam sed non frigidam: quoniam ex tat catharrosa: vt ait Mesue. ca. de catharro.

In constrictione lachrymarum et consolidatione

Emperica.

noui vulneris in oculo conferunt collyria di cta capitulo precedenti. Ca. de empericis: Confert ista confectio. R. turbie. ℥. ß. teratur perfecte in mortario mundo et addatur ei. ℥. j. aque ros. et ℥. j. vini granatorum acetosorum in causa calida aut vini alb. veteris clari in causa frigida: et post incorporationem perfectam ista rum rerum in mortario colletur hoc totum cum petia munda: et de ista collatura pona/tur omni die mane et sero intra oculum et in breui tempore fiet lachrymarum constrictio et vulneris consolidatio. Premissis remedijs vniuersalibus. Item communiter operantes in cura lachrymarum premissa vniuersali euacua tione cum elleborbonia vel farmacia supradi ctis incidunt venas et arterias frontis per trans uersum et proprie si fluxus sit extra craneum: sed in hoc erit timor casus palpebrarum: quapro pter alij faciunt cauterium cum acu ferrea igni ta cum filo laneo grosso traducto super collo et pulpis aurium et dimittant sic apertum donec multa aquositas effluxerit: quia per hoc fit di uersio materie vel faciunt vesicationem cum cantaridibus et fermento si patiens cauterium abhorreat. Deinde ponunt in oculum colli/rium album dictum vel confectionem ex tu/thia extincta. Item ad lippitudinem oculo/rum quidam accipiunt vitreolum mel et al/bumen oui. ana. partes equales et perfecte te runt et incorporant in mortario et ponunt su per oculos sero cum itur dormitum: et mane abluunt oculos cum lacte mulieris. Colli/rium album sublime et expertum ad omnem maculam oculorum et lippitudinem et fluxum lachrymarum visum custodiens cum vertice

sic fit. ℞. armoniaci flo℞ eris arsenici ru. sandal. an̄. ℥. ij. tutbie. ℥. ſ. vitrioli de quo fit incaustum. ℥. iij. celidonie rutbe. an̄. m. j. succi feniculi lib. j. ⁊ ß. pistentur ⁊ simul misceantur ⁊ fiant madaliones et ponatur in alembico super fornacem ⁊ distillentur sicut fit aqua ros. Et ex eo stilletur in oculos omni die mane et sero: quia mundificat: abstergit: exsiccat et confortat oculos excellenter ⁊ spiritus visiuos subtiliat. Sief de thure quod ponitur in oculos in vlceribus eorum: quia exsiccat: consolidat ⁊ incarnat ⁊ corneā cōfortat ne rūpatur ⁊ vueam egredi nō permittit sic fit. ℞. armoniaci sarcocolle. an̄. ℥. v. thuris. ℥. x. croci. ℥. ij. cōficiant̄ cū muscillagine fenugreci vel seminis lini ⁊ fiant sief. i. trocisci pui ⁊ cū vti volueris: puluerisent̄ vt alcohol ⁊ ponat̄ ex eo in oculos vel dissoluatur cū aqua ros. vel succo endiuie ad modū collirij subtilis. Sief de plūbo qđ incarnat et ɔsolidat vlcꝰ in oculo post rupturā obtalmie vel casum vel pcussionē ⁊ cōfert plurimū fistule lacbrymali ⁊ dolorē oculo℞ sedat potēter sic fit. ℞. plumbi adusti gūmi arabici antbimonij tutbie ablute vsti dragaganti. an̄. ℥. viij. opij. ℥. ß. fiat Sief cū aqua pluuiali et vtere eo sicut primo. Ars abstergēdi oēs maculas accidētales in oculis ꝓhibentes visuꝫ que albumines vel vngule noiant̄ et ꝓprie cū fuerint molles tenere recentes hoc est q: dure antiquate solo ferro remouent̄. ℞. eris vsti florū eris arsenici ru. vel citrini ⁊ ꝓprie sublimati salis nitri vel salis armoniaci gūmi armoniaci vitrioli adusti vitri cōbusti sarcocolle spume maris licij aloes rub. bōi mirrbe croci mirabolano℞ citrino℞ bauracb ossis sepie pipis longi oīm eo℞ vel quocūqꝫ ex ipsis volueris: tere vltimo atqꝫ cribella ꝑ sindonem densum ⁊ ex ipsis in oculis pone modicū omni die sꝫ mane ⁊ sero donec res eis addite consumātur. Est nanqꝫ continēs fere omnia corrosiua quare noīa sortitur diuersa: ita vt a quibusdam puluis ru. ab alijs viridis ab alijs albus vel citrinus vel puluis de vitreolo nuncupatur. ꝙ si mordicationeꝫ ⁊ corrosionem oculorū timueris ex ipsis imbibe per noctem vnā aut amplius puluereꝫ predictum in aqua ros. vel lacte mulieris. deinde exsicca in vmbra ⁊ tere ⁊ cribella sicut prius ex stipticis incarnatiuis que sunt tutbia abluta ⁊ spodiuꝫ ⁊ cāphora coralli rose sicce antbimoniū plūbū vstum atqꝫ thus. Si vero puluerem predictum facere volueris magis confortatiuum oculorū adde margaritarum ⁊ carbūnle auri ⁊ argenti. Si vero magis artificiosuꝫ imbibe ipsum vice vna in vino albo veteri claro et vice alia in vrina hominis sani perfecti: vel in vrina capraruꝫ et vice tertia in aqua feniculi vel succo eius si tempus fuerit: et vice quarta in succo rutbe: et vice quinta in aqua celidonie: ita vt post quanlibet imbibitionem perfecte exsiccetur et iterum terantur ⁊ cribellentur vltimate. Si autem collirium ex ipso facere volueris ad easdem operationes pone res omnes in alembico post quintam vel quartam imbibitionem cum sunt sub forma mellis currentis et distilla sicut aquam ros. ex qua omni die bis stilletur aliquid in oculo loco pulueris supradicti. Aut decoque res omnes tritas in aqua clara vel vino albo pontico vel mixto ex eis aliqualiter donec redierit ad quartam partem et sit proportio pulueris ad aquam vt vinum sicut proportio quarta ad sextam. Prior tamen modus perfectior reperitur: aut dissoluitur puluis rerum in aqua decoctionis acori vel sene vel rutbe postꝙ fuerit optime collata ⁊ cum ea concassetur sicut decet collirium et ex ipsa stilletur in oculos quia est fortitudinis extreme: ita vt maculas abstergat in oculis equorum aut conquassentur res eedem cuꝫ aqua ros. quia est lenior omnibꝰ supradictis. Et si adhuc magis refrenare volueris eius mordicationem adde ceruse ablute bis in aqua ro. vel amili ⁊ fiat ex eis collirium album de quo stilletur in oculos sepius in ieiuno: ⁊ sero cum itur dormitum sine cena: omnia aūt sicca tere vehementer.

Canones.

Medicine que ponuntur in oculis si sunt in substātia liquida: vt colliria debēt esse in vltimo claritatis ⁊ puritatis. Si vo in suba sicca vt sief. ⁊ pulueres debēt esse i vltīo pulitatis ⁊ subtilitatis qđ apud medicos alcohol đr: qm̄ oculus est mēbrū tunicosum pāniculosuꝫ sensitiuū cū acuitate vltima: quare medicine grosse nō penetrabunt: sed stātes circa supficiē tunice cornee ⁊ con

sic etiã ipsas vlcerabũt. In medicinis pter/
ea oculoꝝ nõ cõpetit vti calidis acutis nisi
cũ stipticis reprimant: ne forte humidita/
tes tres cristallinã albugineã ⁊ vitreã colli/
quẽt ⁊ tunicas septẽ oculoꝝ corrodãt cũ ocu
lus ex pãnio cõstet aq̃o: vt pbat Aris. in li. de
sensu ⁊ sensato. ppter qđ accidit vt fum⁹ sul/
fur coit⁹ allia pip oculis noceãt vndiq̃ac.
Preterea dicit Ras. in diuisiõib⁹. ⁊ Mes. in
suo de appropriatis. ca. pñti. q si fuerit effu
sio materiarũ ad oculos p vias q̃ sunt intra
craneũ raro ẽ ei curatio nisi sit in pncipio et
materia pauca qđ ɔtingit ppter difficulta
tẽ penetratiõis medicinarũ. Et si q̃dẽ cura/
ri pōt aliquo mō curat cũ puluere isto. R. tu
thie ablute. ʒ. x. aloes coralloꝝ liciJ gũmi ar/
mõiaci assi dragagãti masticis ematistis oli
bani oĩm ãn. ʒ. ij. corticũ mirabolanoꝝ citri/
noꝝ. ʒ. iij. piperis longi. ʒ. ij. fiat pul. subtilissi/
mus: vt alcohol. ⁊ ponatur intra oculos: est
enĩ vltimũ in restringendo.

Pronosticatio.

Lachryme si restrigi nõ pñt humores nutri
tiuos oculoꝝ pmo diminuũt: deinde hũores
tres q̃ sunt cristallin⁹: vitre⁹ ⁊ albugine⁹. et
tãdẽ sbam oc'loꝝ ɔsumẽt. Et si fuerit acute
vel salse corrosionẽ vel fistulã iducẽt: ⁊ demũ
cecitatẽ cõpletã: q̃propt i pncipio succurra/
tur. Itẽ lachryme accidũt vt plurimũ habẽ
tib⁹ caput humidũ catharrosũ: q si fuerit
ex regimine curat faciliter: si p naturã et ex
genere difficile.

¶ De debilitate visus. Cap. iij.



Ebilitas visus appellat cum
hõ sine macula vel aliq̃ ma/
nifesta oculoꝝ passione dimi/
nute videt: nec discernit res
vt oportet velut accidit in se/
nibus ⁊ decrepitis p materiã. siľr ⁊ q̃nq̃ iu/
uenibus ppter aliquã cãm non naturalẽ:
vtputa ppter mutationem organoꝝ fm cõ/
positionem ⁊ cõplõnẽ. hec aũt mutatio ac
cidit iuuenib⁹ ex mala cõplõne oculoꝝ ca
lida vel frigida humida vel sicca. Senibus
vero ex depascẽtia assidua hũidi radicalis a
calore naturali: q̃ñ cum aliq̃ causaꝝ hmõi
vehemẽter cõfirmat facit ipsoꝝ tunicas in/
spissari necnõ hũiditates accñtales augeri
quib⁹ spũs visibilis obtũdit. siľr ⁊ spẽs re-
visibiliũ pphibentur: verũtñ hec ppẽdit ne
cessitas mortis naturalis in aĩali: q: ppter
actionẽ ɔtinuã caľi naturalis in hũidũ radi
cale mẽbroꝝ: ⁊ pprie cordis: tandẽ exiccat
corp⁹ ⁊ cõsumit hũiduʒ: ⁊ p ɔñs coextinguit
calidũ. Et istã actionem vocãt phi materie
neitatẽ cũ impossibile sit ipam nõ repiri oĩ
tpe in reb⁹ naturalib⁹ ɔueniẽtib⁹ i materia
pma q̃ est yle. Fit aũt q̃nq̃ ex hũiditate ⁊ si
gna sunt: q: mľtiplicat post cõestionẽ ⁊ nau
seatiuã satietatẽ: ⁊ pprie post expgefactio/
nẽ a somno: q: tũc appet corã oculis ipsorum
quoddã ad modũ aq̃ vel nebule. Et q oculi
emittũt lippitudinẽ indigestã: ⁊ pprie post
somnũ. Fit etiã q̃nq̃ a siccitate. Et signa sũt
q fortificat passio tpe famis ⁊ i meridie: sed
alleuiat post cibũ ⁊ somnũ: ⁊ q oculi semp
apparent sicci: ⁊ sentit pruritus in ieiuno.
Fit q̃nq̃ ex malicia stomachi ppter qđ ista
debilitas visionis nõ est semper: immo fit
fortis cum est satietas nauseatiua propter
vapores diuersos ascendẽtes: ⁊ destruit oĩno
tẽpore famis sicut cõtingit ebriosis ⁊ bibu/
lis ⁊ sentit citius alleuiationẽ ex medicinis
mundificatiuis quando est ex stomacho q̃
ex passione propria oculorum.

Methodus.

Cura eius que est ab humidita
te est vt digeratur flegma in capite cũ siru/
po de sticados cuius descriptio fm Mes.
hec est. R. floꝝ sticados ara. ʒ. xx. ai basce
calamenti origani ãn. ʒ. x. anisi piretri. ãn. ʒ.
vij. piperis lõgi. ʒ. iiij. passulaꝝ enucleataruʒ
ʒ. iiij. mellis lib. v. condiant cuʒ cinamomo
calamento aromatico croco. ʒʒ. pipe nigro ⁊
lõgo. oĩm ãn. ʒ. j. ⁊. s. h liga i pãno raro ⁊ sus
pẽde in sirupo hora decoctionis. h sirup⁹ a
pprietate respicit caput ⁊ digerit oẽs ma/
terias flegmaticas i cerebro collectas: q̃pro
pter ẽ cõferẽs sode ⁊ catharro frigido vľ di/
gerat cũ melle ro. collato addẽdo in digõne
cũ iJs sirup. sticad. nucẽ muscatã ⁊ oĩa ducen
tia ad caput. Post illđ purget cũ pillis luc̃
miorib⁹ ľ cochijs vľ fetid̃: vľ cũ pillis lucis
maiorib⁹ q: a ppetate purgãt hũiditates ce
rebri anterioris ⁊ sẽsus oẽs acuũt ⁊ ppe visũ
q̃ sic fiũt fʒ mes. R. xiloa. oppoa. se. ru. sqn i
ti masticis gariofi. ãn. se. apij castielig. croci

macis. an̄.ʒ.j.rosꝫ.viol.absinth. cubebe.ca-
lami aromatici nucis muscate carpob. spice
an̄.ʒ.ij.reubar.boni mirabola. oim̄ agarici
sene.an̄.ʒ.iiij.colloquintide licij lap̄. lazuli
loti.an̄.ʒ.vj.cōfice cū succo fen.vel rutbe vel
celidonie vel eufrasie vel vino claro al.vete
ri.⁊ da a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.ʒ. iiij.⁊ est descriptio
aggregata ex maioribus et minoribus qm̄
modicū differunt inter se ꝫm cōpositionem
vel virtutē vel cū pillꝫis de agarico q̄ sic fiūt
℞.aloes.ʒ.ij.colloqntid.sticad. turbith. an̄.
ʒ.j.masticis rosꝫ.ʒʒ.cassie lignee.an̄.ʒ.ß.aga-
rici.ʒ.iij.fiant pillule cū succo rutbe quorū
dosꝫ.est a.ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.ij.Hec pillule euacuāt
potenter flegma ⁊ oēm materiā grossā vi-
scosam ⁊ ab oī parte corporis:⁊ ꝓprie a ca
liditate:⁊ ideo valēt in apoplexia epilepsia
paralisi soda frigida catbarro.Cibet carni
bus assis ⁊ cibis siccis:vtat sepe semi. fen.
in cibo ⁊ potu:similr ⁊ fizeleos.bibat ydro
mel vel vinū rubeū limpbatū parūper cum
aqua simplici ⁊ qnqꝫ cū aqua decoctiōis ru
tbe vel in aqua vbi posita sit rutba. ℞.se-
mel in septimana.ʒ.ß. tyriace veteris bone
stomacbo ieiuno cū vino vel aqua decoctio
nis rutbe vel semis fen.est de melioribus re
bus in boc casu.Exercitet preterea et sudet ⁊
laboret in ieiuno modificet cibum ⁊ potū ⁊
ꝓposse distillet in oculos aquā basilicōis vl
celidonie eufra. betbonice vel rutbe vel fel
capnū vl fel galli vel fasiani vl pdicis cū mel
le crudo purissimo vl colliriū de fellibꝰ vl col
liriū albū positū caplo de obtalmia vl colli
rium de tutbia bonū ⁊ expertum qd sic fit.
℞.tutbie.ℨ.ß.calaminaris.ℨ.j.faui mellis.
i.mellis crudi sicut exprimit a fauo.ℨ.ij. ga-
riofi.numero.ij. terātur vt alcobol ⁊ incor-
porentur cum vino al.veteri subtili: qꝫ si ti-
mueris corrosionem ex tutbia igniatur su-
per lamina ferrea.x.vicibus vel pluribus et
totiens extinguatur:vel in aqua rosꝫ.vel plā
taginis ⁊ idem obseruetur de calaminari.
Sic namqꝫ lacbrymas exsiccat:spiritus sub
tiliat ⁊ vlcera consolidat perfecte.Cura eiꝰ
que est propter siccitatem est impinguare
corpus proposse cum piscibus recentibus
bonis ⁊ iuribus carnium bonarum condi-
tis cum speciebus dulcibus scilꝫ cinamomo
cardamomo croco folio gallanga ⁊ zuccaro:
vtatur vino claro dulci.Comedat ficus fisti
cos auellanas pineas cicera fracta et pisa
oua sorbilia ⁊ pultes cōditos cū lacte capri-
no dulci. Caueat a rebus acutis ⁊ oleo vi-
no puro veteri fumo vento a coitu ⁊ oculoꝝ
fatigatione plura scribendo vel studendo:
sepe balneetur in aqua dulci tepida post di
gestionem primam preterqꝫ sudet aperian-
tur oculi sepe in aqua frigida vel stilletur in
eos lac mulieris vel asine vel oleum viol.vel
abluantur quandoqꝫ cum aqua decoctionis
violarum fenugreci ⁊ maluauisci. Cura eiꝰ
que fit vitio stomacbi est vt rectificemus sto
macbum digerendo bumores calidos cū si
rupo acetoso vel bumores frigidos cum oxi
melle cōposito.Post illud purgetur cum me
dicinis proprijs vtriqꝫ causarum quas dice
mus ca.de stomacbi debilitate. verūm bic
pul.confert omniquaqꝫ. ℞.aloes.ʒ.j.mirrbe
ʒ.j.masticis.ʒ.j.terantur oīa subtilissime et
cribellentur ⁊ trāsglutiat totū simul cū zuc
caro vel melle vel alia re offuscāte eius ama
ritudinē.Aloes em̄ licet sit indelectabile ori
est tn̄ delectabile ⁊ ꝓficuū stomacbo:vt di.
Gal.ij.de ingenio sanitatis.⁊ id in eius ad
ministratiōe dꝫ lingua patientis extrabi et
aloes inglutiri. Utatur omi die in ieiunio
electuario pliris dyagallanga dyatriū pipe
ron:⁊ bibat desup.ℨ.iij.vl.iiij.aque calide.
Nutriatur cibis ⁊ potibus dictis supius ca.
de debilitate visus ꝓpter bumiditatē.vtat
etiam collirijs ⁊ aquis dictis ibidē.

Emperica.

Medicamen sublime ad de
bilitatem oculoꝝ ex quacunqꝫ cā. ℞. tutbie
lib.ß.extingatur in vrina pueri nōdum pol-
luti tribus vicibꝰ:⁊ in aqua fen. iij.vicibus
corallorum al.⁊ ru.an̄.ʒ. iij.extinguat in aq̄
fen̄.vicibus.ij.margaritarum.ʒ.ij.sapbiro-
rum spodij.an̄.ʒ.ß.musci.℈.ß.terantur oīa
vt alcobol.Postea ponantur in mortario et
addatur aqua fen̄.donec redeat ad spissitu-
dinem pulmenti vel mellis: ⁊ post boc sub-
fumigetur cum ligno aloes exiccetur ⁊ iterū
perfecte puluerisetur ⁊ per sindonē cribelle
tur.Et de boc puluere ponat in oculos oi
mane ⁊ sero ⁊ cum volueris :fac ex eo cum
aqua fen̄.colliriū virtutē visiuam confortat:
bumiditates exiccat:maclas abstergit.Sūt
preterea qdam excellentes in bac arte qui

valde appreciāt hoc collíriū. ℞. sileris montani maiorane eufrasie rutbe celidonie fen. añ. ʒ.iij.ʒʒ. spicenardi pipis longi gariofi. tutbie extincte in purissimo succo feniculi vl' maiorane aloes.añ.ʒ.j. fellis aquile accipitris hirci incolentis montana fellis galli perdicis fasiani lupi leporis vrsi vel vulpis vel vulturis vel capreoli ⁊ oim animalium viuētium de rapina dummodo sint sana ⁊ etatis perfecte non decrepita de quolibet vnum fel. balsami.ʒ.ß. mellis ros. collati.ʒ.j. puluerisanda pulueriséntur: liquefianda liquefiant ⁊ cōquassanda cōquassentur in vltimo sicut decet colletur: ⁊ si sit estas misceant᷑ in sole calido per dies.xl. quotidie semp̱ agitādo atq̧ cōmiscendo. Si vo fuerit hyems agitetur modo consili in vase duplici ad ignem lentū vel subtus cineres ⁊ arenā calefactaʒ: in fine vo colletur ⁊ conseruetur in vase vitreo ⁊ oculis instilletur. Est eni tāte virtutis ꝙ ⁊ decrepitū faceret legere lr̄as minutas. Sunt alij qui magis appreciāt collirium de aquis distillatis quod sic fit. ℞. aque celidonie rutbe betbonice eufrasie feniculi memithe caprifolij vel succi eoꝝ recentiū puroꝝ ꝗ sit ips: ⁊ succi maligranati acetosi mellis dispumati vini purissimi lactis mulieris. aque ros. fellis aquile vel vulturis oim.xiij. añ.ʒ.iij. aloes tutbie mirrhe catbimie auri ⁊ argēti sarcocolle licij amili costi ro. coralli al. ambre musci canfore.añ.ʒ.ß. balsami grana v. cōfice in vase vitreo vel argēteo ad solē vel supra cineres calidos lauent᷑ aūt oculi ante ⁊ post collíriū cū aqua ros. vel plantaginis in cā calida: sed cū aqua feniculi sileris montani in frigida nāq̧ potēs est ⁊ expertuʒ ad oēm visus debilitatē: vt asserit Guilbertus. Collírīū de balsamo visum recuperās etiā si tpe plurimo sit ablat⁹ saluo organo sic fit p̱ eūdē. ℞. pipis longi al. ambre balsami fellis vulturis vel tauri.añ.ʒ.ij. mellis acuti.i. optimi ⁊ purissimi.ʒ.ij. vini al. veteris cyatū.s.i. pondus.ʒ.j. et ß. canfore croci añ.ɜ.j. tere diligēter ⁊ adde succum feniculi ⁊ simul cōfice ⁊ inūge. Sunt alij solēnes ꝗ valde appreciāt hoc electuariuʒ in cā humida. ℞. se. fen. lib.ij. sileris mōtani lib.j. camedreos li.ß. semis apij petrosil. añ.ʒ.iij. puluerisent᷑ ⁊ cōficiant᷑ cū melle dispumato det᷑ de ipso sero ⁊ mane: ⁊ multū valet ad purgādū renes ⁊ ꝓuocādū vrinā. Itē ad ideʒ dragea. ℞. se. fen. anisi añ. lib.ß. vel lib.j. gariof. macis nucis muscate.añ.ʒ.j. puluerisent᷑ spēs grosso mō: sed semina remaneāt integra. deinde adant᷑. lib.ij. zuccari ⁊ det᷑ āte cibū ⁊ post. Itē ad idē electuariū optimum siue visus debilitas fuerit vitio humiditatis in oculis siue vitio stomachi digestiuā nāq̧ cōfortat: renes mūdificat: lapidē frāgit: vētositates terminat. det᷑ de ipso sero ⁊ mane.ʒ.ij. ℞. macis ʒ.j. sileris mōtani.ʒ.ß. se. apij. fen. añ. petro. cinamomi.ʒʒ. piperis pulegij floꝝ abrotani ysopi eufrasie.añ.ʒ.j. saxifragie granoꝝ iuniperi.añ.ʒ.ß. cōfice cuʒ melle dispumato qꝺ sufficit. Itē nux muscata visus sanitateʒ custodit. Dicit Auic.iij. cañ.c. de debilitate visus. ꝙ fricatio capitis cuʒ pectine in ieiuno est valde vtilis in cōseruatione visus ꝓpter euacuationē vapoꝝ plimoꝝ: silr ⁊ claras legere lr̄as ⁊ intueri res virides ⁊ mergere oculos aptos in aq̄ tepida ad frigidū vergente. Sed ca. de ꝯseruatione visus dicit ꝙ iacere supra collū ⁊ supine est malū ꝓpter fatigationem neruoꝝ obticoꝝ. silr ⁊ iacere sepe supra faciē est malū ꝓpter humoris īclinationem ad partē capitis anteriorem.

Pronosticatio.

Debilitas vidēdi ⁊ cecitas nō dr̄nt nisi sicut magis ⁊ min⁹ q̄re est cauēdū a ꝑncipio de cecitate ⁊ ꝓprie cū virt⁹ visiua sit delicatissima virtutū aīaliū q̄ sunt in nobis: q: plures reꝝ differētias nobis ostēdit: vt dicit aristoteles p̱mo metbaphisice.

¶ De fistula in lachrymali.
Capitulum.iiij.



Fistula lachrymalis appellat᷑ a phisicis cū angulus lachrymalis oculi resudat ⁊ compꝛimit᷑ cū digito vir⁹ vel sanies emanat: ⁊ q̄n q̧ apparet eminentia in loco extrinseco que multotiēs aperit᷑ ⁊ cū cōprimitur: concurrit sanies ad lachrymale: ⁊ tunc vere dicit᷑ fistula: ⁊ aliq̄n non aperit᷑ sed expirat per cōpressioneʒ ad lachrymale. Signa fistule sunt humiditas currēs cū expressione a lachrymali



⁊ rubedo ⁊ largitas lacbrymalis ⁊ eminen-tia apparens aliquādo in parte exteriori ⁊ ferori oculorum.

Methodus.

Cura hui⁹ passionis ē vt statim a principio digerat materia filr ⁊ purgetur put docuimus capl'o de fluxu lacbrymarū. Post illud fiat cauteriū pūctale cū acu ob-tusa argētea ignita pmissa ei⁹ exsiccatione ⁊ abstersiōe cū aq rutbe vel fen. vel cū aqua mell. vel cū vino stiptico vel cū liquore mix-to ex bis fundēdo in fistulā bora post boram ⁊ exprimēdo cū digito donec vir⁹ ex ea egre diat: ⁊ cū boc abstineat patiēs a salsis acu-tis cbo ericis ⁊ flegmaticis: ⁊ ppzie a vino forti. Medicamen nobile sic fit. ℞. olei vete ris vini veteris boni ⁊ electi aā. lib. ij. ⁊ ℥. ⁊ li thargiri puluerisati ⁊ cribellati: vt alcohol lib. j. coquant ista sil' in casola ad ignē p diē itegrū donec nigrū relucēs fiat. deinde ex eo fiāt tente. i. figure ad modū acus q ponātur in fistulis. de ppzietate em eradicāt fistulā ⁊ exsiccant ⁊ ppzie si est apta. Id aūt qđ est valde vtile qn sanies expirat solū a lacbry-mabili: ⁊ nō est vlc⁹ neq3 aptio in extrinseco ē iponere puluerē citrinū q sic fit fm Almā. ℞. 3 intar ⁊ viridis eris siue flor eris qđ idē est vitreoli vsti aā. 3. vj. arsenici rubei bau-racb spume maris. 3. j. salis armōiaci. 3. ij. dis soluat armoniacū in succco rutbe ⁊ icorporē tur spēs cū illo succo ⁊ fiāt trocisci ⁊ exsiccen tur: ⁊ cū necesse fuerit: terant sup marmore vl' in mortario bñ loto ⁊ mūdato vt alcohol ⁊ ponat in lacbrymabili. Et qdā addunt bolli armenici balaustie antbimonij aloes: sarcocolle alumis sanguis draconis tburis mirrbe aristologie rotūde aā. 3. j. qm fit ma gis consolidatiuum.

Emperica.

Collitiū pro batū in fistu-la lacbryma-bili siue sit apta siue nō. ℞. turbie cōtrite su per marmor p̄ tritiōe vltima dissoluat cum collirio albo posito. c. de obtalmia. ⁊ post dis solutionē collect cū pāno mūdo lineo ⁊ repo nat. Et de boc liquore stillet oī die bis in la cbrymabili: ⁊ iaceat supra lat⁹ sanū: q2 fina-liter exiccat fistulā: ⁊ ppzie nō aptā. Itē inū gat ois āgulus fistular⁹ oī mane ⁊ sero vsq3 ad dies tres vel. iiij. cū oleo ro. feruēti siue fi-stula fuerit apta siue nō mūdificata carn fe ⁊ osse corrupto sanabit. Et spālr si cū vadit dormitū ponat supra oculū boc emplm rep cussiuū ⁊ stipticū. ℞. mūmie bolli armenici turbie masticis aā. ℥j. ex oib⁹ pul. subtilis q incorporet ad modū empli cū vino rubeo sti ptico cū fistula lacbrymabilis nibil sit aliđ q vlcus pfun. saniosum: queadmodū ⁊ fistu-la mēbror maior cū vlcus aūt sit terminus apostematis erupti vel flux⁹ corrosiui neces-sariū videt: vt dictū ca. de lacbrymis ⁊ ca. de obtalmia presenti ca. suffragentur.

Pronosticatio.

Fistula nisi curata fuerit corrosiōe3 oculi mi nat cū suarū. vij. tunicarū cōsumptiōe: filr ⁊ bumiditatis cristalline colliquatione qb⁹ suc cedere facit cecitatē que fex est ⁊ amurca cor-poralium erūnarum.

¶ Tractatus quartus prime sectionis. De aurium passionibus.

Aurium pas-siones famose ⁊ de qb⁹ pbisicus solicitari oportet sunt qtuor. pri ma tinnit⁹. scđa surditas. tertia apa siue do-lor. qrta vlc⁹. Cū aūt dico aurē itelligo ⁊ mi ringas ⁊ pāniculos ei⁹ qui sunt intra craneū virtutis auditiue seruientes.

¶ De tinnitu auriū. Capitulū. j.

Aurium tinnit⁹ trib⁹ pōt fieri de causis: aut pter repletionē ca-pitis flegmaticā vel vētosam. Et boc est vt plurimū: aut pter de bilitatē nerui auditiui ex raritate sue cōple xionis vel delicatia complexionis. sicut acci dit cōualescentibus: aut pter acuitatē sen sus auditus. Signa eius que de repletione sunt q accidit post satietatem nauseatiuam ⁊ potum vini superfluum: aut post cibum sti co superfluum: aut propter stipticitatem vē tris vel tempore frigido bumido. Signa ei⁹ que de debilitate nerui sunt q omnis son⁹ fortis ledit ⁊ non percipit nisi sonos dearti-culatos: ⁊ q semp sentit sibilū in aure. Si-gna ei⁹ q ex acuitate sunt q magis infestat

hora famis: sed post cibum et somnum quasi non sentitur.

Methodus.

Cura eius que de repletione sive ista repletio fit in cerebro: sive in stomacho est vt purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis vel yerapigra premissa digestione materie cum sirupo de sticados vel cum oximelle composito dato septem diebus cum aqua decoctionis feniculi: et sit aqua quadrupla ad oximel. deinde stilletur in aurem oleum de ruta vel de spica cum succo porri et felle ouino: in quo dissolutum sit castoreum et euforbium: inclinet sepe aurem suam stomacho ieiuno supra aquam calidam decoctionis sauine sambuci camomille melliloti origani ysopi recipiendo vaporem per trajectorium. Abstineat a cibo et potu vaporoso: vt sunt brodia piperata allia porri nuces et vinum purum. Abstineat a cibis ventosis: vt sunt legumina rape: vtatur cibis calidis siccis. Bibat ydromel et vinum limphatum: modificet cibum et potum pro posse: laboret in ieiuno et fiat sternutatio et sudet in sicco balneo. Cura eius que ex debilitate nerui est vt stilletur in aures acetum in quo decoctum sit absinthium aut sticados vel polium vel vinum in quo bullierint rose et ruta recipiat vaporem cum trajectorio aque decoctionis absinthii sticados et rosarum. Cura eius que ex acuitate et subtilitate sensus est vt distilletur in aurem oleo ro. decoctum cum aceto. Et si non sufficit: stilletur in eo oleum ro. cum aceto. In quibus dissoluta sint duo vel tria grana opij vel aliquid de aqua decoctionis iusquiami: aut oleum coctum cum semine papaueris et mirtillorum. Vtatur per interuallum pillulis confectis de mastice et aloe post cibum: quia corpus mundificant et membra confortant. Vtatur vino granatorum vel berberis vel aqua decoctionis sumach et agresta in cibo et potu vitet vaporosa: ventosa quecunque.

Pronosticatio.

Tinnitus si perdurauerit tempore longo neque remedia rationabiliter exhibita contulerint surditatem monstrat futuram: et proprie in senibus propter oppilationem viarum et alterationem miringarum auris velut a causa.

¶ De surditate. Cap. ij.

Surditas quedam est naturalis: et hec facit hominem mutum: vt dicit Arist. in lib. de sensu et sensato: quare non curatur cum medicus sit nature minister. Quedam vero est aduenticia et accidentalis: de cuius cura loquimur. Fit duabus de causis in genere vel propter oppilationem auris: vel propter malam complexionem diuersam. Sed oppilatio est multiplex. s. propter apostema vel carnem verrucosam. propter sordem. propter flegma et ventositatem propter aliquid cadens in aurem. vt est lapis vermis. Mala autem complexio diuersa est miringarum frigiditas vel iniata. Signa surditatis propter apostema dicentur ca. de dolore aurium. vbi et curam ponemus. Signa eius que est propter carnem additam sunt eius appitio cum aspicitur in aurem apud solem: et cum eger sentit quandam grauitatem in ea: et quod fetor expirat ab aure. Signa eius que est propter sordem collectam ex visu etiam discernuntur. Signa eius que propter flegma et ventositatem grossam sunt grauitas cum superfluitate in aure et agitatio cum sonitu: et quod in nocte et tempore frigido magis infestatur. Signa eius que a mala complexione frigida sunt frigiditas capitis apud tactum et vrina lactea: et forte antecessit ambulatio in aere frigido.

Methodus.

Cura eius que fit a carne superaddita est vt corrodatur caro illa cum vnguento viridi quod sic fit. Rx. aluis zuccari florum eris mellis ana. ʒ. j. terantur omnia subtilissime et incorporentur cum melle: et cum eo locus inungatur vel mundetur cum vnguento quod sic fit. Rx. tartari. ℥. ß. calcis. ℥. ß. fiat vnguentum in modum mellis cum aqua cineris et intromittatur in aurem cum coto vel tenta: postea consolidetur cum vnguento apostolorum: aut si presto non fit aliud cum vnguento albo vel cum vnguento fusco vsitato. Cura eius que propter sordem est vt extrahatur cum instrumento ferreo vel argenteo habente latitudinem quandam cum curuitate et mollificetur primo cum oleo com. vel camomille calido vt extrahi possit deinde mundificetur cum coto vel tenta. Cura eius que propter flegma et ventositatem (et hec est illa que sepius contingit) est vt digeratur materia cum oximelle composito et aqua decoc. radicum feniculi: et sit aqua decoc. quadrupla ad sirupum. postea purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis et yera pigra. Post purgationem ponatur in aurem oleum camomil. vel nardi. in quo sit aliquid euforbij. recipiat vaporem per tra-

sectorium in aurē aque decoc. calamēti saui ne sinapis aristologie centauree ꝛ silium. Inungātur aures ꝛ totū caput: fortiter cum oleo eodē. Post purgationē ꝛ suffumigationem ꝛ vnctionē sumat de quarto in quartū diem sero cū vadit dormitū sine cena de electuario anacardino dicto ca. de apoplexia. vel dyatriū pipereon. et postea bibat aliqd boni vini calidi. ꝛ fiant oīa dicta ca. de tinnitu. Cura eius q̄ a frigiditate cōplōnis est ponere in aurē ꝛ circa aurē oleum camo. vel nardinum vel de costo actu calidis ꝛ purgare cum pillulis cocbijs corpus si sit materia ibi. Utatur omni die mane ꝛ sero dyaplitis dyazinz. dyatriū pipereon. ꝛ post illud bibat aliquid aque calide. Cura eius que fit a lapide vel aqua vel alia re cadente in aurē est vt fiat suctio fortis cum canula missa vl' vaporatio predicta ad quaz sequatur suctio vehemens cum spū vel nutercora ꝛ ex reb' vehementer attrahentibus est vnguentū fuscū cum linitur ex eo stilum bōbacinū ꝛ calidū gestatur in aurē. Silr ꝛ empl'm apostolicon et pix ꝛ colophonia vltimo inducat̄ sternutatio fortis cū condisi: ꝛ egrediet̄ si deus voluerit: ꝛ inclinet aurem sup vaporē calidum illi' aque: ꝛ saltet ꝛ sternutet obiburādo nares: vel ad solē ponatur: ꝛ aspiciat̄ si extrahi possit cuz ferro. Cura eius q̄ propter vmes quos scies ex motu titilloso in aure est vt distilletur in aurē hora post horā oleuz tepidū plurimū vel vinum: ꝛ sternutet cum cōdisi: ꝛ retineat os ꝛ nares vt ferat̄ ad aures cū impetu. Et quādoqz ponit̄ ventosa i aures vel sadius cū bōbace aut lana: ꝛ extrahunt̄ vermes viui ꝛ mortui putrescen̄. ꝛ aurē corrumpentes. Educunt̄ autē facilius si primo interficiantur cū fellib' aīalium ꝛ euforb. distillatis in aurē cuz aceto aut succo absinth. et sit totū actu calidū cum infundit̄ auri: qr penetrabit ꝛ interficiet omnē vermes. Idez operatur succus rute vel rad. cētauree aut foliorū psicorum. Item aliud. ℞. aloes. ℥. s. agar. colloquintide añ. ℨ. s. puluerisentur et misceant̄ cū aqua feruente ꝛ distillet̄ in aurem. Item calx viua ꝛ sulphur viuū incorporata cum melle vel aceto sunt vltima.

Emperica.

Ad surditatez q̄ fit ppter flegma ꝛ ventositatez q̄ fit ppter flegma vtile est istud. ℞. baccarū lauri. ℥. ß. terant̄ ꝛ bulliantur ꝛ misceantur cū oleo de lilio ꝛ ponat̄ in aurem ꝛ circa actu calidū. Joh. hebemes. posuit trociscos. Confert preterea oleū balsami calidū auribus stillatū freqūter. Silr cauterium post aures profundatū vsqz ad craneū. Itez dicit̄ qp pulex vel culex si aurē intrauerit: ponatur pillus vel pillū serici duplicatū in aurē ꝛ applicabit ei aīal extrahet̄ sine difficultate. Itē ad surditatem accidentalē quācūqz. ℞. oua formicarū ꝛ cōterant̄: ꝛ succus qui egredit̄: stillet̄ in aurē: ꝛ obturet̄ postea cuz coto vel lana ꝛ dimittat̄ per tres horas ꝛ reiteret̄: qr a proprietate confortat virtutē auditiuam ꝛ organa eius.

Pronosticatio.

Surditas superueniens in febre cōtinua ꝛ pprie de cholera ꝛ in die cretica pcedentib' signis digestionis ꝛ virtute constāte significat crisim bonā ppter fluxū sanguinis narium: ꝛ si cū malis signis fuerit: mortale. vñ Ypo. iiij. parti. amph. Quibuscunqz in febrib' aures surdescūt ꝛc. Itē surditas facta ppter verrucas reuocat̄. Itē surditas āntiqua nō recipit curationez. Itē si vermis aurē intrauerit neqz extrahi possit mortale: quia si viuus sit cerebrum corrodet: si mortuus putrefaciet ꝛ corrumpet.

¶ De dolore aurium.
Capitulum tercium.



Dolor auris: aut fit a causa antecendente ꝛ intrinseca: aut fit a causa primitiua extrinseca. Si fiat a cā antecedēte hoc est altero qnqz modorꝫ. Prim' est repletio sanguinis in loco extēdens neruos auris. Scōs est effusio cholere vel materie acute ad locū. Nā frigiditas nō causat dolorem oīno vel paucum: vt patet per Auicēnam cap. de causis doloris. Tertius est apostema auris calidū vel frigidū. Quartus est ventositas grossa inflās neruos ꝛ miringas auris. Quintus modus est vlcus recens vel antiquum in aure post aperturaz apostematis saniosi: vel potest esse quodlibet apostema. Si fiat a cā pmitiua: hoc est altero duorū modorꝫ. Prim' est a casu ꝛ pcussiōe. Scōs

a frigiditate ⁊ vẽto aeris nos cõtinẽtis. Signa eius q̃ a repletiõe sanguinis sunt rubedo faciei cũ grauitate frontis: ⁊ propter cuȝ reuoluit se supra faciẽ cum inflatiõe venarũ ⁊ saliua dulci. Signa eius q̃ a materia acuta sunt dolor acut⁹: citrinitas faciei: amaritudo oris: vomitus cholericus. Signa ei⁹ q̃ ab apostemate sunt: q2 si apostema sit calidum sequitur febris acuta ⁊ dolor acut⁹ pulsatiuus ⁊ sitis ⁊ vigilie. Si autẽ materia sit frigida erit febris lenta ⁊ dolor cum grauedine ⁊ imaginatiõe corrupta. Signa ei⁹ q̃ a ventositate sunt tensio timporum: multitudo sonitus: ⁊ motionis cum capitis leuitate. Signa eius q̃ accidit ꝑpter vlcus in aure sunt: quoniaȝ assidue ⁊ periodice egreditur liquor vel sanguis absq̧ febre: sed cum plurima laterum grauitate. Signa eius qui a casu ⁊ percussione vel vento frigido patent ex relatione infirmi.

Methodus.

Cura eius qui fit a repletiõe sanguinis est vt primo fiat flebotbomia cephalice in manu vel brachio aut in fronte vel vẽtosatio in spatulis vel collo. post flõmiaȝ mũdeť corpus cum aqua decoc. manne tamarindo. calida intra aurẽ stilletur ⁊ circa oleuȝ ros. tepidum cũ aceto ⁊ semine iusquiami. vitet cibos ⁊ potus multiplicantes sanguinem. Bibat aquã vel iulep aut ydromel vsq̧ ad cessationẽ doloris ⁊ resolutionẽ materie ꝑfectã. Emplastrũ ad hoc conueniẽs sic fit. ℞. florum camomille seminis aneti: farine fenugreci: seminis lini. añ. bulliãtur vsq̧ ad spissitudinẽ ⁊ in fine addanť. ℥. ij. vel. iij. olei de aneto vel de camomilla. circa aurẽ ponať oleũ de aneto calidum in quo sit vnũ granũ opij ⁊ duo iusquiami si dolor sit immensus. Cura ei⁹ q̃ fit a materia acuta est vt purgeť cũ decoctione reubarb. postea flebotbomeť cephalica ꝑtis cõtrarie: ponať oleũ caliduȝ ro. intra aurẽ: ita ꝙ impleať vel lac mulieris cõquassatũ cũ albuminib⁹ ouoꝝ. cibeť farre ordeo ⁊ cucurb. ⁊ filib⁹. Bibat aquã vel iulep ⁊ in alijs sꝫ vt supra. Cura eius q̃ fit ab apate calido est vt statim fiat flebotbomia cephalice in brachio. Et iteretur flebotbomia si dolor nõ cessauerit vel fiat vẽtosatio in spatulis ⁊ collo. Purgetur cũ decoctione mãne ⁊ tamaridorũ: sepe stilleť in aurẽ oleũ ros. tepidum mixtũ cum aceto in quo vnum granũ opij ⁊ duo grana iusquiami ⁊ ß. granum seminis anisi sint dissoluta ⁊ circa aurẽ sitr donec dolor cessauerit ⁊ fluxus repercutiať. Cessante autẽ dolore ⁊ postq̧ transierit tertia dies ponať emplastrũ resolutiuũ sup aurẽ. ℞. radicũ maluauisci numero. xij. coctarum ⁊ mũdatarũ a ligno interiori ⁊ cortice exteriori incisarũ frustratim pisteńť ⁊ icorporenť cũ farina fenugreci fabarũ ordei seminis lini aneti florũ camomille ⁊ butiro qđ sufficit: dieta sit vt supra. Cura eius q̃ fit ab apostemate frigido est vt primo purgeť cũ pillulis cochijs ⁊ si corp⁹ sit plectoricum fiat flebotbomia postea cephalice gr̃a ꝙtitatis nõ gr̃a q̃litatis: intra autẽ ponať oleũ nardinũ: ⁊ sup aurẽ ⁊ circa ponať emplastrũ calidũ. ℞. capita allij. x. numero: ceparũ. numero. x. coquanť ꝑfecte in igne sub prunis ⁊ pistenť postq̧ bñ mũdata sint ⁊ incorporentur cũ. x. vitellis ouorũ. ⁊. ℥. ß. butiri vel axũgie porcine. Bibat ydromel: comedat carnes pulloꝝ ⁊ edoꝝ. Cura ei⁹ q̃ fit a materia ventosa grossa est vt ĩ aurẽ stilleť oleũ de ruta vel de aneto calido ĩ quo dissolutũ sit castoreũ aut euforb. ⁊ supra ⁊ circa aurẽ ponatur sacculus de sale ⁊ milio mixtis ⁊ calefactis sup lapide ignito: aut de furfure ⁊ sale. Modificet cibũ ⁊ potũ ꝑposse ⁊ laboret in ieiuno: bibat vinũ vet⁹ clarũ limphatũ: vitet olera legumina. vtať dyaplitis arcoticon et aurea alexandrina. Cura eius q̃ fit ab vlcere suo diceť capitulo verum cõueniẽs est vt stilletur ĩ aurẽ aqua decoctiõis absinthij ⁊ mirtiloꝝ actu calida vel acetum in quo bullita sint interiora granatoꝝ vel thus ⁊ bollus armenicus: q2 omnia illa exiccant oĩa vlcera ⁊ stringunt fluxum. Si autẽ humiditas ⁊ sanguis ꝯgelatus sit in aure: distilleť in eo succus ruthe mixt⁹ cũ aceto: aut succ⁹ porri: aut dissoluať mel: aut sarcocolla in aqua q̃ dum est calida distilleť in aurẽ: qm̃ est abstersiua ⁊ dissolutiua. Verũtñ ordo sapiẽtie est in cura vlceris vt primo fiat ei⁹ mundificatio cuȝ stipticis vt est aqua mellis cum vino vel aceto mixta infusa hora post horam cum canella. Secundo abstersio cuȝ radio inuoluto coto vel lana. Tertio incarneť cum eis q̃ diximus capitulo de fistula lachrymali. ⁊ que di

ximus cap. de vlcere auris. ¶ Sciendū preterea ꝙ in actu preseruatorio cauteriū post aures ⁊ post purgationes ꝓprie in istis casibus est sublime. Cura eius qui fit a casu vel percussione est vt statim fiat flōmia cephalice vel vētosatio in collo ⁊ spatulis. vngatur auris intus ⁊ extra cū oleo ros. in quo granū vnum opij sit supra aurē ponatur emplastrū repercussiuum factū ex ros. mirtilis farina ordei coctis ⁊ ballistis simul. Et ponatur pul. thuris minuti mixtus cū lacte intra aurē: similiter ⁊ supra si dolor extrinsecus appareat. Abstineat a carnibus ⁊ vinis vsqꝫ ad cessationē doloris ⁊ securitatē apostematis. Bibat aquā prunorū vel granatorū. Comedat farinā auene vel ordei. Cura eius qui fit a vento vel aere frigido est vt vaporetur locus cū milio calefacto aut cū rutba et furfuribus mixtis ⁊ ibibitis cū vino ⁊ calefactis: vel cū panno calido distilletur in aurem oleū de spica vel de rutba vel de costo calidū.

Canones.

Scias ꝙ medicina opiata et stupefactiua valent ad oēm dolorē auris: siue fit a causa calida siue frigida: ⁊ ꝓprie cum fuerit vltimatus: qr sensationē remouēt q̄ ponitur in diffinitione doloris cū dolor fit in contrarium impressionē sentire: vt dicit Auic. primo canonis .fen. ij. ca. de cā doloris. sed in causa frigida nō debent sic cōtinuari neqꝫ adeo audacter administrari velut in calida: qr adderetur frigiditas frigiditati. ⁊ prohiberetur materia resolui: ⁊ fieret fortasse spirituum animalium mortificatio: vt dicitur. xij. de ingenio sanitatis.

Pronosticatio.

Dicit Auerr. iij. colliget. ꝙ dolores maximi sunt dolor articulorū: dolor dentiū: dolor auriū: ⁊ dolor ylium: quare ilico est eis succurrendū cū dolor fit de ꝓsternētibus virtutē: vt dicitur loco p̄allegato. Itē in dolore auriū vehemēti sudor frigidus aut sincopis aut alienatio superueniens mortale.



¶ De vlceribus auriū. Ca. iiij.

Vlcus auris est solutio cōtinui saniosa in aure: ex qua cōtinue et periodice fluit virus aut sanies. Et fit altero triū modorū. aut ꝓpter antecessionē apostematis qḋ apertū est: aut ꝓpter materiā acutā vel salsam corrodentē: aut ꝓpter casum ⁊ ꝑcussionē. Signa vlceris sunt dolor cōtinuus cū acuitate ⁊ grauedine: ⁊ ꝙ sanies egreditur cū fetore. Et si fit ꝓpter apostema fuit ⁊ est adhuc cū febre cōtinue acuta. Si a materia acuta est sine fe. Si a casu ⁊ ꝑcussiōe patiēs hꝫ referre medico.

Methodus.

Cura eius si fit ꝓpter apostema vel ꝓpter materias acutas est: vt si vlcus sit recēs ponatur cū tēta de oleo ros. mixto cū vnguēto albo quod sic fit. ℞. olei ros. ℥. iiij. cere. ℥. s. fiat vnguētū in quo in fine ponantur duo albumina ouorū. Purgetur caput a pricipio cū pillulis cochijs vel yerapigra. Bibat vinū album debile: limphatum. Si autem vlcus fuerit antiquum abstergatur primo sanies cū oximelle squillitico: vel cum vrina pueri mixta cum melle vel cū vino ⁊ melle mixtis cū modico floris eris inijciendo ex eis hora post horam per siringam: deinde consolidetur cum medicamine quod sic fit. ℞. aloes sanguinis draconis rutbe spume maris vste myrrhe sarcocolle sanđ. iiij olibani añ. ʒ. ij. terantur subtilissime: deinde inuoluatur licinium in melle et postea in isto puluere: et sic mittatur in aurem. hec medicina vlcera antiqua exiccat et finaliter ea consolidat. Si vero vlcus fuerit in profundo dissoluatur puluis iste cum aqua mellis et instilletur. Confert etiam vlceri antiquo vt infundatur scoria ferri in aceto mense vno vel pluribus. Postea colletur ⁊ distilletur in aurem. Cuius cura si fit a casu vel percussione est vt statim fiat flebotomia cephalice in parte contraria vel vētosatio in collo et spatulis supra aurem et circa ponatur emplastrum repercussiuum et confortatiuum loci ex bolo armenico mirtilis puluerisatis et incorporatis cum oleo rosato vel aqua rosacea. Abstineat a vino ⁊ a carnibus vsqꝫ ad dies q̄tuor donec securus sit de apostemate. deīn pōt ponere emplm anodinum dictū in cap. ꝑceđ.

Emperica.

Cura vlceris in aure vt in cura vlce

ris cuiuscunq vel vulneris saniosi expertu et probatu est vnguetum apostolorum siue sit recens siue cronicu. qz mudificat omne vlcus et sic rectificat fistulas et scrophulas prauas cum facilitate: nec est aliqd ei simile: et mundificat vulnera ex carne mortua et post cosolidat. cuius descriptio est. R. terebentine cere albe resine an 3. xiiij. opoponaci floris eris an 3. ij. armoniaci 3. xiiij. aristologie longe thuris masculi an 3. vj. mirrhe galbani an 3. iiij. bdellij 3. vj. litharigirij 3. ix. olei lib. ij. infundatur bdellium in aceto vini postq frustratim incisum fuerit: et dissoluentur oes gumme in bdellio et oleo et cera ad ignem: et cum dissoluta fuerint pfecte collentur. et addatur puluis aliaru omniu rerum q possunt teri et cribellari sz no ad ignem. et i fine addatur flos eris et agitetur cum spatula cotinue donec infrigidatu fuerit perfecte: tunc reponatur. hoc enim dicitur vnguentu apostolorum: qz est duodecim medicinarum: queadmodum apostoli sunt duodecim. Et dr a quibusda vnguentum veneris.

Canones.

Scias q nullus fluxus humoralis vel etiam saniosus est subito restringendus: immo gradatim donec medicus experiatur an sit naturalis vel sinthomaticus. verbi gratia. si liquor vel sanies effluxerit ab aure periodice cum alienatione capitis restringi no debet qz expurgatio est naturalis: immo puocetur cum infusione fellis et aceti calidi si restringatur. Post hoc vero purgetur caput et diuertatur fluor ad nares vel ad collatorium palati cum masticatione piretri vel piperis: et in vltimo apponantur vnguenta et emplastra coforatatiua stiptica donec locus perfecte securetur.

Pronosticatio.

Vlcus auris nisi rectificatu fuerit corrosionem auris et mirigarum eius minatur: deinde fistula mala parit et fetidam: et demu surditatem ppter organorum corruptione et viaru oppilatione. Dicit preterea Rasis in diuisionibus cap. de dolore in aure qnq egreditur sanguis aut liquor aquosus ex aure: no ppter pcussionem: aut apostema aut vlcus: sed ppter ea q natura expellit ipm per orificia venarum assidue vel periodice et cerebru mundificat: queadmodum p fluxum sanguis narium vel sanguis sputum: quare in talibus nullatenus restringatur: nisi supfluxerit et illud cum talis sanguis coagulatur et oppilat et auditum prohibet: tunc succurrendum erit sine mora primo cu calidis incisiuis: post hoc cu ripticis abstersiuis prout iam docuimus simpliciter in ca. de dolore in aure. ne forte materia induretur vel putrescat et faciat egritudinem timorosam.

Tractatus quintus. De passionibus nasi.



Nasi passiones famose sunt tres. Prima est fluxus sanguis. Scda fetor sub ea coprehedendo apostema et vlcus. Tertia defectus odorandi. De coriza dicemus cap. de catharro.

De fluxu sanguinis narium. Cap. primu.

Fluxus sanguis narium quadoq potest dici morbus: quadoq accidens: licet sit semper accidens essentialiter cu sit de genere exeuntis a corpore mutati: vt patet. iij. de accidenti. Dicitur autem morbus quadoq est sine febre. Dicitur aute accides cum sit in febre vel in soda proprie pulsatiua. Fluxus sanguinis narium cum est morbus vel fit ab acuitate sanguinis vel a multitudine: vel a casu et percussione. Si propter acuitatem significat ipsum claritas et subtilitas sanguinis et debilitatio virtutis ex ipso plurima: et quia paulatim stillat et caput sentitur calidum. Si a multitudine significant ipsum rubedo faciei cum repletione corporis: et quia fluit multum et subito: ita q etiam quadoq sentitur sincopis et antecessio ciborum sanguinem generantium et abstinentia superflua a flebothomia et coitu preter solitum et antecessio doloris capitis vehemetis. Et vterq duorum fluxuu vel e ex arteria vel ex vena que

rum signa distictiua sunt hec: q: sanguis arterialis egreditur motu tortuoso: ⁊ est subtilis rubeus valde. ⁊ ad eius exitum sequitur sincopis magis subito ⁊ difficulter restringi potest. Et cōferunt in eo medicie posite super cor magis q̄ posite sup epar. In sanguine aūt venali totuȝ est ecōuerso. Si vero fit a casu ⁊ percussione ex re ipsa fiet manifestum. Fluxus sanguis cum est accidēs consequens febrē acutam: vel est bonus ⁊ naturalis ⁊ significat ipm: q: fit in die cretica et copiose ⁊ quem p̄cessit fluxus paruus i die indicatiua: ⁊ q: fit post signa digestionis cōplete: ⁊ antecessit dolor frontis ⁊ habitudo carnosa ⁊ cholerica: vrina subrufa vel rubea vel intense citrina: ⁊ ante oculos apparuerunt imagines rubeevel ignee. Et signū certissimum est cuȝ post ipm sequitur alleuiatio egri: si vero sintbomaticus totuȝ erit ecōuerso. Cura eius qui fit ab acuitate sanguinis est vt aspergatur facies cum aq̄ ros. ⁊ ponatur cotū inuolutum in aceto mixto cuȝ albumine oui intra nares: ⁊ ligentur extrema et testiculi virorū ⁊ mamille mulierū: ⁊ ponantur ventose sicce supra epar ⁊ splenē. ⁊ si nō sufficit: ponatur intra nasum ⁊ supra puluerē boli armenici mixtis cuȝ tela aranee ⁊ albumine oui ⁊ sup spatulas ⁊ sumē ventris ponātur ventose sicce ⁊ emplastrētur panni in aceto infrigidato in niue super epar testiculos ⁊ extrema. Utatur cibis stipticis ingrossantibus ⁊ infrigidātib⁹ sanguineȝ. Bibat aquā frigidā vel vinum berberis vel vinum granatoꝝ. Et si adhuc restringi nō pōt: ⁊ ꝓprie cum flux⁹ est arterialis ponatur supra nasum ⁊ supra frontē ⁊ timpora puluis cāphore ypoquistiđ. sang. dracoñ. psidie. añ. ℥. s. incorporentur cū albumine oui ⁊ succo solatri ⁊ tela aranee ⁊ farina volatica molēdini vt fiat sicut mel currēs ⁊ cū lichno imponatur ⁊ totum caput embrocetur cuȝ aqua frigida vel cum aqua rosea in qua dissoluta sit cāphora ⁊ psilium. Cura eius qui fit ꝓpter multitudinē sang. ⁊ ille est vt plurimum venalis est vt fiat ilico flebotbomia de basilica eiusdem lateris ⁊ extrahatur sanguis plurim⁹: fere vsq; ad sincopin: vel saltē fiat flōmia de basilica vel manu dextra si virt⁹ sit debilis: deinde ponantur ventose sup epar ⁊ splenē: in aliis fiat sicut prius. Cura eius qui fit a casu vel a ꝑcussione est ponere intra nasum et supra puluerē stipticuȝ ex bolo armenico vt dictū est pri⁹. Et finaliter: fit de ap atiōe nasi vel faciei fiat flebotbomia statim basilice vel cephalice in pte lesa. Cura eius q̄ fit in fe. vel soda est vt si fluxus sit naturalis ⁊ cretic⁹ nō restringatur imo prouocetur cum fetis porcinis positis intra nares nisi supfluxerit ⁊ virtutē cepit deiicere: tūc restrigatur cū epitimatib⁹ ēbrocis ⁊ vētosis ⁊ ligatiōib⁹ iā dictis.

Emperica.

Stercus asini siccuȝ aut recens naribus insufflatuȝ confert vel testa oui cōbusta vel pili leporis triti vel cōbusti. Silr ⁊ stercus bouinū siccuȝ vel tbus vel sanguis draconi. vel terra sigillata vel filtrū cōbustū vel bombax adustus galle vel glandes aduste. silr ⁊ rasura pargameni puluerisata ⁊ incorporata cū albumine oui cōfert: ⁊ pannus lineus infusus in aqua frigida ⁊ inuolut⁹ circa gulā confert vel gipsum vel cinis papiri cōbuste cōfert: vel emplastrū ex gipso ⁊ aqua ros. cōfert positū sup frontē ⁊ gipsuȝ cōfert.

Canones.

Flux⁹ sang. nariuȝ qñq; fit ꝑpter rupturam arterie vel vene in fronte intra craneū vel in radice nasi ⁊ iste nō curatur: vt dicunt serapio. ras. ⁊ Auic. Fluxus p̄terea oīs q̄nq; modis tollitur ꝑ artē: q̄m cum euacuationibus diuersionib⁹ repercussionibus stipticatiōib⁹ necnō ⁊ ingrossatiōibus sang. per dietam.

Pronosticatio.

Quando sang. qui exit a naribus in fe. continua non exit in die cretica neq; post signa digōnis ⁊ exit paulatim ⁊ diminute ⁊ est niger mortale. Item sang. niger etiam si exierit in die cretica non est bonus. Iteȝ si in die indicatiua. verbi gratia. quarta superuenerit in fe. continua fluxus sang. narium paruus atq; diminutus significat crisim in septima per fluxum eundem ⁊ proprie si corpus sit sanguineum vel cholericum ⁊ ante oculos appareant imaginationes rubee supradicte: quapropter hoc mō fiet iudicādū in septima quoniā si fluxus huiusmodi superuenerit copiosus ⁊ cum virtute forti saluteȝ

indicat. Si vero diminutus et tardus et virtute debili vel signis digestionis diminute mortē minatur eadē die: quia significat quod natura intendebat pugnā contra morbū in die indicatiua quā perficere nō potuit in die cretica. Itē di. ypo. iiij. parti. amph. Quibuscunque in fe. sanguinis fluit multitudo vndecunque ijs resumptionibus vētres humectantur: incurrūt lienteriā in tempore cōualescētie. Idē in eodē. quibuscunque in fe. aures surdescunt san. ex naribus fluēs aut venter turbatus soluit egritudinē. Itē in septima particula. in sang. fluxu siue per nares vel per mēstrua vel per emorroidas vel per vulnus vel per dysinteriā desipiētia aut spasmus malū. Itē in quinta parti. mulieribus menstruis deficiētibus sanguinē fluere i naribus bonū ē siue per se: siue per artē et in plurima quantitate.

¶ De fetore nariū. Cap. ij.

Fetor nariū quandoque fit vicio stomachi transmittentis fumos et vapores fetidos ad os et nares eleuatos a materia marcida corrupta in stomacho cōtēta: quandoque fit vitio nasi et partiū propinquarum quod est dupliciter: quia vel fit vitio humoris corrupti putridi in radice nasi collecti: vel fit vitio vlceris nariū vel emorroidarum nasi vel polipi vel cācri in cōcauitate nasi ex flegmate cū in naribus caro mollis oritur: ex qua humores fetidi stillāt. Est vero polipus cū in naribus caro cōpacta oritur ex flegmate et melancholia per viā assationis et putrefactionis propter quod nasus acquirit duriciē et fetorem. Et illa caro habet figurā ficus: quia caput grossum et stipitē subtilē. Sed cancer nasi est apostema durū calidū ex melācholia per viam adustionis delegata per venas et arterias a cerebro generatū et in carnē cōuersum durā et infiltratā in substantia nasi: et est habēs i radice venas nigras plurimas repletas sanguine melancholico. Et nos quedā signa cācri cōpleta in quocūque mēbro acciderit: scribemus cap. de apostemate in matrice similiter et curā qualis ē possibilis per artē. Signa eius quod fit vitio stomachi sunt quod fetor minoratur post cibū immo tunc sentitur fetor mixtus cū odore cibi Et si in ieiuno nares cōstringātur ita vt anhelitus egrediatur per os sentitur fetor ab ore vehemēter. Signa eius qui fit vitio materie cōtente in vijs nasi est quia fetor sentitur equaliter an cibū et post: et quod per os nō egreditur fetor cū nares stringantur. Signa eius qui fit vitio vlceris in naso vel emorroidibus vel polipo vel cancro patent ex intuitu intra nares patientis.

Methodus.

Cura eius qui fit vitio stomachi ē vt digeratur materia flegmatica adusta vel salsa: similiter et colerica cum sirupo de melliloto. qui sic fit. ℞. scolopendrie politrici adyanthos capilli veneris fumiterre polipodij cicoree. an. m. j. sene epithi. an. ℥. j. cuscute. ℥. j. melliloti viridis. ℥. j. et ß. vel succi eius. ℥. iiij. prunorum siccorum numero. xxx. pistentur oia preter pruna et bulliantur in lib. iiij. aque vel plus donec medietas cōsumatur. Preterea colletur et in collatura addatur tantum de zuccaro quantū de collatura et iterū reducatur ad ignē et sirupetur. Hic sirupus de proprietate sue cōpositionis digerit oēm materiā adustā salsam et acutā et ad purgationem preparat et ipsam educit paulatine quaque die quapropter est cōferens pruriginosis di qua que die dētur ex eo in aurora. ℥. ij. cū triplo eius vel quadruplo aque decoctionis prunorum siccorum vel viridiū vsque ad dies. x. et postea purgetur cū benedicta laxatiua vel yerapig. vel cū decoct. que sic fit. ℞. tamarindorum manne. an. ℥. j. et ß. dissoluātur ista cum aqua decoctionis prunorum sene epithi. et polipodij et fiat aque. ℥. iiij. vel. v. quia educit humores adustos cū facilitate. Fit etiā vomitus qui sic fit. ℞. rad. raph. acuti incisi frustatim. ℥. j. et ß. seminis aneti atriplicis sinapis ceparum an. ℥. j. ellebori albi. ℨ. j. pistentur et bulliantur in lib. j. aque: donec medietas consumatur: colletur et in collatura addantur. ℥. iiij. oximellis cōpositi. Modus autem vt hoc vomitiuum et aliud quodcūque fiat: est iste: quando oportet vt primo repleatur stomachus ex piscibus salitis vel siccis cōditis cū sinapi et rad. raphani acuti vel cepis et porris crudis similiter et faseolis et pisis et ciceribus et similibus et quiescat sic per vnā horam vt cibus perfecte simul misceatur. Post illud vero sumat predictū vomitiuū totum simul et quiescat per quartam partem. j. hore. deinde moueatur et agitetur vehementer vt totus cibus et medicina cōquassentur. Deinde ponat ventrē suū

sup ceruical vel lignū ꝛ fortiter ipm confir/mei. Et excitet vomitus cū digitis vel pen/na vncta oleo missa in ꝓfundū gule donec ysophagus fatiget. Post vomitū gargariset dyamorō vel vinū granatoꝝ vel citonioꝝ vł berberis vel vinū rub. ponticum ꝛ stomach⁹ et mery ꝯfortētur. Et abstineat post illud a cibo p semidiē ꝛ tunc sumat cibū: ꝛ sit parue q̄titatis sicut est miliū farris positū risum caro assa ꝛ similia: ꝛ bibat vinū optimuꝫ in pua q̄titate tm̄ ne fluctuet oino. Fiat iste vomitus duob⁹ diebus cōtinue seq̄ntibus vt reliquie p̄me diei pfecte educāt. ꝛ si fieret iste vomitus scl' in mense meli⁹ cōferret. in corpibus autē debilibus nō ꝺꝫ poni ellē. oia alia ponant et ē leuioꝛ ꝛ nobilioꝛ medicinaꝝ in euacuatione oim humiditatū in stomacho cōtentoꝝ. ¶ Sciendum tm̄ ꝙ ois vomit⁹ est timorosus in hn̄tibus pectus strictū vel caput ꝛ oc'los debiles ꝓpter qꝺ nō ꝺꝫ dari patientibus sputū sang. vel saniei vel habentibus oculos eminentes vel tenebrosos vel lacbrymosos: qꝛ materie deriuarentur sursuꝫ cōsuetudinarie. Neqꝫ detur difficile vomentibus ne debiles vene rūpant in pectore seu pulmone ꝛ cōsequet ptisis sed purgent talia corpora per deorsum. In cā vero cholerica repleatur stomachus herbis. s. bleta spinargijs atriplice aneto ꝛ piscibus ꝛ medicina vomica fiat ex aqua decoctionis raphani seminis atriplicis cū sirupo acetoso vł cū oxizaccara in eadē ꝓportiōe sicut pri⁹. abstineat patiēs a cibis gn̄antib⁹ humores adustos. Et vtatur dieta dicta caplo de melia. Post remedia igit vniuersalia fiant localia ꝓpria quare sugat omni die bis per nares vinū decoctionis nucis muscate aut dissoluatur ʒ. ß. styrace bone in vino odorifero qꝺ trahat per nares. Aliud ad ideꝫ potentius. ℞. aloes mirrhe. croci masticis. xiloaloes. gariofi. an̄. ʒ. ij. fiant pillule cū vino odorifero quarū tres transglutiant in nocte ꝛ due in aurora: qm̄ putrefactionē humoꝝ in stomacho ꝛ in intestinis ꝛ venis poteter rectificāt et eos educunt cū leuitate ꝛ odorē oris bonum faciunt: quapropter cōferunt plurimū in fe. epydimiali ꝛ cōtra aerē pestilentialem si ex ipsis omni die due vel tres transglutiantur in ieiuno. Oportet autē vt aloe. x. vicib⁹ vel pluribus abluatur in aqua dulci donec partes eius acute resoluant ꝛ ꝓprie cū amaritudo timet: neqꝫ solutio q̄ritur sed sola stipticitas aromatizans. ꝛ mō cōsimili dicēdū est de miri ba. Cura eius q̄ fit ꝓpter vlcus in naso vel polip. siue cancrū manuali actui et opationi verū si tibi studiū insapuerit ad casum surditatis ꝛ casum vlceris in aure recurrendū: ibi plene docuimus artē vlcera et superexcrescentias mundificādi cū ripticis et cōsolidandi post hoc cum incarnatiuis. similiter ꝛ caplo de fissura labioꝝ oris. Cura eius si fit vitio humoris putridi contenti in radice nasi sicut contingit habētibus nasum simū quorum collatoriū est ex natura strictū oppilatum ita vt libere non possint expurgari per os: neqꝫ per nares a reumatibus ꝑ noctem collectis. Et si fiant localia oia nūc dicta ꝛ prouocetur sternutatio cū condisi piretro vel euforbio vel pipere attrahēdo puluerē istoꝝ per nares omni die vehementer in ieiuno: qꝛ ꝓfert educēdo matias retētas.

Emperica.

Ad omnē fetorem oris vł nasi cōfert tenere in ore ꝛ per nares traijcere vinū meli⁹ qꝺ reperiri possit i quo decocta sint nux muscata macis cinamomum calamus aromaticus ros. spica nardi ꝛ similia vel vinū calidū in quo gallia muscata fuerit dissoluta.

Pronosticatio.

Fetor nasi ꝓpter cancrum curam nō recipit nisi blanditiuam. Itē fetor ex putredine humoris in stomacho vel pulmone si fuerit ꝑdurās antiquat⁹ non curatur nisi blāditiue.

¶ De defectu odoratus. Capitulum. iij.

Ertio lesa virtutis odoratiue est triplex. vna quidem ablata cum nihil percipere potest ex odoribus bonis. secūda diminuta cum non percipitur nisi ex odoribus fortibus et acutis. tertia corrupta cum percipiuntur odores alieni a re odorabili p̄sente. Fit aūt a mala complexione cerebri calida vel frigida vltimata et ꝓprie in poro eius: aut propter opillationem narium et collatorij: quod est in palato ex materia flegmatica ventosa: aut pro/

pter casum & pcussionē inducentem tortuo/ sitatē in ossibus & cartilaginibus nasi.

Methodus.

Signa ei⁹ pper malā cōple/xionē calidā sunt siccitas nariū cū ardore & ꝙ nō sentit odores calidos sed frigidos. Et cura ei⁹ est suctio p nares assidua aque ros. et aceti in quib⁹ dissoluta sit cāphora: silr & aque decoctiōis ros. coriādri & psilij & eua/poratio aceti aspersi sup lapidē ignitum. est etiā vtilia. Signa ei⁹ pper malā cōplexiōes frigidā qḋ sepius cōtigit sunt frigiditas na si & ꝙ nō sētit nisi odores fetidos vł calidos acutos. Et cura ei⁹ est suctio vini veteris vł aq̄ decoctionis saluie calamēti sambuci cala mi aromatici rutbe rose & floꝝ camomille. Signa ei⁹ pper oppilationē sunt grauitas capitis & ꝙ nihil egredit̄ ex naribus vel pa lato & difficultas attrahendi aerē per nares Et cura ei⁹ est digestio materie cū sirupo de sticad. & purget̄ cum pillulis & fiat sternuta tio cū cōdisi vel pipere vel piretro vel casto reo vel qḋ est forti⁹ oibus cū euforbio & su ctio frequēs aque decoctionis ysop. sticad. azari fumiterre maiorane. qḋ si nō sufficit suggat forti attractione intra nares aquā decoctionis colloq̄ntide aut bdellij aut vri/nā pueri nōdū polluti: vel aquā decoctiōis rutbe & castorei ellebori serapini & nigella.

Emperica.

Caputpur/gium exptum ad defectum odoratus pper oppilationē & hoc est qḋ ac cidit vt plurimū sic fit ḟm hebemes. psen/ti ca. R. nigelle infuse in aceto forti⁹ p noctē: & post hoc exiccate rutbe fumiterre castorei. aā ʒ. j. terātur subtilissime & incorporētur cū oleo veteri vel cū oleo camomille: vel cū vri na pueri donec fiat in forma mellis curren/tis: & ex eo oi die in ieiuno attrahātur. v. vel vj. gutte p nares cū forti attractione aeris per nares & capite inclinato ad posteriora plusꝙ fuerit possibile & ore repleto aqua: & hoc fiat trib⁹ diebus aut plibus donec cepit odorare. Et si volueris acuere: adde euforb. colloq̄ntide. aā. ℥. ß. Si aūt patiēs senserit ex hoc ardorē & dolorē intra nares attrahat vicissim ro. vel aquā ros. vel aquā tepidā ne locus vlceret̄. Cōfert pterea in omni cā frigi da odor assiduus rutbe vel nigelle vł casto/rei p se sicut sunt vel facto ex eis pomo la/pdano additis garifil. spica calamēto aro/matico & filib⁹. Cōfert etiā subfumigatio ex thure alipta muscata nigella xiloaloes. po/sitis supra carbōes & ppue post purgatiōes

Canones.

Defectio i odo/rādo vł fit ex gn̄atione: & tūc fit vt plurimū a mala cōplexione sine materia: et iterū maxime frigida oppilāte raro a calida adurēte: nisi i fe. & frenesi. itē si fit aduentitia est q̄nꝙ cronica pdurās: & ei⁹ spēs sunt ꝑtur batio: lachrymositas ocloꝝ: & sensatio odo/ris vni⁹ & nō alteri⁹ vbi gr̄a. fetidi ƺ nō arōa tici vł ecōuerso cali nō frigidi vł ecōuerso.

Pronosticatio.

Defectio odorādi si fit ex gn̄atione nō reci pit curam. Si vo acq̄sita fit & antiquata cu ratio est difficilis. si fit ex casu & pcussione et remāserit post consolidationem fracture vel apatis amplius non curatur.

¶ Tractatus sextus. De oris et lingue passionibus.



Oris et ligue passiōes de q̄bus opƺ loqui pbi ficum sunt quinꝙ. Primaest la bioꝝ fissura. Secūda fetor. Tertia saliuosi tas. Quarta casus vuule atꝙ ei⁹ elongatio. Quinta grauitas loquele vbi et apostema et spasmū lingue ptractam⁹. De lingue glādu la nihil dicemus: qꝛ spectat ad chyrurgicū.

¶ De fissura labioꝝ. Cap. pmum.

Fissura labiorū oris est pter alteram duarū causarū. Pri/ma est catharr⁹ calidus acut⁹ de cholera vel flegmate salso descēdente a cerebro ad ptes iferiores vlcerās ipas & corro dens. Secūda est contritio musculi trāsuer salis ipsius labij & inculcatio materie acu/te in eo: quare accidit vt scindat ipsum scis/sione profundata.

Methodus

Signa eius ppt cathar/rum sunt an

recessio corize cũ sternutatiõe plurima ⁊ rubor pulpe nasi ⁊ labiorũ. Et fit qñq; i eis bothor.i.apostema paruũ: ⁊ qñq; cruste ⁊ scissure cum aspitate. Et cura eius est digestio materie cũ sirupo de mellilodo dicto in cap. de fetore nasi ⁊ purgatio cũ pillulis cochijs et yerapigra galeni ⁊ flebotbomia cephalice si facies fit rubea carnosa ⁊ ventosatio in collo diuertẽs materias cum scarificatione. vltimo vo loci rectificatio cum vaporatione ex aq̃ ⁊ aceto in qb⁹ cocta sunt viol.ro.sola trũ semp uiua plãtago mirrba rub⁹ ⁊ filia. Et si nõ sufficit: addat ex resolutiuis ⁊ mollificatiuis: vt sunt camomilla mellilotũ malua altbea vngula cabalina ⁊ filia. Fiãt oia dicta ca. de catbarro. Signa eius ppter cõtritionẽ musculi trãsuersalis sunt puatio signorum catbarri oino: ⁊ qz plurimũ fit in labio inferiori tñ ⁊ difficultas curationis. Et cura eius est incisio labij pfundata fm totalitatem fissure ⁊ cõsolidatio cũ puluere thuris gallarum ⁊ cinamomi subtilissime cribellato intra incisionẽ proiecto donec sanetur et mundet primo locus cum vnguẽto viridi et post boc cõsoli detur cum vnguẽto albo vl' vnguento apostoloꝝ. que oĩa diximus ca. de surditate ⁊c.

Emperica.

Vnguẽtũ cõsolidãs oẽ vlcus in quocunq; loco corpis ⁊ post mundificationẽ sic fit fm bebe. pnti ca. ℞. gallaruꝫ ceruse. añ. p.j. amili dragagãti añ. partẽ ß. cõfice cum adipe galline quod sufficit. Ad idẽ. ℞. fursuris pilloꝝ caude equine añ. ptes equales cõbure supra laminas ferreas ⁊ pulueriza ⁊ cõfice cũ melle sufficiẽti. Ad idẽ. ℞. terbentine masticis ysop. bũide mellis añ. ptes eq̃les ⁊ fiat vnguẽtuꝫ vl' extẽdat sup corio al. molli fꝫ cerotũ. Itẽ. ℞. gallaꝝ puluerisataꝝ vt alcobol ⁊ cõfice cũ melle vl' adipe galline vel anatis ⁊ fꝫ vnguẽtũ: ⁊ si addideris terebẽtinã ⁊ masticẽ fꝫ cerotũ. Itẽ vnguẽtũ sublime. ℞. ceruse litarg. tburis mastic' plũbi vstĩ gũi arab. dragagãti: medulle cruris vacce. añ. ptes eq̃les thusq̃am al. ptẽ ß. cõfice cũ oleo ros. sufficiẽti ⁊ cera al. ⁊ fꝫ vnguẽtuꝫ: ⁊ si addideris aliq̃d mũmie melius fiet. Et si fit ex cã. cal'a cũ ardore plĩmo multiplica thusq̃anũ et dragagãtuꝫ ⁊ adde aliq̃d aq̃ ro. ⁊ aceti et frica fricatiõe vl'tia cuꝫ pãno aspo donec sanguis fluat ⁊ inunctione desup ⁊ pprie post balneum videbis mirabile.

Canones.

Cura vlcer' duabus pficit intẽtionib⁹. pma q̃dem mũdificãdo. scda pso lidãdo q̃re dicta in caplo de surditate. ⁊ ca. de vlcere i aure. ⁊ cap. de fissuris ani sibijnuicẽ suffragantur.

Pronosticatio.

Fissura labiorũ supioꝝ ẽ vt pl'imũ a catbarro neq; pdurat. Inferiora vo ex cõtritiõe ⁊ pdurat. Itẽ cura ex catbarro ẽ facilis curationis: ex contritione vero difficilis.

¶ De fetore oris. Cap. ij.

Fetor oris duob⁹ fit mõis: in gñe vel vitio stomacbi: vl' vitio pprio Si vitio stomacbi boc ẽ dupl'r. vel em̃ rõne bumoꝝ calidoꝝ corruptorũ cõtentoꝝ in ore stõabci vel rõne bumoꝝ frigidoꝝ flegmaticoꝝ marcidoꝝ ibidẽ. Si vitio pprio boc etiã dupl'r: qz vel ppter dentẽ putridũ seu corrosum in cui⁹ cõcauitate ptinent bũiditates fetide vl' fit ex gingiuis putridis ⁊ fetẽtib⁹. Signa ei⁹ qui fit vitio bumoꝝ calidoꝝ in stõacbo sunt ꝙ alleuiat post comestionẽ ⁊ ꝙ ei⁹ fetor est acut⁹ adust⁹ in ieiuno cũ eructuatiõe fumosa. Signa ei⁹ q̃ fit vitio bumoꝝ frigidoꝝ in stõacbo sunt ꝙ nõ minorat post cibũ ⁊ ẽ cuꝫ eructuatiõe acetosa. Signa ei⁹ q̃ fit ex dẽtib⁹ vl' gigiuis sũt maĩfesta visu ⁊ relatiõe ĩfirmi.

Methodus.

Cura eius qui fit vitio bumoꝝ calidoꝝ est vt digerat cum sirupo de mellilodo cum aq̃ decoctiõis epy. ⁊ mellis ⁊ quãtitas sirupi omni vice fit. ℥.j. ⁊ ß. ⁊ aque. ℥. iiij. et dentur omni die bis: semel i aurora ⁊ semel ante cenã vsq; ad decem dies: ⁊ purget cum medicinis dictis caplo de perturbatiõe sensuum de melãcbolia. Et vtatur dieta dicta illic. fiat etiam vomitus modo et ordine dictis capitulo de fetore nasi. semel in septiana sumat. ʒ. semis tyriace veteris bone cum vino odorifero. Scias ꝙ masticare omni die in ieiuno nucem muscatam mirabiliter prodest in boc casu ⁊ ẽ expertũ ⁊ pprie si su-

per illis bibat aliqd vini granatorum. Idem facit masticatio semis leuisticivel apii vel anisi ita vt inglutiat mane et sero. Cura eius qui fit vitio humorum frigidorum in stomacho est vt digerat materia cum oximelle composito vel squilitico et aq decoctionis epy. et purget cum pillulis fetidis vel benedicta laxatiua: vngat sepe stomachus cum oleo masticino et nardino mixtis et calefactis cum aq feruente. Et nullo modo sit istud oleum tepidum: sed calidum valde: quia tepida resoluit robur ventris: vt di. Gal. vij. de ingenio sanitatis. Fiat vomitus sepe dictus ca. de fetore nasi. Sumat semel in septimana .3.ß. tyriace bone cum vino odorifero: masticet omni mane. vj. grana pipis aut frustum nucis muscate et post illud bibat vinum odoriferum vetus potens. vtatur omni mane dyatriumpipereon dyagallanga et dyaniso. Conferunt preterea omni fetori pillule de aloes et mirrha sitr et dyarthos Cura eius que fit vitio dentium est vt mundetur omni die dens et abluatur cum aceto sepius in die: et in concauitate eius ponantur mastix et mirrha vel semis granum musci. et si possibile fuerit: extrahatur dens omnino. Cura eius que fit vitio gingiuarum est vt mundetur cum vnguento viridi posito capitulo de surditate. vel cum puluere subtilissimo cribellato facto ex tartaro vini al. optimi fricando ex eo omni die dentes et gingiuas putridas corruptas et post fricationem abluantur cum vino calido hyeme et frigido in estate. post purgationem ponatur supra locum corrosum puluis stipticus et consolidatiuus qui sic fit. R. masticis corallii rub. thu. dragaganti litargi. ana .3.ß. terantur et cribellentur optime et abluantur quinque cum aqua mellis in qua ysopus et yreos sint decocta: et sic stiptica cum ripticis alterentur.

De multitudine saliue et sputi. Capitulum .iij.

Multitudo saliue et sputi fiunt ex humiditate plurima generata in stomacho per viam indigestionis et per vsum ciborum humidorum que sursum per mery resudant et euaporat ad os et radicem lingue et accidit vt plurimum pueris gulosis: mulieribus et corporibus flegmaticis.

Methodus.

Cura eius est vt digeratur materia cum oximelle composito vel squillitico ex aq decoctionis ciperi cappari acori purgetur cum yerapi. vel benedicta laxatiua. vtatur dyagallanga dyatriumpipereon dyacardami. rosata nouella mixtis vel per se sumptis. Nutriatur cibis calidis siccis actu et virtute. Caueat a vaporosis: fiat sepe vomitus dictus cap. de fetore nasi et gargarisma. deinde famem sitim et vigilias toleret pro posse: masticet piper. pyretrum in ieiuno.

Pronosticatio.

ypo. vj. particula amph. Traulia dyarria maxime capiuntur longinqua.

De elongatione vuule. Ca. iiij.



Casus vuule est elongatio et ingrossatio vuule vt perfecte inferiora tangat et epiglotum oppilet et anhelitum impediat quoquomodo. Fit autem a materia currente a cerebro sanguinea vel flegmatica in modum catharri. Signa casus vuule sunt: quia patiens semper sentit quasi bolum carnis in radice oris cum impedimento anhelitus et suffocatione Si vero fit ex materia sanguinea: tunc cum istis signis appet tumor et rubedo loci et saliua dulcis et repletio venarum faciei cum rubedine et est quandoque cum fe. sed raro. Si fit a flegmate appet cum predictis multitudo saliue et raucedo oris: et color vuule albus et facies al. vel subpallida et elongatio vuule vltra modum.

Methodus.

Si fit a sanguine fiat primo flobothomia cephalice in brachio dextro vel ventosatio in spatulis et in collo: et post illud gargarisma repercussiuum dyamoron dissoluto cum aq ro. et aceto vel aq decoctionis gallarum balaustiarum ro. et aceto. Deinde in statu fiat gargarisma sitr et in augmento et resolutiuum et repercussiuum cum aceto et melle ro. in fine vero status et declinatione resolutiuum tantum cum oximelle composito et aq calida. Si vero fiat a flegmate purgetur primo cum pillulis fetidis vel cochijs: deinde fiant gargarismata repercussiua deinde resolutiua predicta et repercussiua cum oximelle composita et aq decoctionis balaustiarum vel ro. vltimo resolutiua tantum cum oximelle squilliticovel cum medicina tali. R. alumis iameni salis armoniaci piretri sinapis mirrhe. ana .ʒ.ß. oximellis compositi .ʒ. ij. misceantur et addatur agua decoctionis ros.

vel ballaustie ⁊ fiat gargarisma.

Emperica. Cōiter operātes in cura casus vuule ex q̄cūq; cā fit: p̄mo faciūt fleomiā cephalice fortē p̄pter diuersionē: deīn abscindūt vuulā cū filo argēteo vel ferreo imisso p canulā ligneā q: hoc est securi⁹ q̄ si fieret cū ferro ignito: deinde faciūt gargarisma repcussiuū ex diamoro ⁊ aq̄ tepida donec vuula incisa securetur ab apostemate: ⁊ ē mod⁹ expt⁹ ⁊ secur⁹ bene.

Pronosticatio.

Uuule casus si vltimet̄ pbibet anhelitū ⁊ ingulationē cibi quare suffocabit patientē.

¶ De grauedine ⁊ magnitudine lingue. Capitulum. v.



Grauedo lingue fit ⁊ magnitudo qn̄q; est ātiqua ⁊ naturalis q̄re nō curat̄: qn̄q; est aduentitia: ⁊ de isti⁹ cura loq̄mur. Fit aūt grauedo ligue qn̄q; cū fe. qn̄q; sine fe. Si cū fe. semp fit p̄pter inanitionē lacertoꝝ ligue a calore subtili. Si fiat sine fe. sic fit p̄pter alterā triū cāꝝ: q: vel pp humiditates flegmaticas ībibētes neruos ⁊ lacertos ligue: vel pp abbreuiationē ligamēti sub ligua vbi lingua alligat̄ pti īferiori: vl' fit pp glandulā .i. carūculā puā ad modū fabe q̄ nascit̄ qn̄q; sub lingua queadmodū in emūctorijs ⁊ ipedit ei⁹ motū. Magnitudo v̄o lingue vl' fit pp materiā flegmaticā vl' sanguineā vel vētosaꝫ isflātē linguā ac etiā apostemātē: ⁊ cū fuerit sine apate fiet qn̄q; morbus p se: qn̄q; accidēs paliſ vel litbargie p̄pte cū flegma ē i cā. Signa grauedis ligue cū fe. sunt adustio ligue ⁊ nigredo ⁊ diminutio loq̄le: ⁊ q̄ eger linguā extēdere nō pōt extra os. Signa ei⁹ cū est pp flegma sunt ipedimētū loq̄le ⁊ p̄pie in dictionib⁹ in q̄b⁹ cadit L vel R turbatio sensuū ⁊ emissio salîue cū incūbit multa festinātia loquēdi. Signa eius que est propter abbreuiationem ligamēti sunt q̄ lingua adheret pti īferiori: ⁊ q̄ nō pōt ex̄ os emitti ⁊ est sine fe. Signa eius pp glādulā sunt: q: vr̄ caro dura filis q̄si glādi qn̄ os egri aperit̄ ⁊ ligua eleuat̄. Signa magnitudis ligue patēt ex re ipa: q: difficulter loquit̄ ⁊ pigre: neq; linguā plicare pōt ⁊ emissio eius extra os quasi continua.

Methodus. Cura grauedinis lingue cum fe. est cura fe. ⁊ ablutio lingue ⁊ nuche et colli toti⁹ assidua cū aqua ro. ⁊ muscillagine psillij: vel cū aqua calida mixta cū iulep ⁊ melle ro. vel cū oleo ro. vel cū oleo viol'. ⁊ masticino penidiarū cādi ⁊ prunoꝝ ⁊ similiū. Cura ei⁹ pp flegma est q̄ purget̄ cū pillis cochijs vel fetidis p̄missa digestiōe cū oximelle cōposito vel squillitico ⁊ flebotomet̄ ceph̄. vel vene q̄ sunt sub ligua si sanguis dn̄iū appeat ⁊ fi̅ vētosatio sub mēto si materia fit plurima: p̄terea fricet̄ cū sal. gēma vel cū sale armoniaco aut cū piretro aut pipe aut castoreo ⁊ aliqn̄ cū euforbio qd̄ est forti⁹ p̄dictis: aut cum alumine secū. Et post fricationē ⁊ expulsionē flegmatis abluat̄ ligua cū aceto ⁊ aq̄ frigida simul mixtis vt calor naturalis vniat̄ ⁊ cōfortet̄. Utat̄ cibis siccis actu ⁊ potētia laboret in ieiuno sitim ⁊ famē toleret p̄posse. Utatur sinapi ⁊ alijs pro condimentis carniū suarum. ⁊ fiant omnia dicta ca. de paralisi p̄pter flegma ⁊ de casu vuule p̄pter flegma: q: cōferunt cum virtute. Cura eius que fit p̄pter abbreuiationē ligamēti vel p̄pter glandulā nō perficitur sine incisione cum ferro: quare chyrurgicis derelinquo. Cura magnitudinis lingue est cura grauedinis ipsi⁹ cum est ex flegmate iam dicta: verūtamē cū predictis fiāt localia fortiora. fricet̄ ergo sepe ⁊ fortiter lingua cū dente allij ⁊ aceto tādiu donec saliua egrediat̄. Masticetur ergo piretrū ⁊ abluatur lingua cū aceto decoctionis castorei vel piperis rub̄e ciperi: et gargariset sepe oximel compositum vl' squilliticum cum aqua decoctionis castorei piperis salis armoniaci ysopi stafisagrie vel cum aqua calida in qua dissoluta sit yerapigra. vel gargariset sinapim tritam ⁊ cū melle confectam: ⁊ nutriatur sicut dictum est capitulo de paralisi.

Emperica Quidaꝫ administrant gargarisma ex aqua frigida pura in cura grauedinis ⁊ magnitudinis a flegmate: ⁊ proprie in corpe carnoso sanguineo: vt calor naturalis vniti⁹ confortetur ⁊ resoluat flegma et vento-

sitates. Juxta illud Ypo. vj. parti. amph. Est aũt vbi in theibano siue vulnere iuuene bene carnoso estate medicina frigide aq̃ multa infusio tollit egritudinẽ. Et hui⁹ opinionis est Ras. in diuisiõib⁹ ca. de magnitudine lingue. verũtñ in hoc duplex cadit timor. prim⁹ est: q2 infirmitatib⁹ tenet in paucioribus: vt dicit Gal. in cõmẽto ibidẽ. scõs est: q2 iste passiones raro adueniunt corporib⁹ sanguineis sed maxime flegmaticis siue p naturã siue per dietam: quapropter vt plurimũ sunt accidẽtia paralisis facte vel signa fiende. Melius est ergo vti medicinis dictis in merbo/do: ⁊ insuper inungere mãdibulas ⁊ nucham totã ⁊ occiput cũ vnguentis calidis resoluẽtibus supfluitates ⁊ supercalefacientibus ⁊ cõfortãtibus neruos ⁊ cerebrũ cum virtute: vt sunt vnguentũ marciatõ arrogon aggripa: et sumere oĩ die in ieiuno de electuario anacardino vel dyatriũpipereon dyagallanga vel aurea alexãdrina ⁊ sĩlibus. ⁊ vigilare super cibum ⁊ abbreuiare somnũ q̃tum est possibile: ⁊ laborare ⁊ sudare in balneo circa declinationẽ morbi ⁊ post euacuationes vniuersales premissas.

Canones.

In cura grauedinis ⁊ magnitudinis lingue rõne flegmatis: et pprie si sint cũ paralisi nõ approbamus fomentationes neq3 inunctiones cũ oleis calidis: q2 lz exsiccent ratione virtutis ⁊ qualitatis: tñ humectant rõne modi substantie: queadmodum ⁊ vinũ lz approbemus confortationem occipitij ⁊ neruorũ cũ vnguẽtis calidis stipticis q̃ diximus ca. de paralisi. ⁊ cũ fricationib⁹ siccis asperis abrasis prius capillis quoniam nerui inde oriuntur.

Pronosticatio.

Grauitas lingue q̃ est sine fe. acuta vel cronica cũ alijs malis signis mortẽ significat: q2 pdicat spasmũ de inanitione ⁊ cõsumptiõe humiditatũ corporis radicaliũ ⁊ nutribilium. Itẽ grauitas q̃ est pp̃ter palisim ⁊ litargiã raro pfecte curat: sicut neq3 palisis: ⁊ pprie si croniset lz minorari possit. Itẽ patientes grauitatẽ siue grauedinẽ lingue pp̃ter hũiditates stomachi vt plũmũ incurrunt lienteriam vel dyarriã longã. Vñ Ypo. sexta particula amph. Trauli a dyarria maxime capiũtur longua.

¶ Tractatus septimus prime sectionis. De dentium passionibus.



Dentiũ. passiones ad phisicã curã pertinẽtes sunt tres. Prima est dolor siue apostema. Scda mobilitas. Tertia corrosio ipsorum.

¶ De dolore dentium. Cap. j.

Dolor dentiũ vel est cũ apostemate ⁊ tumore vel sine. Si primũ sic fit a fluxu hũoris calidi a cerebro ⁊ partib⁹ vicinis ad radicẽ dentiũ alterãtis eius cõplexionẽ et destruentis eius cõpositionẽ. Si fit sine apostemate sic fit pp̃ter fluxũ humoris frigidi vel pp̃ter vermes natos in radice dentium ex humore putrescente corrodẽtes ipos. Signa doloris a causa calida sunt rubedo loci cũ tumore gingiuarũ: et q̃ aliquando insunt vermes in loco.

Methodus.

Cura eius q̃ a cã calida scz sanguine vel cholera est vt primo fiat flebothomia cephalice manus contrarie: ⁊ post hoc flebothõia partis eiusdẽ vl' scarificatio sub mento: ⁊ pprie si fit a sanguine teneat vẽter solutus cũ clisteri lenitiuo vel suppositorio de sale gẽma. Deinde teneat in ore cõtinue aquã frigidã vel aquã ros. vel vinũ granatorũ aut acetũ aut mixturã ex ijs: vt portulace aut solatrũ: qđ si nõ sufficit et dolor fit intẽsus. R. duo grana opij ⁊ vnũ iusq̃ami ⁊ tria grana mandragore bulliant in. ℥. quattuor aceti. ⁊ ℥. ij. aque ros. p tps. ⁊ colleẽ ⁊ cũ hoc abluat dens sepe calido hyeme frigido estate: ⁊ si cũ dolore fit apostematio gingiuarũ apiant cũ flebothomo ⁊ abluant sepe i die cũ aceto ⁊ sale vel vino decoctiõis aluminis iameni. ⁊ ponat emplm anodinũ exteri⁹ supra mãdibulã ex camõilla feniculi semine lini butyro ⁊ silib⁹. Cura ei⁹ q̃ a cã frigida ẽ vt purgetur cũ pilulis cochijs. deĩ abluatur sepe dens cũ aceto in quo bullita sint castoreum euforbium. piretrum opij mirrhe. añ ʒ. j. terantur ⁊ cribellentur vel ponatur

piretrum aut alliũ cõcussum supra dentem. Uel fiat confectio ex pipere mirrba castoreo assafetida opio añ. partes equales ⁊ melle quod sufficit: terãtur ⁊ teneãtur in ore ⁊ masticetur: qꝛ plurimũ valet in causa frigida ex ĩis vnũquodqꝫ. Cura eius q̃ fit ꝑpter vermes est: vt dicit Mesue. suffumigiũ cuꝫ pillulis factis ex semie iusquiami ⁊ semine porri cum alkitren id est pice liquida. Sedat enim oẽm dolorẽ ⁊ occidit vermes. fiľr ⁊ ex semine cepe alkitren. fiľr ex piretro euforbio et assafetida. simiľr ⁊ ex mirrba opio ⁊c.


Emperica.

Emplastum expertuꝫ siue dolor fit a cã calida: siue frigida: qđ positũ exteri⁹ supra mandibulã actu calidũ ilico omnẽ dolorem tollit. ℞. radicis maluauisci duodeciꝫ numero coquãtur bene in aqua: deĩde scindantur per mediũ ⁊ extrahat̃ lignũ ⁊ mundentur a cortice exteriori ⁊ incidãtur frustratim ⁊ pistentur ꝑfecte donec ad modũ axũgie cõuertantur: ⁊ misceatur cũ eis farina istarum rerum. ℞. farine fenugreci semis lini aneti floruꝫ camomille añ. ℥. ʒ. farine ordei. ℥. q̃tuor incorporẽtur oĩa simul. ⁊ ĩ fine addã tur olei camomille vel de aneto. ℥. iij. De ꝓprietate eĩn suorum simpliciũ sedat omnẽ doloreꝫ et maturat oẽm materiã: ⁊ finaliter ipsam resoluit.

Pronosticatio.

Scias ꝙ dolor dentiũ factus ꝑpter corrosionem ⁊ corruptionẽ substantie in eis vel ꝑpter vermes nõ curat̃ perfecte neqꝫ sine timore recidiuit: nisi eradicet̃ cũ ferro vel medicinis. Et vtile consiliũ est vt potius eradicetur cũ ferro: qꝛ eradicatio cũ medicinis inducit dolorẽ vt plurimũ perdurantẽ. Jtẽ solicitandũ in mitigatione doloris cũ anodinis: ne forte dolor vl timet̃ ⁊ freneſiꝫ ĩducat.

¶ De mobilitate dentium. Cap. ij.



Mobilitas dentium siue fixionis debilitas accidit dentib⁹ ꝑpter mollificationem gingiuarũ ⁊ ligamentoꝝ que sunt in radice dentium. Mollificatio autẽ fit propter fluxũ humiditatũ ad gingiuas dissoluentiũ earum compositionẽ qñqꝫ marcefacientiũ subiectum.

Methodus.

Cura eius est vt digerat̃ flegma cum oximelle composito vel squillitico: et purgetur cum pillulis cocbijs vel yerapigra: vicibus pluribus alternatis. Fiat preterea masticatio eradicans flegma ex pipere sinapi piretro mastice cimio simul cõcussis grosso mõ. Similiter ⁊ gargarismata ex sinapi cõdita cuꝫ melle vel oximelle squillitico. Similiter ⁊ scarificatio sub mento et super collo: post hoc mundent̃ omni die dentes cum stillo acuto ⁊ abluant̃ cũ vino rubeo pontico actu calido. Deinde ponatur omni die puluis stiptic⁹ de corallo ⁊ mastice ⁊ olibano puro añ. partes equales tritis ⁊ cribellatis perfecte: nequaq̃ꝫ masticet cibos duros ⁊ solidos.

Emperica.

Dicit hebemeſ. in suo de appropriat̃ ꝙ expt⁹ est puluerẽ istũ ad stringẽdũ dẽtes mobiles si ãnectatur radici dẽtiũ. ℞. stercoꝝ capre adustoꝝ. ʒ. iij. alumis iameni. ʒ. x. piretri spice añ. ʒ. ij. nucũ cipssi adustaꝝ. ʒ. ij. ⁊ ß. cornu cerui adusti cẽtauree añ. ʒ. vij. fruct⁹ tamarisci. ʒ. iij. mirrbe sumacb balaustie apũ corticis glãdiũ añ. ʒ. ij. salis gẽme assi. ʒ. ij. ⁊ ß. terant̃ ⁊ cribellent̃ oĩa. Et de reb⁹ meliorib⁹ est illud. ℞. arsenici sublimati. ʒ. ß. thuris albi. ʒ. j. fiᷓ ex ipsis puluis cribellat⁹: de quo oi sero ponat̃ supra dẽtes ⁊ gingiuas: ⁊ mane abluant̃ cũ ydromelle calido vel vino põtico vel acero: qꝛ humiditates reumaticas exsiccat vlcus a carne putrida mundificat: ⁊ post illud carnem duram curat: quare confert omni passioni dentium et gingiuarum que est cum putredine vel mollificatione. Similiter ⁊ illud. ℞. ossis sepie coralli albi. ʒ. j. fiat sicut prius. Similiter. ℞. spume maris masticis añ. ʒ. j. fiat sicut prius. Aliter istud cuꝫ presto non est illud. ℞. coralli aluminis corticis salicis combusti añ. ʒ. ij. fiat sicut prius. Quidam addunt cinerem ossis vel ossium dactili vel capre combustorum. Jtem gallaꝝ balaustiarum roſ. sumacb. yreos corticum granatorum. añ. ʒ. ij. mirrbe aluminis ana. ʒ. vnam fiat ex eis linimentum supra gingiuas cũ aqua rosaruꝫ vel vino pontico albo.

Abluatur os cum aceto in quo decocte sint res eedem.

Canones.

Omnis volens conservare dentes sanos caveat a masticatione rerum durarum vel viscosarum vel calidarum vel frigidarum: dura namque dislocant: viscosa adherent et putrefaciunt. Sed calida resolvunt spiritum vitalem et laxant ligamentum dentium. Sed frigida mortificant calidum naturale quod in eis est et nervos debilitant. Item studeat omni die eos mundificare a sorde et a rebus interiacentibus post cibum cum ligno vel ferro vel sepia. Item abstergat eos semel in septimana cum tartaro vini albi trito et cribellato: vt alcohol fricando eos ex eodem pulvere: et post fricationem abluendo cum vino albo claro vel vino rubeo stiptico. Dicit enim Aristoteles quinto de generatione animalium capitulo de dentibus. quod dentes animalium differunt ab omni altero genere ossium in quatuor conditionibus. Prima: quoniam sensum habent tactus quo cetera sunt penitus privata. Secunda: quia non nascuntur a principio generationis: sed post partum. Tertia: quia permutantur: quia cum nascuntur a principio molles sunt: quare ipsos natura permutat in bovibus apud annum decimum vel circa: sed in equis circa quartum solidos procreando. Quarta: quia crescunt omni tempore vite animalis secundum longum vsque post statum perfectum apud trigesimum annum vel circa id.

Pronosticatio.

Dentes si ceciderint ante vigesimum annum nascuntur: postea vero minime.

De corrosione dentium et gingivarum. Capitulum .iiij.



Corrosio dentium et gingivarum fit ex materia putrefacta marcida penetrante in substantias dentis et gingivarum que alterat eorum complexionem et compositionem: sicut lutum alterat complexionem ligni et incinerat eius compositionem: cum cinis sit terminus putrefactionis vltima tertio vt dicitur .iiij. Metheororum. Fit etiam corrosio quandoque propter vermes natos in eis ex materia putrefacta. Sed signa et causam eorum diximus iam capitulo de dolore dentium. Signa corrosionis dentium ex humore sunt concavatio ipsorum patens ad sensum: et fetor quasi cibus in concavitate illa quandoque retinetur. Signa autem corrosionis gingivarum sunt sputum sanguinolentum: et cum aspicitur in os apparent gingive marcide corrose liuide cum fetore plurimo.

Methodus.

Purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis: mundentur dentes et gingive omni die ter cum aceto squillitico in quo dissolutum sit alumen iamenum aut tartarum subtiliter tritum. vel ponatur super loco corroso vnguentum viride positum capitulo de surditate. Et post mundificationem ponatur supra locum pulvis consolidativus et stipticus faciens nasci carnem et firmari eam. Rx. masticis thuris corallii rubei ana. ℥. ß. et cribellentur. Et potest addi boli armenici sanguinis draconis et sarcocolle. Et abluatur locus quandoque cum vino decoctionis ysopi yreos et mellis.

Emperica.

Communiter operantes circa dentem corrosum fetidum nil aliud faciunt: nisi quia ipsum cum ferro extrahunt vel ipsum adurunt cum cauterio: quia sicut dictum est capitulo de dolore dentium. Dens dolorosus: dens mobilis: dens corrosus et fetidus curationem perfectam non recipit nisi per extractionem.

Tractatus octavus prime sectionis. De passionibus gingivarum.



Gingivarum passiones de quibus adhuc restat loqui sunt tamen due. Prima est fluxus sanguinis. Secunda vlcus seu putredo. Nam de fetore earum dictum est capitulo de fetore oris. de mollificatione earum dictum est ca. de mobilitate dentium. de apostemate vero cum de dolore dentium loquebatur.

De fluxu sanguinis gingivarum. Capitulum primum.



Accidit quibusdam hominibus vt ex gingivis eorum fluit sanguis cum abluunt os fortiter vel pressserunt eas digitis vel cum alia

re aspera & sunt cum fetore. Ista passio prouenit ex materia currẽte a capite ad gingiuas & dentes que ibidẽ diu stãs imbibit substantiã gingiuarũ & ex oi leui cã effluit saliuatim: verũ si antiquatur & putruerit: vlcus seu putredinẽ causat in gingiuis.

Methodus. Fricentur dentes cum puluere istorum trociscorum que sic fiunt premissa scarificatione sub mẽto et super collo. ℞. arsenici citrini & rubei calcis gallarũ aluminis. añ. ʒ. ij. fiant trocisci cũ aceto forti. & cum ipsis uti volueris: teratur vnus ex ipsis subtilissime & fricetur locus cũ eo: tunc qẽscat per horã & teneat in ore aquã ros. vel oleũ rosatum: ne forte puluis corrosiu⁹ & abstersiu⁹ inducat adustionẽ in mery vel partib⁹ circũiacentibus. Postq̃ hoc factũ fuerit p aliquos dies donec mũdificate fuerint & putrefactio oino remota ponatur supra locũ tale incarnatiuũ. ℞. masticis thuris coralli rubei. añ. ʒ. ß. fiat puluis subtilissim⁹ vt alcohol qui ponatur sup gingiuas qz facit nasci carnẽ & indurat eã. Idẽ facit puluis fact⁹ ex olibano aloe sarcocolla sanguine dracoñ. sumendo ex eis partes equales. Itẽ vnguentũ pbatũ cõtra scabiẽ labiorum. ℞. muscillaginis dragaganti olei viol. añ. & cum cera fiat vnguentum satis spissum &c.

¶ De vlceribus gingiuarum. Capitulum. ij.

Utredo seu vlcus gingiuarũ est terminus corrosionis quẽadmodũ & corrosio est terminus antiqui fluxus ex eisdem: qm̃ inter ista tria hic est ordo. Primo nãq; gingiue mollificantur & imbibunt a materia reumatica descendẽte a capite per modũ cathārri. Secundo sanguinẽ emittunt ppter dissolutionem sue cõpositionis. Tertio corrodũtur et concauãtur manifeste propter humorẽ vlcerantem & denigrantur et putrescunt donec cadant.

Methodus. Cura putrefactiõis gingiuarũ colligitur ex dictis in capitulo de fetore oris & capitulo de mobilitate dentiũ. & capitulo de exitu sanguinis ex gingiuis.

Pronosticatio.

Putrefactio quidẽ si valde pcesserit raro curatur sed facit hoiem edẽtulum. Item vlcus gingiuarũ si fuerit carnosum mortale & propter cũ tetigerit epyglotum &c.

¶ Sectio secunda incipit.

Expleta cum dei auxilio sectiõe prima que fuit de cura mẽbrorum integrantiũ ventrẽ aialẽ qui ptendit a vertice capitis vsq; ad epiglotũ seu principiũ cãne pulmonis exclusiue. Volum⁹ nunc ingredi sectionẽ scdam que erit de cura passionũ membrorum ↄstituentiũ ventrẽ qui pcedit ab epygloto vsq; ad furculã inferiorẽ vbi est os stomachi. Iterũ vna cũ rasi in lib. suo diuisionũ gratiã dei implorantes. deũ itaq; posco cõcessorẽ ad rectificationẽ sermonũ & operis & auxiliũ ẜm q̃ sibi placet.

¶ Tractatus primus scde sectionis.

Gutturis passiones famose sunt tres. Prima est squinãtia. Scda cathãrrus. Tertia raucedo vocis. Cum aũt dico guttur ĩtelligo aggregatũ ex gula siue carnositate exteriori & cãna pulmõis & epygloto & mery siue ysophago ẜm q̃ alligatur & coextenditur canne pulmonis.

¶ De squinantia. Ca. j.

Squinãtia est apostema colli qd cũq; phibẽs anhelitum & deglutionẽ cibi. Et dicitur ab Auicẽ. q̃ est decollatio: strãgulatio vel suffocatio. Squinãtie tres sunt species. Prima quãdo epyglotum & musculi eius apostemantur. & est oino mortalis propter ablationem anhelitus. Est aũt epyglotus vt dicit Auerro. ij. colliget. prima pars canne pulmonis & suprema solidior & densior aliis ei⁹ partibus habens in medio foramẽ strictũ vt fistula in quo formatur vox. Et ideo cum sufflamus fortiter in cãnam pulmonis ali-

cuius aialis egredit vox q assimilat voci il/lius aialis. Et sup illud forame impositum est illud coperculu cartilaginosum mobile sursum z deorsum alligatu versus os liberu3 versus cana pulmonis ad defendendu3 a rebus que vadut ad ysophagu ne egrediant ipsum: qz moreret homo pvia suffocationis: z ppter hoc qn intrat aliqd etia3 parue qtitatis: sicut cotingit inglutietib9 cibu cu rident illud mouet tussim. Scda qn pulmonis canna z musculi ei9 apostemant: z est etia mortalis: s3 no ita subito sicut prima. Tertia qn gula z carnositas gutturis apostemat z est salubris: s3 no apud ignaros. Fit aute qnqz squinantia a sanguie: qnqz a cholera: qnqz a flegmate: s3 no a melacholia. Signa squinatie in comuni sunt apostematio gutturis z suffocatio prefocatiua z difficultas transgluttedi cibu z anheladi siue equaliter siue inequaliter fm q apostema magis declinat advias anhelit9 z advias mery z ysophagi Si aute fit a sanguine cu predictis apparet rubedo faciei cu carnositate: dulcedo saliue: dolor grauatiu9 cu acutitate aliqua z antecessio cibor multiplicatiu sanguine. Et est vt plurimu cu fe. Si aut fit a cholera apparet cu predictis color citrin9 facies macra dolor acut9 sitis z inflamatio vehemens z saliua amara z antecessio cibor corruptoru3. z est etia vt plurimu cu fe. Si aut fit a flegmate cu pdictis apparet mltitudo saliue aquose raucedo vocis dolor grauatiu9 sine acutitate color faciei cu3 pauca rubedine z habitudo flegmatica z antecessio cibor flegmaticor: z est vt plurimu sine fe. vel cum fe. lenta. Signa prime speciei suntvt dicit Ypo. iij. pnosticor. qz non apparet rubor neqz tumor fortis exterius in ceruice: nec interius qn inspicitur in os egri: verutamen est ibi dolor acutissim9 z anhelit9 difficilis valde que significant apostema latitare in pfundo gutturis vbi est epygolt9. Signa secude spei sunt: qz appet tumor z rubor interi9: sed no exteri9. Signa tertie speciei sunt qz apparet tumor z rubor exteri9 in trasglutiedo: sed no appet interi9: neqz apparet plurima difficultas anhelandi z transglutiendi.

Methodus.

Cura cuiuscuqz triu specieru squinatie est: vt si sit: fiat ilico die, vl nocte flomia basilice in brachio vel in manu si virt9 no sit debilis z extrahat sanguis mult9. Postea eode die post sex horas flometur vene q sunt sub lingua: neqz tardet cum sit necessaria talis flomia. Post hoc fiat fricationes z ligatioes extremor dolorose. Et si fuerit difficultas in anhelitu pone ventosam sup collu vbi est prima spodilis cu reiteratione frequetata. Et si veter sit costipatus fiat clistere lenitiuu dictum ca. de frenesi. Post flomia3 gargariset cotinue vsqz ad tres dies dyamoro vel vinum granator vel succu solatri vel agreste cu aqua balaustiaru vel succu corticu nucu viridiu cu aqua calida: vel gargariset acetu z aqua calida vel aqua ros. cu3 zuccaro quocuqz presto sit ad repercutiendu apostema.

Dieta.

Et nutriatur succo ordei vel auene vel sorbeat ius pullorum conditu cum vino granatoru vel berberis vel cum aqua decoctionis sumach. Bibat vinum ponticum limphatu vel aqua ordei vel iulep: z si possibile fuerit mundificet cum apozimate purgante sanguine z educente humores acutos magis lubricum faciedo q attrahedo ne fe. inflamentur: quod sic fiat. Rx. medulle cassie fistule. ℥. s. manne tamarind. an. ℥. j. z semis dissoluantur omnia cum. ℥. iiij. aque decoc. prunoru3. Si ergo per hunc modu liberet vsqz ad quattuor vel quinqz dies bonum est Sin aute bonu est fieri vetosatione in spatulis propter maiorem diuersionem: deinde si materia tota fluxa est: z morbus est in statu vel in fine augmeti fiant gargarisma ta resolutiua bis in die vel ante prandium et ante cenam ex. ʒ. j. mirrhe dissoluta in. ℥. j. oximellis compositi vel cum aqua decoc. prunorum calida vel cum oximelle squillitici aq eade: si aut no resoluitur: fiat empl'a resolutiua exterius circa gulam que sic fiut. Recipe farine ordei fenugreci se. lini. ana. ℥. j. se. maluauisci floris camomille ysopi yreos z adipis anatis ana. ʒ. ij. bulliantur insimul vsqz ad spissitudinem in aqua cum oleis dictis: z totum ponatur calidu3 super locum. Et si via ysophagi costringat: pone ventosam magna sup ceruice quado degluttiet cibum qdiu ibi steterit: et reitera se/

plus eius potum. Cura eius si sit a cholera est vt primo clisterisetur si est possibile cum clisteri lenitiuo predicto: postea fiat flōmia basilice in manu vel in brachio vel ventosatio in spatulis. Postea fiāt gargarismata repercussiua predicta deinde in statu ꝛ fine augmēti fiat vt in sanguinea. Et si necesse fuerit: purgentur cum decoctione p̄dicta. vel cū ista. ℞. māne. ℥. j. reubarbari boni. ʒ. ij. dissoluantur in decoctione prunoꝝ feruenti et dimittantur sic per horā. j. postea collentur et detur totum ante diem. Et sit aqua q̄titatis. ℥. iiij. vel. v. ad plus. Vtatur dieta dicta vel parum magis declinans ad frigiditatē. Cura eius si sit ex flegmate est vt a principio purgetur si est possibile cum pilulis cochijs vel medicina de turbith vel clisterisetur ex clisteri acuato cum agarico ꝛ colloquintida an̄. ʒ. j. Deinde fiat gargarisma repercussiuum: sicut in sanguinea preter quod nō est opus tanta repercussione sed maiori diuersione ꝛ euacuatione. vltimo fiāt gargarismata acuta ꝛ incisiua ꝛ emplastra resolutiua sicut prius.

Emperica.

Cōmuniter operātes faciunt in om̄i specie squinantie quacūq; hora diei etiam super cibum flōmiā de cephalica fortem propter diuersionem materie subitam: nec prohibet illud antecessio flōmie non longo tempore dūmodo v̄tus constet: quia timor suffocationis subite moram non concedit. Et hec quidē flōmia licet nō sit regularis in flegmate ꝛ cholera ratione qualitatis: est tn̄ rōne q̄titatis siue multitudinis: vt p3 per Auic. iiij. p̄mi. Nec semp est forte possibile purgari corpus cū medicinis ꝑpter impedimētum qd̄ est in glutinatione. post flōmiā ꝓcedūt circa gargarismata ꝛ empla: sicut in methodo dictū est. Et post minorationē imediate datur sepe dyaolibanū cū aqua ordei qr resoluit materias oīno qn̄ non est timor de attractione materie: tunc nāq; gargariset cū dyaomoron ꝛ aceto ꝛ aqua roſ. simul mixtis. Itē Raſ. Auic. Serap. cōueniunt q̄ gargarismus factus de stercore canis albi comedētis ossa vel stercore lupi cū aqua roſ. vel plantaginis sanat omnē squinātiā. Similiter ꝛ emplastrū vel linimentū factū ex eisdē stercoribus exiccatis ꝛ cū melle mixtis et linitis circa collū vndiquaq; confert post euacuationē vniuersalē. ꝛ ꝓprie cū materia tota fluxa est: nec timor fuerit de vlteriori attractione. Fac circa gulā emplastra acuta rubificatiua: vt materia trahat̃ ad extra ex sinapi melle ficubus siccis furfure mirrha thure yreos ꝛ cepa squill. ꝛ ꝓprie in cā flegmatica: qr in hmōi nō est timor de inflāmatione ſe. sicut in alijs. Nec flegma est adeo faciliter trahibile sicut cholera vel sanguis Similiter ꝛ emplastrū ex mica panis incorporati cum melle approximatis duabus vel tribus appositionibus qd̄ nūc decoquitur cum succo apij. Et deinde tunc magis cum stercore columbino vel anetino.

Canones.

Dis squinātia aut terminatur ad resolutionē ꝛ est salubris: aut ad sanationē ꝛ apertionē: ꝛ est timorosum: aut ad permutationē eius ad alia loca. Et si sint nobilia erit mortale: ꝛ si ignobilia salubre. Preterea ꝑpter casū vel ꝑcussionē in collo fit dolor qui sic attrahit materias: ꝛ fit apostema squinātic̄um cuius cura est penit⁹ eadem cū illa que fit a sanguine predicto. Caue p̄terea ne emplastra rubificatiua per exteri⁹ vel gargarismata acuta p interi⁹ administres: nisi materia tota fluxa sit vel quasi tota: qr apā augmētabis ꝛ egrū suffocabis. obserua igit̃ ordinem in methodo predictum.

Pronosticatio.

Dicit Ipo. iij. ꝓno. q̄ prima spēs squinantie prima die interficit egrū: ꝛ ad plus infra quartum. Scd̄a spēs ꝛ si mortifera sit tn̄ pigrior est: qr forte interficit infra q̄nq; dies. Tertia v̄o spēs nisi rubor ꝛ tumor ad interiora declinauerint: ꝛ materia ad epyglotum raptum habuerit spe salutis nō oīno refistit si medicus in cura recte ꝓcesserit. Et ex hoc videre potes q̄ tres species squinātie ꝯtrario modo se hn̄t. Itē dicit Ipo. ibidē q̄ si tumor ꝛ apā in tertia specie rapiat̃ ad interiora: ita q̄ exterius in gula nō appareat oīno ꝛ fiat nō in die cretico neq; superuenerit apā creticū sup aures vel alibi: neq; eger saniem expuerit ꝛ anhelitus magis ac magis angu

cetur oia ista a morte vel recidiuationē signi ficāt futurā: quia materia raptū habuit ad pulmonē vel cor vel pect⁹ quare suffocatio/ nē induceret ifra septimā diē si nō expuat: re/ quiet igit mitigatiuū doloris hora illa non est credendū q: mēdax est sed tibi pnosticā/ dum de egro et ab ipso fugiendū. Itē ibidē di. ypo. ꝙ bonū est tumorē apparere exteri⁹ et quāto magis tāto salubrius erit. Item si squināntia illa terminet ad sanationē: et si exitura sanies fluit ad pulmonē et fortassis expuet et est salubre et fortassis suffocabit egrū infra. vij. dies ad plus: et fortassis corro det pāniculos et substātiā pulmonis si ifra xl. dies a die rupture non purget et inducit ptisim vel frenesim ppter cerebri cōpassio/ nē. Itē squinātia terminat infra. vij. diē et si hūc effugerint sani fiunt: qm in morbo acu/ to vincit natura aūt vincit sine expectatiōe ampliori. Itē dicūt quidā ꝙ signa mortalia sunt in squināntia. Si spuma euenerit in fe. acuta cōtinua quacūq; i die cretica vel non cretica et talis crisis est sinthomatica nō na turalis. Silr et sincop. vehemēs anhelitus: disnia: orēgmon: difficultas trāsglutiēdi ci/ bū ꝛ potū cū reiectione ei⁹ p nares: vox catu lina quasi loqret p nares: spuma i ore: emis/ sio lingue frequēs sicut in equo fatigato: co lor niger vel liuidus in lingua ore labijs et oculis necnō frigiditas extremitatū. Item di. ypo. iiij. pti. āph. si a fe. habito tumore nō ex/ eunte in faucib⁹ suffocatio repēte superuene/ rit mortale. Itē. ij. amph. Stangulatoꝝ ꝛ dis solutoꝝ nondū mortuorū nō referunt quib⁹ spuma fuerit circa os semp vt plurimū: vt di cit cōmentator. Itē salubria atq; signa vita/ lia sunt quies somnus alleuiatio doloris bo nitas anhelitus facilitas transglutiendi: ꝛ priuatio omniū predictoꝝ. Itē squināntia cū fe. forti plus est timorosa: q: sunt ibi necessi/ tas adaucta ꝛ euentatio cordis diminuta q̃ re cor extinguetur. Itē squināntia maxime ac cidit in vere: vt dicit ypo. iij. parti. amph.

¶ De carharro brāco ꝛ coriza. Cap. ij.

Reuma dr omnis fluxus ma/ terie de mēbro ad membrū in quacūq; parte corpis. ꝛ ideo Gal. in tegni tractatu de cau sis ca. de curis apatum ait. do lor enī exacuit reuma. Carharrus vero dr descensus materie a capite ad partes spūa/ les ꝛ naturales. s. pectus ꝛ pulmonē ꝛ stoma chum. Coriza aūt dr descēsus materie a ca pite ad nares. Et si materia ista acuta vel colerica fuerit vel de flegmate salso mordi cante collatoria nasi in radice cōtrahet cere brū in se ꝛ expellit illā materiam cū sono et vehementia q dr sternutatio. Et ex hoc pz ꝙ sternutatio nō accidit in cerebro nisi cali/ do natura vel accidēte. vñ Ipo. vij. p. ti. Ster nutatio fit in capite calefacto cerebro. Brā cus dr descensus materie p os ad collatoriū palati cū screatu vel rascatione: verūtamen hec tria noīa pro seinuicē sepius ponunt in scientia medicine. Iste igit passiones qñq; fiunt a cā frigida vel calida. A calida quidē dupliciter. s. effectiue ꝛ subiectiue. Effectiue quidē vt si stomachus calidus sit vaporosus q: materia dabit multas supfluitates cere/ bro que frigiditate sua cōuertet in flegma. Similiter ex mora sub sole vel statione ad ignē ꝛ ambulatio in aere calido humido vl vento austrino ꝛ ppter sup cibū. Similiter et ex clamore ꝛ vociferatione ꝛ inclinatione capitis deorsum: quapropter quodlibet eo/ rū attrahit supfluitates vaporosas ad se: q postea colliquate seu cōgelate descendunt. Ex quo scire potes ꝙ mala sit cōpaginatio stomachi frigidi cū cerebro calido vel e con/ uerso. ppter qd ait Aui. pmo cañ. fen. ij. ca plo de signis cōplexionis pessime. ꝙ deter/ rima cōplonum est in qua mēbra et propie principalia sunt diuersarū discrasiarū ꝛ cō/ trariarū. Subiectiue vo vt si materia fluēs sit cholera vel flegma salsum. A cā frigida silr dupl'r. effectiue ꝛ subiectiue. Effectiue vt si stomach⁹ patiat indigōnē ppter qd re plebit flegmate qd sursū euaporabit: vel si cerebrū sit frigidū humidū naturalr vl ab extra: vtpote ab aere e aqua frigida neq; be/ ne digerens suum propriū nutrimentū qua re colligunt superfluitates. Subiectiue ve/ ro si materia sit flegma aquosum vel visco/ sum. Signa materie calide sunt ardor ꝛ pru ritus ꝛ asperitas in locis super que currit: ꝛ sitis et extenuatio ꝛ rubor faciei ꝛ amaritu do saliue vel salsedo sine manifesta causa. Signa materie frigide sunt eminentia ocu/ lorum cum tumore ꝛ pallore faciei et oppil/ latio nariū ꝛ collatorij post somnum et spis

situdo materie cū viscositate: vel si sit subtilis aquosa. Silr̄ ꝛ difficultas anhelitus et asma ꝛ diminutio odoratus.

Methodus. Cura oim̄ istaꝝ passionum si sint a causa calida est vt mundificetur corpꝰ cum pillulis de reubarbaro que sic fiūt. ℞. mirabolanorum citrinorum absq̧ nucleis. ℥.ß. reubarbari boni. ʒ.i. aloes. ʒ. quinq̧. scamonee. ʒ.ß. masticis liquiritie. an̄. ℈.i. fiant pillule cum muscillagine psillij vel seminis citoniorum dētur sero absq̧ cena ex eis a. ʒ. i. vsq̧ ad duas: vel cū apozimate de reubarbaro quod sic fit. ℞. reubarbari. ʒ. ij. incidat̄ frustratim ꝛ ponatur in. ℥. v. feruentis aque decoctionis prunorum ꝛ dimittatur sic per xij. horas. Deinde colletur ꝛ addatur sirupi roß. vel viol̄. ℥. ij. et detur totum in matutinis p̄missa digestione materie cuꝫ sirupo de melliloto dicto in cap̄. de fetore nasi. vel cum sirupo roß. vel viol̄. de nenuphar̄. dando ex eis omni die cum aqua decoctionis iuiubarum vel sebesten vel passularum. Post purgationeꝫ vaporetur os ꝛ facies cū aqua decoctionis viol̄. siccarum ordei excorticati florum camomille papaueris alb. retinēdo vaporem calidū in os ꝛ nares vel cum aceto proiecto in lapide ignito. Vngantur nares ꝛ labia cū oleo roß. vel viol̄. odoret q̄nq̧ viol̄. siccas vel ro. cū camphora vl̄ continue teneat sub lingua vel etiam deglutiat pillulas: quia inspissant catharrum acutū ꝛ ad screandum preparant ꝛ leniunt asperitatē que sic fiunt. ℞. gūmi arab. dragaganti amili succi liquiritie seminis citoniorum psillij. an̄. q̄tum vis: fiant pillule admodum ciceꝝ vel fabe cum muscillagine psillij nutriatur cum ordeo farre auena ꝛ lentibus. ꝙ si virtus debilis sit vel sit cum fe. Comedat pullos alteratos cum portulaca cucurbitis lactucis. nequaq̄ vinū bibat: quia a proprietate causat istas passiones cum vinum mentem percutiat: vt dicit Ypo. in regimine acutorum. Sed bibat aquam ordei vl̄ decoctionem liquiritie ꝛ zuccari vel aquam calidam in qua sit sirupus roß. vel viol̄. Cura eoꝝ est si sint a causa frigida vt primo purgetur cū pillulis cochijs vel fetidis dando. ʒ. i. sero sine cena premissa digestione cum oximelle composito vel sirupo de sticad. p̄dicto. postea fricetur caput rasum cum cepa acuta: aut squillis aut panno aspero: ꝛ post ponatur super ipsum medicamen rubificatiuum vsq̧ dum fiat vesicatio ꝛ aspersio sicut est emplastrum tale. ℞. stercus columbinū sinapi asso dillos coquant̄ in aqua ꝛ melle: vel in aqua tantum. pistentur omnia ꝛ ponatur calidus supra caput abrasum ꝛ calefactum per fricationem. Subfumigetur in declinatione morbi cum thure vel mastice vel gūmi armoniaco vel ligno aloes aut storace calamento bdellio vel mirrha vel rutha: sed non in principio ꝛ ante euacuationem: quia impediretur resolutio materie: ꝛ aliquid ipsorum deglutiat sero cum itur ad lectum. Fiat etiam masticatio eradicans flegma ex piretro pipere longo cubeb., pipere mastice. an̄. ʒ. ij. passularum quantum volueris et reponantur simul. Et inungatur sepe cum vnguento marciaton ad solem vel ignem diligenter fricando abrasis sepe capillis. Bibat omni die in ieiuno similiter ꝛ sero cum itur ad lectum vnciam vnam boni vini in quo drachma vna masticis aut olibani fuerit infusa vel liquefacta. Saccelletur postea caput cum sale milio et sinapi calefactis super lapide ignito vel vaporetur cum aqua decoctionis rosarum absinthij. mellilotí. camomille. donec reliquie omnes resoluantur. Vtatur dyacitonitem post cibum: sed aurea alexandrina vel pliris ante cibum. Abluatur caput cum lixiuio decoctionis raphani ꝛ sticados postea cum vino decoctionis gallarum nucis cypressi ꝛ baccarum lauri vel sulphuris vel balaustie. Comedat carnes assas vel elixatas cum feniculo. Bibat ydromel cum aqua decoctionis ysopi liquiritie et melle: odoret nigellam ligatam in panno lineo subtiliter tritam ꝛ torrefactam. Costi ꝛ nigelle subfumigium expertum est: et sudare in loco calido stomacho ieiuno proposse vt est sanus: ita vt caput sit siccuꝫ et pedes aspergantur aqua calida plurima ꝛ laborare: sitim ꝛ famē tolerare: pposse cenaꝫ subtiliare: cibos siccos

sumere: et somnū tardare sup cibum. Si aūt hec oīa non contulerint venecetur caput vbi est cōmissura recta cū cantaridibus et aperiantur vesice cum acu. Et si hoc nō sufficit cauterizetur locus: et permittatur diu apertus donec cerebrum exiccetur.

Emperica.

In causa frigida cōmuniter operantes faciunt remediū premissa euacuatiōe vniuersali dant sero cum itur dormitū.℥.vnā.℈.cōditi: et post illud immediate potū aque calide: qz digestionem stomachi pcurat: vapores reprimit: catharrum maturat: potus vero aque frigide catharrum multiplicat. Similiter et potus vini vaporosi et proprie versus noctē. Itē in pricipio nō cōpetit gargarismus qz materias facit fluere: in medio cōpetit incisiuus: in fine vero stipticus. Itē in omni catharro et tussi catharrali conferūt he pillule. ℞. mirrhe pure.℥.sex. olibani.℥.s. opij iusquiani.aā.℥.quattuor. et sic fiant pillule de quib⁹ detur cum itur dormitum de sero a.℥.ß. vsqz ad.℥. vnam: qz omnē fluxum descendentē ad stomachum restringunt: et pprie post purgationē. Item pferūt inspissantia vt subtile acutū qd descendit ad guttur ingrossetur et non descendat in profundum stomachi vel pectoris sed adunetur et expuatur et ex hoc facientib⁹: vt dicit Mesue presenti capitulo. est ibus dragantum et muscillago psillij vel seminis citoniorū vel iuiube et sebesten et firupi et lohoch factum ex eis. sed flebothomia vt asserit in hac egritudine solum est in tribus casibus necessaria. Prim⁹ si catharrus sit calidus et in corpe calido cuz rubore oculoꝝ et plenitudie venarū. Secūd⁹ si catharrus descendit ad oculos et pulmonem vel membra nobilia. Tertius si accidat catharrus cū feb. in alijs autem est inutilis.

Canones.

Omne reuma descendens a capite deorsuz trib⁹ intentionibus curatur. Prima quidem per confortationem stomachi ne vapores cibales transmittātur ad cerebrum: et hoc fit per stiptica. Secunda per rectificationem capitis et cerebri: ne grauide humiditates in se ne ipsas deorsum mandet: et hoc fit per emplastra et vnguēta resolutiua et rubificatiua. Tertia fit p pfortationē pectoꝛ et pulmonis ne recipiat a cerebro supfluitates delegatas sz receptas maturet p noctē vt in crastino excreationi sint parate quod fit per lohoch screatiuum et per pillulas hichichias et per electuaria stiptica et per debitum decubitū capitis in somno qui est vt iaceat patiens super altero laterum capite valde exaltato et versus faciem reflexo: vt sic oēs superfluitates eius in somno declinent ad os et nares nec raptum ad cannā pulmonis habeant et ysophagum. Ista autem clarius et plenius dicem⁹ infra ca. de ptisi. et ca. de asmate tussi et empimate.

Pronosticatio.

Sternutatio supueniēs in corriza litargia soda epilepsia frenesi apoplexia artetica si fit post digestionē materie bonum facilitat atqz vel ocitat cuz ei⁹ expulsiōe. Ante signū digestionis malū: qz demostrat materiā augmentari et proprie in pleuresi peripleumonia et squinātia. Reuma si descēderit ad stomachum inducit primo indigestionē ppter cibi fluctuationem et stomachi infrigidationem. secūdo lienteriaz ppter stomachi mollificationem et retentiue debilitatez: qꝫ si materia sit calida acuta causabit feb. tertio dissinteriam propter intestinorum corrosionem. Item si reuma descenderit ad pulmonē vel eius cannam inducit primo tussim cronicam. secundo asma siue maliciam anhelitus propter oppilationem cānularum in pulmone. tertio suffocationem si fluxus sit plurimus. Sed si materia sit acuta inducit corrosionem pulmonis. deinde ptisim finaliter et mortem. Item catharrus in senibus raro curatur quia suffocat ante maturationem propter defectionem excreandi. vnde Ipocra. secunda parti. Branchi et corrize non valde maturantur in valde senibus. Sunt autem valde senes qui sunt in quarta etate que est apud annum septuagesimum. Senes vero absolute qui in tertia que est apud. lx. annum. Item catharrus cum dolore capitis perdurās. difficulter curatur quare debilitatem significat

consumm matã. Itẽ autumno multiplicať catharrus ꝓpter inequalitatem aeris: ſꝫ in hyeme ꝓpter aeris frigiditatẽ: eſtate ꝓpter colliquationẽ: vere ꝓpter multitudinẽ hũoꝛum. Itẽ reumatici nõ fiunt ſplenoſi. Itẽ catharroſi diſpoſiti fiunt ad apoplexiã ⁊ epilepſiã ſi materia ſit frigida: ad ptiſim vero ſi ſit calida nitroſa.

¶ De raucedine vocis. Cap. iij.

Raucedo vocis q̃nq; eſt a natura ꝓpter malã cõplexionem inequalẽ epigloti ⁊ cãne pulmonis hũidam oppilantem vel ſiccã exaſperantẽ ⁊ iſta eſt incurabilis. q̃nq; eſt accidentalis ⁊ de cura iſti⁹ loq̄mur. Fit aũt trib⁹ modis. vno mõ a catharro frigido flegmatico viſcoſo oppilãte epiglotũ in quo formať vox ⁊ vocalẽ arteriam totã. Et ſigna ⁊ curatio ei⁹ habeť completa ex caplõ de catharro. ⁊ ca. de tuſſi de cauſa frigida. Adhuc ꝓpter illic dicta cõferũt loth factũ ex dyapraſſij parte vna ⁊ dyacalamẽti vł dyayris ptib⁹. ij. addẽdo ſucci liquiritie ⁊ mellis diſpumati quod ſufficit. ex quo lambať mane ⁊ ſero paulatine ingluttiendo. Scđo modo fit a ſiccitate. pl'ima illarum partiũ exaſperãte ſupficiẽ ipaꝝ: ꝓpter qđ aer inequalr' pcutiť ad ipam. Cũ aſperitas nihil aliđ ſit q̃ ineq̃litas ſꝫ durũ corp⁹ vt dicit gal'. in teg. trac. de ſignis. c. de ſignis cãne pulmonis. Et iſta ſpẽs accidit habitãtibus in ſole vel vẽto ſicco vel corpib⁹ ſiccis p naturam. Et ſigna ⁊ cura habenť plene ca. de ptiſi. Preterea ꝯfert loboch ex dyapraſſij parte. ſ. dyagragãti. p. ij. ⁊ dyapenidõ. addendo ſucci liq̃ritie ⁊ zuccari qđ ſufficit. Tertio fit a caliditate accidẽtali cõſumẽte hũiditates lubꝛificas ⁊ corrugante vias: ſicut cõtingit febꝛiẽtibus: ⁊ pꝛopꝛie febꝛib⁹ cronicis ⁊ ethicis. Et ſigna ⁊ cura cap. de tuſſi habentur. Preterea loboch ex parte ʒ. dyapenidõ ⁊ pte. ſ. dyapꝛunis ⁊ partibus. ij. dyagragantí addendo zuccari viol'. quod ſufficit vel ſucci liquiritie.

Emperica. Sirupus bonus ad hoc: et pꝛopꝛie in flegmatica cã. ℞. paſſularum pinguiũ liquiritie yſopi yreos ficuũ pinguiũ ſiccarum capilli veneris calamenti ſicci añ. ʒ. vj. dragagan ti maſticis añ. ʒ. iij. croci. ʒ. ſ. decoquanť iſta in quattuoꝛ. ℥. al's lib. ſucci caulium vel aque decoctionis eoꝛũdem vſq; ad cõſumptionẽ medietatis: ⁊ colleнť ⁊ fiat ſirup⁹ cũ melle et zuccaro añ. ʒ. vel añ. lib. ſ. denť omni die mane. ℥. ij. cũ aqua decoc. ficuum ⁊ vue paſſe. Itẽ loboch ad idem. ℞. aque decoctionis caulium lib. iij. mellis diſpumati lib. ſ. decoquantur ſimul lento igne donec aqua conſumať ⁊ mel remaneat: aut mel ſoluꝫ capiať ⁊ cum ipſo incoꝛpoꝛeť. ℥. j. ⁊ ʒ. radicum raphani crudi atq; mũdati pfecte ex ipſo lãbať frequẽter i ieiuno. Et ſunt aliq̃ q̃ loco raphani ſquillã vel yreos vel ſe. vrtice vel cepe aſſum cõmiſcẽt potens eſt ⁊ expꝛtum. Item loboch de ſquilla ſublimẽ dicemus ca. de tuſſi cuꝫ de empicis loq̄mur. Itẽ electuarium ad idẽ. ℞. dyaysopi dyacalamẽti dyayris dyagragantí añ. partẽ. j. dyapapaueris partes ij. dyapenidõ q̃rum de oĩb⁹ miſceanť ſimul et lambať omni ſero repcutit feruoꝛẽ: ⁊ qđ fluxum eſt: digerit ⁊ expellit. Itẽ ad ideꝫ. ℞. ſucci liquiritie zuccari albi añ. partẽ. ſ. amidi dragantí gũmi arabici ſeſibant añ. par. ʒ. ij pillule cũ albuminib⁹ ouoꝝ quoꝝ trãſglutianť omni ſero quattuoꝛ vel quinq;.

Canones. Abſtineat a potu vini pontici ⁊ aceti ⁊ oim rerũ aſperarũ ⁊ diligãt dulcia: ſicut ſunt mel zuccarum aque decoctionis paſſularũ iuiubarum ſebeſten ficuum ſiccarũ dactiloꝛum et ſimilium: niſi intendat ad inciſionem reumatis: tunc conferunt acuta: ſicut eſt yſopus et ſinapis condita cum melle.

¶ Tractatus ſecundus ſecunde ſectionis.

Pectoꝛis et pulmonis paſſiones ſunt ſeptẽ Pꝛima tuſſis Secunda aſma ⁊ diſnia ⁊ oꝛegmon ſiue oꝛtonia. Tertia pleureſis. Quarta peripleumonia. Quinta empima. Sexta ptiſis. Septima ſputum ſanguinis. Cum autem dico pectus ⁊ pulmonem compꝛehendo coſtas pleuram thoꝛacem pulmonem mediaſtinuꝫ pectoꝛis ⁊ dyafragma. Et hec ſunt omnia membꝛa ſpiritualia pꝛeter coꝛ ⁊ eius capſulam. de quibus

dicetur primo tractatu. Est autē ipsoꝝ com pago talis in anathomia: qm̄ sub parte cō/caua costarum transit panniculus circūqua q̄ qui pleura dr̄ vt pulmonē defendat ꝛ cor ab earum duricie ꝛ asperitate. Est nāq̄ cor cū eius ministro ꝓprio pl'one locatū inter ossa circunquaq̄ per orbē queadmodū dn̄s et rex inter firmos muros: ita vt pulmo totū locum occupet ex omni pte preter q̄ cor ꝛ ei⁹ camera q̄ capsula dr̄ parti sinistre pulmonis residenter alligata. verum qm̄ principē de/cet esse tutū: diuisit natura pulmonē p me/dium ſm longū panniculo subtili q̄ media/stinum pectoris appellatur ne forte sanies vel catharrus partē dextrā occupans inter/ficiat ꝛ sinistrā. Quapropter accidit in em/pimate et emptoica passiōe vt sanguis ꝛ sa nies vnius lateris expurgari nō valeat per lateris alteri⁹ aperturā. Ordinauit p̄terea et alium pāniculū diuidentē corpus p me/dium: velut tympanū ortū a finib⁹ costarū mēdosarū qui transit sup stomachū et epar et splenē et oīa membra nutritiua: vt cor ab eoꝝ vaporibus qui surgūt hora digestionis scđe preseruaret. et iste pāniculus dicitur dyafragma. Cui⁹ est ꝛ aliud iuuamētū ſm Gal'. vj. de iuuamētis. vt. s. suo motu sursum et deorsū anhelitū pficeret et pulmonē ad/iuuaret velut accidit in follibus fabrorum.

¶ De tussi. Cap. j.

Tussis est motus fortis pectoris et pulmonis cōpositus ex natu/rali et voluntario ad expellendū rem q̄ infert nocumentū in anhe litu vel organis ipsius. Fit autē propter ma lam cōplexionē diuersam sine materia vel cum materia. Et si sine materia illud est du plicter: quia vel ista cōplexio est a causa in/trinseca vel extrinseca. Si intrinseca sic est a caliditate vel siccitate pulmonis. Si extrin/seca sic est a frigiditate ipsius ratione aeris continētis. Si vero fit cū materia hoc iterū dupl'r: vel cum apostemate: vel sine. Si cum a͞pate sic est a pleuresi: vel peripleumonia. Si sine a͞pate hoc iterū dupl'r. vel illa mate ria causat tussim cum sola q̄titate vel q̄tita te et qualitate. Si quātitate sola vel est hu mor: et sic ē propter catharrū: vel est sanies et sanguis: et sic est ꝓpter empima. Si q̄ti tate et qualitate simul sic est ratione ptisis. In ptisi nāq̄ est sanies vlcerans pulmonem sui acuitate: oppilans sui quātitate. et sic patet q̄ in genere sunt octo cause tussis. Pri ma est caliditas. scđa siccitas. tertia frigidi/tas. quarta pleuresis. quīta peripleumonia. sexta catharrus. septima empima. octaua ptisis. Signa igitur tussis que fit a calidita te pulmonis sunt vehementia sitis quā non extinguit aqua frigida sꝫ magis aer frigidus et magnitudo anhelitus ꝛ pulsus atq̄ rube do faciei. Signa eius que fit a siccitate pul monis sunt: quia tussis fit absq̄ sputo et al leuiatur post sorbitionem penidiarum ami li. et post somnū: cibum: et balneum aque te/pide: sed fortificatur post sitim: famē: vigi/lias: et est cum strictione anhelitus et corpo ris extenuatiōe et pulsu paruo spisso et qñ/q̄ cum fe. acuta. Signa eius que fit a frigi/ditate aeris sunt nota ex relatione infirmi. Signa ei⁹ q̄ fit a pleuresi sunt dolor lateris pungitiu⁹ fe. cōtinua acuta ꝛ oīa signa pleu resis. Signa ei⁹ q̄ fit a peripleumonia sunt signa peripleumonie scꝫ fe. acuta dolor pe/ctoris grauatiu⁹ pulsus mollis vndosus. Si gna eius q̄ fit ꝓpter catharrū sunt: q2 si ca/tharrus fit de materia frigida flegmatica grossa apparet exitus flegmatis grossi visco si ꝛ fortificatur post somnū ꝛ quietē. Sive/ro catharrus fit de materia calida acuta vel de flegmate salso subtili sentit̄ ardor circa la bia ꝛ sitis quā tollit aqua frigida ꝛ aer fri/gidus simul: neq̄ fortificatur post somnū et antecessio ciborum acutoꝝ ꝛ caput sentitur calidū: ꝛ est eius sputū modicū subtile sal/sum ꝛ qñq̄ cedit ictui aeris feruentis. Si/gnū autem cōmune ad omnē catharrum qđ nō fallit est cum infirmus senserit quoddaꝫ stillare cōtinue paulatiꝫ ad os ꝛ partes gut turis deorsum. Signa eius q̄ fit propter em pima sunt antecessio catharri vel pleuresis. vel peripleumonie post q̄ remanet tussis cū sputo saniei ꝛ sanguinis ꝛ dolore pectoris grauatiuo ꝛ anhelitu stricto. Signa eius q̄ fit ꝓpter ptisim sunt sputum saniei vel san/guinis cū fe. cōtinua lenta pulsu paruo spis so collo longo. Et q2 corpus continue exicca tur de die in diem ꝛ certissimū signum est si cortices similes pelliculis subtilibus albis egrediant̄ cū sputo vel pellicule rotunde.

Methodus. Cura eius q̄ fit a caliditate est vt sumat omni die de sirupo ros. si venter sit bñ obediens vel de sirupo viol. si sit stipticus cū aqua calida vel cū aqua decoctionis lactuce portulace vel prunorū. teneat in ore candi et muscillaginē psillij vel semen citoniorū fiat loboch. ℞. dyagragāti ptes duas penid. partē vnā. s. mellis qd̄ sufficit ad dissoluendū. habitet eger in aere frigido regat vt febriens: vngat pectus ⁊ spina tota cū populeon dissoluto cū oleo viol. ⁊ modico dyaltee Cura eius q̄ fit a siccitate est vt impinguet et humectet corpus pposse sicut dicetur in scdo libro de fe. ethica. q̄ si cū hac tussi feb. putrida cōplicetur: bibat in mane lib. ß. aq̄ ordei ⁊ post tres horas cū cibus iste sit digestus intret balneū tepidū aque decoctionis viol. maluarū bismaluaꝝ ⁊ foliorum populi in quo parū moretur neq̄ sudet: neq̄ corpus reddat vaporabile. Et post illud cibet succo ordei vel farris ⁊ carnibus pulloꝝ edorū alteratis cū portulaca endiuia ⁊ lactuca. Bibat vinū debile limphatū cū aqua decoctionis liquiritie iuiubaruꝫ hora somni. Bibat iulep cū aqua cucurbite vel psillij. Teneat sub lingua pillulas bilileias q̄ sic fiūt. ℞. succi liquiritie zuccari al. añ. ʒ. x. se. cucur. se. citru. se. portulace. añ. ʒ. v. conficiant cum muscillagine psillij vel albumie oui. Iste pillule sub lingua tente pterq̄ ingluciant humectant caput guttur ⁊ linguā ⁊ caliditati feb. resistunt. Itē alie. ℞. succi liquiritie zuccari al. añ. ʒ. x. amili dragaganti amigdalaꝝ dulciū excorticatarū. añ. ʒ. v. fiant pillule cū muscilagne psillij vel seminis citoniorum: ⁊ iste pillule multū conferunt in causa calida Si vero patiens sit sine fe. putrida tunc loco ptisane sumat panē cū lacte dulci recen. capre vel asine pascentis ordeum ⁊ herbas humidas: q̄ si timor fuerit de coagulatiōe lactis in stomacho addat aliquid zuccari vel mellis: vt dicit Gal. vij. de ingen. sanitatis. vel comedat carnes pdictas alteratas cum herbis predictis vtat in cibo speciebꝰ aromaticis dulcibus que sic fiunt. ℞. cinamomi electi. ʒ. ß. cardomomi croci. añ. ʒ. s. fiat puluis cribellatꝰ vngatur pectus vel nucha cuꝫ oleo ros. vel viol. mixto cū muscillagine psillij vel cāphore. Cura eius q̄ fit a frigiditate aeris est cauere ab ipo oino ⁊ fomentare pectus cum pānis calidis. Cibet preterea brodijs calidis carniū bonarum conditis cum cinamomo cardamomo ⁊ croco. Bibat ydromel vel vinū calidum limphatuꝫ fm medietatem. vtatur dyagallanga vel dyazinzi. sero cum vadit dormitum: post illud bibat aliquid aque calide vel vini calidi limphati. Post declinationē morbi balneet in aqua decoctionis camomille ysopi mellilotí. Si autē per ista nō curaret: sequitur q̄ materia est fixa. quare purgetur cū pillulis cochijs vel medicina de turbit. ⁊ ß preterea per ordinem localia predicta. Cura eius q̄ fit ppt pleuresim vel peripleumoniā est cura ipaꝝ. Cura eius q̄ fit pp̄ter catharrū est q̄ si catharrus sit de materia frigida velut accidit senibus et flegmaticis nō potētibus dormire de nocte pp̄ter impedimentū tussis. Sumat omni die. ʒ. ij. sirupi de ysopo cū aqua decoctionis vrticarū q̄ sic fꝫ. ℞. ysopi se. vrticarū capill. veneris se. vel rad. raphani. añ. ficuum numero. x. decoquant in aqua cum dactillis totidē ⁊ fꝫ. sirupus bene coctus cū zuccaro in estate ⁊ in iuuenibus: vel cū melle in hyeme: ⁊ in senibꝰ purget postea cū pillis cochijs ⁊ yerapigra. Si aūt flegma sit grossum viscosum opꝫ pꝰ purgationē oī sero cuꝫ vadit dormitū vt sumat. ʒ. s. vel. ij. cū aqua calida pulueris q̄ sic fit. ℞. yreos ysopi liquiritie croci. añ. ʒ. ij. terant ⁊ cribellent. vngatur gula ⁊ nucha ⁊ caput abrasis capillis ⁊ corpꝰ totū mane ⁊ sero cū vnguētis calidis marciaton vel arrogon: ⁊ sup locū vnctū apponatur calidus pānus ad ignē calefactus. Et si per hoc nō restringatur catharrus fiāt emplastra rubificatiua sup caput dicta caplo de catharro. vltimo vero fiat cauterium in vertice capitis. si nihil hoꝝ cōtulerit: nutriatur bonis carnibꝰ. Bibat vinum limphatū vltra mediū. Sumat etiaꝫ q̄n q̄n itur dormitū post purgationē pp̄rie. ʒ. ß. ʒʒ. conditi vel dyagallange vel dyacardamomi. ⁊ post bibat aliquid vini vel aque calide. Si autem per ista non curatur: sumat de confectione que sic fit. Recipe succi liquiritie dragmas decem. ysopi capillis veneris. yreos. carui. croci. piperis. aristologie rotunde amigdalarum amararum nasturcij

an̄.ʒ.v.fiat electuarium cum melle vel zuccaro detur ex eo ad moduꝫ nucis. hoc enim educit flegma grossuꝫ ⁊ saniē ex pectore pulmone stōacho ⁊ gutture. Teneat in ore pillulas bilzilias que sic fiūt. ℞. piperis mirrhe carui.amigdalaꝝ amaraꝝ.an̄.ʒ.ij.asse fetide.ʒ.j.cōficiātur cuꝫ vino:q2 inciduāt materias grossas.vel transglutiat quattuor vel q̄nq3 de ijs pillulis sero cum vadit dormitū ℞.mirrhe storacis liq̄de thuris opij.an̄.ʒ.ij.q2 remouet tussim impedientē somnum ⁊ dormire faciūt rōne opij licet mūdificēt pectus ⁊ pulmonē ex materia frigida rōe mirrhe storacis ⁊ thuris. Et cōferunt etiā ꝯ aerem pestilentialē si transglutiātur ex eis oi mane due vel tres. Si autē patiens nō possit eis vti propter amaritudinē addat zuccari succi liq̄ritie.an̄.ʒ.ij.vel plus. Si aūt catharrus sit de materia cal'a acuta.s.chol'a vel flāte salso:tunc cura eiꝰ est vt bibat omni mane.℥.j.sirupi de papauere vel ro.⁊ gargariset de eo cū aqua decoctionis ro.balaustie iuiubaꝝ sebesten granoꝝ pini mundatorum vel de oxizaccara vel dyamorō ⁊ aqua calida. Teneat sub lingua in ieiuno ⁊ an̄ cenam cōtinue pillulas q̄ sic fiāt.℞. amili dragaganti amigdalaꝝ dulcium fabaꝝ excorticatarum vel lentiū excorticatoꝝ papaueris gūmi arab.boli arme.an̄.ʒ.ij.cōficiant̄ cum muscillagie psillij vel se.citonioꝝ q2 oīa ista inspissando materiā acutam digerūt ⁊ habilem faciūt ad screādum. Nutriat̄ succo ordei vel farris vel risi aut frmenti vel carnibꝰ assis pulloꝝ aut castratorum. Potetur vino dulci limphato cum aqua frigida. Et modus curatiōis habet etiā locuꝫ in tussi q̄ est cum fe.⁊ etiā cū apostemate calido. Si autē per ista nō curaret̄ ꝓpter acuitatē materie et multitudinem fluxus sumat.ʒ.ij.vel.iij.de pillulis q̄ sic fiāt sero cuꝫ vadit dormitū.℞. thuris mirrhe opij croci an̄.ʒ.ß. liq̄ritie.ʒ.j. fiāt pillule cū rob vini vel vino debili. Abradatur caput post ista ⁊ lauet̄ ex sinapi cōfecta cū decoctione ficuū donec rubificet̄.vngatur caput totū cum oleo roſ. ⁊ oleo camomille mixtis. Et forte necesse est purgare totum corpꝰ cuꝫ pillis de reubarb. positis ca. de catharro.q̄ si oīa non ꝓficiunt:fiat vltio cauterium in anteriori parte capitis vbi est cōmissura ⁊ dimittat̄ apertū longo tēpore.

Scias preterea ꝙ cauteriuꝫ multū valet in omni tussi ex catharro. Sil'r ⁊ in catharro descendēte ad stomachum oculos vel pectus. Scias etiā ꝙ ista tussis vt plurimum ducit hoiem ad ptisim.⁊ ideo solicitanduꝫ est in eius cura. Itē post purgationes localia p̄dicta sumat oi die ⁊ sero cum vadit dormitum vnā rad.ʒinz.⁊ post ipsam comedat.℥.j.zuccari ro.veteris.⁊ post illud bibat aliq̄d aque calide:q2 digestionē confortat ratione ʒinz.⁊ materiā acutam stipticat ⁊ fluxum ꝓhibet rōne zuccari roſ.vel aque. Curā eius q̄ fit ꝓpter ēpima ⁊ collectionē saniei vl' sanguinis in pectore. Sil'r ⁊ curam eius q̄ fit a ptisi dicemꝰ cū de illis passionibꝰ scribemꝰ.

Emperica.

Puluis expertusq̄ datur cōtra tussim humidam siue sit cum fe.siue sine fe. sic fit. ℞. capillis veneris se.vrtice yreos ysopi an̄.ʒ.j. liquiritie.ʒ.ij.cardamomi.ʒ.ß.cinamomi electi.ʒ.ij.cassie lignee ʒinz. folij nucis mus.an̄.ʒ.ß.macis croci an̄.ʒ.ß.piperis longi.ʒ.ij.terantur ⁊ cribellent̄: dentur in aurora.ʒ.j.vel ij.cum vino dulci vel aqua decoctionis ysopi vel liquiritie vel succo facto ex farina ordei vel spelte vel frumenti vel mixtis simul: et condiatur succus cum lacte amigdalarū. Hic nanq3 puluis materiā humidam digerit ⁊ resoluit ⁊ ipsam leuiter expuere facit. Item cōe remedium ad oēm tussim ex materia frigida ⁊ ventositate est vt patiens vtat̄ mane ⁊ sero hac confectione. ℞. pul'.cimini.℥.ß.dyatriū pipereon cōfecti cum melle.℥.ß.misceatur ⁊ facta purgatione vna vel duabus videbis mirabile. Item communiter operantes in catharro siue calido siue frigido faciunt cauterium dictum in methodo. vel loco eius causticant collum ⁊ spatulas cum cantaridibus incorporatis cum fermēto positis similiter supra collum donec vesicetur ⁊ materia diuertatur ⁊ euacuetur. Item rubificant caput abrasis capillis cuꝫ emplastro ex sinapi melle fimo columbino ficubus siccis raphano succo opij aneti yreos ⁊ similibus. Item lauare caput cum lixiuio facto de cinere quercus vel vitis in quo decocta sint folia lauri sticados ysopus maiorana flores camomille mellilotiet similia. Iteꝫ saccelletur caput cū milio

tus sed grauatiuus: quia substantia pulmonis non sentit sed panniculus eius inuoluens ꝛ mediastinus. Siĺr ꝛ difficultas anhelitus fiet maxima cū cōtinuo timore suffocationis ꝛ dolor declinabit ad partes pectoris posteriores īter duas spatulas vel ad anterius nō autē ad latera ꝛ rubor apparebit in maxillis. Item materia pleuresis trāsmittit ad cor: et tūc fit sincopis: ꝛ forte mors qñq ad cerebrū et tunc fit frenesis ꝛ nigredo lingue cū ariditate et vrina remissa cum prius esset tincta valde ꝛ dolor lateris diminuit vel auferr qñq ad pulmonē: et tūc dolor nō est adeo acutus sicut prius: sed anhelitus difficilior fit. Unde Ipo. vij. parti. ampho. In pleuresi de peripleumonia malum qñq ad neruos et tūc fit spasm⁹. Qñq post ascellas: et post aurē vel post aliā ptīculam exteriorē: et tūc apparet ad sensum tumor et alleuiatio infirmi. Signa vero longitudinis pleuresis sunt ꝙ diu durat et⁹ principium vniuersale et sputū indigestū et grossum viscosum et similia: et tussis sicca difficilis: q2 quādo principiū est longū tpa erunt longa: vt d2 primo de crisi. saluo ꝙ virtus sit fortis: q2 si esset debilis ꝛ alia mala signa apparent: posset abreuiari ad mortē. Signa vero breuitatis ad salutē sunt cōtraria et proprie breuitas pncipij ꝛ cita apparitio digestionis in sputo et infra primos tres dies et eius facilis eductio: et vl'r oīa signa salutis sine permixtione cōtrarij. Signoꝝ pronosticoꝝ quattuor sunt modi. Nam quedā significant bonū absolute: quedā malū absolute quedā salutē: quedam mortem. Signa bona absolute sunt si sputū cito a pīcipio egritudinis et infra tres primos dies fit facile sine multo labore tussiendi vel screandi et sit subrubeum sano sputo admixtū a pīcipio vel statim post: neq perseueret in septimū diē in colore subrub. sed albescat. Et vniuersaliter omne sputū cū diminutione doloris veniens est bonū. Signa mala absolute sūt vt dicit ypo. scdo pnosticoꝝ. si sputū fit tardū in principio: et si rub. postꝙ euenerit aut citrinū purum cū laboriosa tussi vl' albo sputo cōmixtū: vel si fit rub. oīno velut sanguis quod rupturā vene significat. Sputū vero viride vel citrinū vel subcitrinū cholericam. Sed albū sputū viscosū globosū flegmaticā Et sputū liuidū vl' nigrū melācholicā denotat materiā. Materia igitur sanguinea est mala: flegmatica peior: cholerica magis mala: melancholica pessima. Item sternutatio veniens in principio et cum materia est adhuc ī fluxu siue sternutatio pcesserit pleuresim siue coequa sit: malum est quia auget apostema. Sternutatio vero superueniens in declinatione ꝛ cum materia tota fluxerit ꝛ tota digesta est bonum: significat eñi virtutis expulsiue fortitudinem ꝛ materie euacuationem. Itē omne sputū cum quo diminuitur dolor ꝛ malitia anhelitus est bonū. Item sputum subrub. a principio apparens ꝛ vsq in. vij. diem vel amplius perseuerans ita ꝙ neq dealbatur: neq sano sputo permisceatur malum. Item si medicus recte operet neq ex hoc eger se melius habet malū. Item si lingua sit liuida frequens ꝛ vrina subtilis aut grossa valde ꝛ pulsus debilis malū. Itē si superueniente sputo vel solutione ventris vel exuberantia vrine vel farmacho adhibito vel quolibet alio cōpetēti medicamine velut est sudor fluxus sanguinis narium calefactorium ꝛ similia: dolor lateris nequaꝙ minoretur malum est: quia significat ꝙ pleuresis non terminabitur per sputum sed per sanationē. Signa salutis sunt cum signis bonis predictis constātia virtutis bonitas pulsus ꝛ anhelit⁹ facilis excreatio sine plurima tussi calor naturalis equalis in toto: membrorum flexibilitas sitis pauca ꝛ vrina egestio ꝛ sudor et somnus bene se habeāt. Hec eñi omnia si vsq ad septimum diem perseuerauerint: promittunt salutem in. xiiij. vel circa. Signa mortalia sunt cum signis predictis malis debilitas virtutis malitia pulsus et anhelitus: ita vt sit spissus debilis anxius valde continuus exspiratio laboriosa ꝛ parua cum tussi plurima sitis intensa. calor intensus: ita ꝙ venter ꝛ latera sint calida plurimum sed frons ꝛ extrema frigida. Similiter vrina egestio sudor ꝛ somnus male sunt se habentia. Et per sputum fetidum vel nigrum grossum et viscosum cum oregmone citrinum cholericum purum sine omni albedine. Hec omnia si perseuerauerint vsq ad septimum diē vel plurima eorum in die. vij. aduenerint mortem signant in nona vel. xi. die vel ad plus in decimaquarta. Item

si materia pleuresis rapiat ad pulmonem vel ad cor et cerebrū mortale. Si vero post aures vel subascellis vel ad aliū locum ignobilem: et cū eger alleuiat⁹ fuerit salubre. Item si multū expuit: deinde cito retinet grauedine et dolore remanēte mortale: quia signat prefocationem multitudine materie. Itē signa salutis pleuresis cum teriatur per sanationem sunt: vt dicit Ypo. ij. pnosticorū. quia calor fe. minuitur: vel ex toto recedit in die rupture: et tūc redit appetitus cibi neqȝ sitiunt. Et est egestio tēperata nō liquida neqȝ dura: et sputuȝ et sanies laudabilis: scȝ alba lenis equalis: vt ypostasis exiens sine labore oī vel cuȝ modica tussi. Hi nāqȝ in breui tēpore sanātur. et qui plurima eorū habent citius sanant circa id hȝ qđ significat salutē apparēt plura vel pauciora. Signa mortis in talib⁹ sunt remanentia caloris fe. post diē rupture: et quod febris redit quasi furtiue et aspera siti: et fastidio cibi et egestionem hn̄t liquidā et sputum eorū est liuidū vel viride vel flegmati viscoso permixtum et spumosum difficile extens et cū mīta tussi et laboriosa in quib⁹ apparēt oīa ista signa pituros nō dubitabis. Signa dubia predictorū sunt: quoniam qui habent quedam eorū: sed non oīa ij moriūtur: hi saluantur: vtriqȝ tn̄ exitū difficilē consequentur.

¶ De peripleumonia. Cap. iiij.

Peripleumonia est apostema pulmonis et velaminū ei⁹ que sunt duo: scȝ velamen circūuoluens pulmonē totuȝ et mediastinum pectoris quod est velamē diuidens pectus et pulmonē per mediū secundum longum: ita vt maior pars pulmonis sit in latere dextro. Minor vero in sinistro propter cor quod sinistre parti extat alligatum. Fit igitur ex oī genere quattuor humorū queadmodū et pleuresis. Uerūtamē differt quia sicut pleuresis vt plurimū fit a cā subtili cholerica. Ita pipleumonia vt plurimū fit a materia grossa flegmatica decurrente per venas et arterias in substantiā pulmonis. Et nō dicat aliqs quod fiat a reumate per venas descēdente a capite per cannā pulmonis: quia sicut probatum est ca. de pleuresi. circa pncipia tale reuma potest causare catharrum vel empima: sed nō apostema: licet aliqua accidentia apostematis cōmunia vel propria eum cōsequantur que sunt fe. continua asma tussis et silia. Fit etiam quādoqȝ pipleumonia ex pleuresi quando materia stillat ex pleura in cōcauitatem pectoris. Deinde ingreditur orificia vene arterialis et arterievenalis que sunt vene sparse per totam substantiā pulmonis et causat ibi apostema quādo putrefit. Si enim ingrederetur ora ramorū canne pulmonis nō causaret peripleumoniā: sed esset male terminationis pleuresis per resolutionē: vt dictū est ca. de pleuresi. Signa peripleumonie in cōmuni sunt fe. cōtinua pulsus vndosus rubedo maxillarū tussis multa anhelitus maximus cū continuo timore suffocationis dolor pectoris pōderosus declinās ad ante et retro inter spatulas. et quia non potest iacere supine neqȝ in ventre pre suffocatione cum dolor pleureticus ad latera declinat. Signa peripleumonie a sanguine sunt cuȝ pdictis habitudo carnosa mūda rubedo cum rubore fortissimo maxillarū tussis valida cū sputo subrubeo vel spumoso fe. continua acuta valde etas iuuētutis: tempus veris: vt plurimum vrina rubea clara et grossa. Et antecessio potus vini plurimi: et dolor pectoris grauatiu⁹ cū punctura multa: pulsus vndosus et velox cum mollificatione arterie. Similiter et apertio venarum grossarum repletarum per membra corporis omniūqȝ. Signa vero peripleumonie ex flegmate sunt cum predictis habitudo flegmatica: etas senectutis: antecessio sati etatis antiquate cum multitudine flux⁹ catharrosi cui successit tussis difficultas anhelitus cum oregmone et fe. lenta sputum album spumosum viscosuȝ vrina grossa et remissa: vel karopos pulsus rarior et mollior predictis. et grauitas in pectore maior sine dolore pungitiuo plurimo lingua alba mollis in principio egritudinis et fine asperitate languescente. Signa eius que a causa cholerica sunt cum signis quibus sputum subtile citrinū spumosum amaritudo oris pulsus spissior et vrina citrina valde subtilis et clara dolor pungitiuus acutissimus. Similiter habitudo complexio etas et tempus cholericum et asperitas lingue cum nigredine et fe. continua arsiua. Signa eius que de causa composita sunt adunatio signorum predictorum. Signa eius que fit ex pleuresi sunt antecessio signoruȝ pleu-

resis quibus succedūt signa ista illis cessantib⁹ in toto vel in parte. Si tamē ambo sil' apparerent: essent pleuresis ꝛ peripleumonia simul necessario ꝑpter materie multitudinem exbuberantem.

Methodus.

Cura peripleumonie de cā calīa est vt primo fiat fleobotomia de vena mediana fortis. vsq ad sincopim quādo virtus sufficeret: vel fiat scđario fleobothomie si eger consuetus sit. Postea die scđa vel tertia fiat clistere lenitiuū dictum in frenesi vel suppositoriū si virtus sit debilis: ꝛ hoc continuetur omni die: neq permittat̄ exiccari quocunq mō cū empiastris vnguentis electuarijs cibo ꝛ potu ꝛ sirupis: fiat sicut in pleuresi de cā calida. ꝑpter qđ indigemus fortioribus screatiuis: vt materia cū tussi euacuet̄ cū in ea sit maior timor suffocatiōis q̄ in illa. Cura eius q̄ est a cā frigida est vt primo purgetur cum pillis cochijs vel cū beneđ. vel cum medicia de turbith dissoluta in sirupo viol. ꝛ in aqua meil. vel in aqua decoctionis liq̄ritie ꝛ ysopi. Postea die scđo vel tertio fiat flōmia de vena mediana: i alijs fiat sicut in pleuresi de cā frigida. In cā vero composita fiat cōpositio medicinarū sirr ꝛ diete.

Emperica.

Dia q̄ scripta sunt in cap. de asmate. reumate. tussi. ꝛ pleuresi vtilia ad educendū materias ex pectore ꝛ pulmone cū screatu sine tussi vtilia sunt pn̄ti ca. Subdā adhuc p̄ter illa vnū lobocb mes. positū in suo lib. de appropriatis cōferens vitio pectoris oiquaq. ℞. papaueris albi spodij se. lini croci amigdalarū dulciū ana. ʒ. iij. amili dragagāti gūmi arabici se. citonior̄ se. cucurbite an̄. ʒ. vj. se. nasturcij se. borraginis amigdalarū amararum fabarū an̄. ʒ. j. ꝛ ß. penid. ʒ. lxx. dissoluantur penid. in aqua fontis ꝛ coquantur ꝛ cetera cōficiant̄ cū duabus lib. zuccari albissimi lābatur ex eo frequēter inglutiendo paulatine. Itē electuariū ad idē. ℞. pinearū mundatarū amigdalarū dulciū an̄. ℥. iij. ysopi. ℥. ß. dragaganti se. lini assi an̄. ℥. ß. fenugreci amili succi liqritie an̄. ʒ. ij. se. cōium frigidorū excorticatarū. ʒ. ß. se. bombacis excorticati ʒ. ij. terant̄ ꝛ conficiant̄ cū lib. vna zuccari: et fiat electuariū ad modū dyapenid. Itē si materia sit frigida viscosa ꝛ se. lenta confert lobocb de squilla positū ca. de tussi i ēpericis.

Canones.

Dia scripta in canonib⁹ pleuresis conferunt p̄senti ca. Sed recordare q̄ pipleumonia terminat̄ altero triū modorū: sicut ꝛ pleuresis scʒ p resolutionē vel p sanationē vel p indurationē. Ex quo scire potes in pleuresi dictū est q̄ si peripleumonia nō terminat̄ per fluxū san. nariū infra primos. iiij. dies vel sudorem pectoris decurrentē: vel nō purget̄ per sputū infra. xiiij. dies in principio: terminabitur per sanationē ꝛ faciet empima: quare pro cura eorum recurre ad ca. de empimate Si vero a die. xiiij. vsq ad. xl. nō mundificet̄ a sanie ptisim efficit: quare p cura eor̄ recurratur ad cap. de ptisi. Recordare p̄terea q̄ qn̄ das sirupū digestiuuʒ in aurora vel in vesperis nequaq̄ debes dare aquā ordei: sʒ ante vel post per duas vel tres horas. Similiter neq cum cibo dabis aquam ordei: sed potum alium: vtpote iulep vel mellicratuʒ aquosuʒ vt sitis necessitas aut sputi siccitas ipsum postulauerit.

Pronosticatio.

Dia dicta in pronosticatione pleuresis conferunt in p̄senti ca. verūtamen dicam⁹ ꝛ alia famosa. Peripleumonia est piculosior pleuresi propter maius impedimentū qđ fit in anhelitu q̄ in pleuresi. Iteʒ peripleumonia fit plurimum ex pleuresi ꝛ raro per se incipiendo: ꝛ siue trāseat pleuresim siue nō semper malum est: quia materie multitudinem vel venenositatem al's ventositatem significat. Unde Ypocra. vij. amphorismorum. In pleuresi peripleumonia maluʒ. Itē si in die quarta vel septima peruenerit fluxus sanguinis plurim⁹ vl' sudor pectoris exbuberās constāte virtute ꝛ alleuiatione sequēte salubre. Itē peripleumonia aut interficit infra vij. dies: aut transit in ptisim vt plurimum. Item si materia peripleumonie terminetur ad vias vrinales vl' faciat apostema creticū post aures vel in inguinib⁹ vel in alijs partibus corporis: ꝛ ꝑprie post signa digestionis in sputo et vria ꝛ alleuiatiōe infirmi si

gnificat salutē: sin autē mortē. Itē Ipo. ij. p/nosticorum. Si in peripleumonia anbelit⁹ conspuisset sine manifesta cā: vel postꝙ cau/sa peripleumonie cōueniēs fit vt ypocūdria et partes inferiores sint oīno absqꝫ dolore ⁊ calore significat apa creticū futurum post aures: quare materia rapit̄ ad supiora. Qō si hmōi apa maturet̄ ⁊ saniē laudabilē generet: deinde rūpatur ad exteriora significat salutē: sin autē mortē ꝓpter lesionē cerebri ⁊ timorē frenesis ex dolore forti. Itē Ipo. Peripleumonia maxīe accidit grādeuis ⁊ illis qui sunt in tertia etate que senectus dr̄: ⁊ est circa. xl. annū. Ubi nāqꝫ pereunt ex ipsa qn̄ terminatur in eis per saniationē magis ꝙ p sputuꝫ. Iuuenes vero magis pereūt a pleuresi in alijs apatibus interioribus tendētib⁹ ad saniationē: cuius cā credit̄ ex illa. Peripleumonia vt plurimū est a cā frigida: pleuresis vero ⁊ alia apata a causa calida. Item di. Ipoc. vj. amph. A pleuretide habito aut peripleumonia dyarria supueniens maluꝫ. sic si sit ꝓpter cōpassionē epatis vel multitudinē materie: sed per euacuationē creticaꝫ erit bonum. Itē si peripleumonia permutet̄ in subeth vel litbargiā malū. Itē Ipoc. vij. parti. amphor. In peripleumonia frenesis malum supple ⁊ omnis alienatio mentis.

¶ De empimate
Capitulm quintum.


Empima dicit̄ collectio saniei in substantia pulmonis vel ramis trachee arterie dispse per totam eius substantiā in multa quantitate: quemadmodū in ptisi sub quantitate modica. Similiter ⁊ in pectore ⁊ in loco medio inter concauitatē costarum ⁊ cōuexum pulmonis. Fit autem ista passio aut post catbarrum quādo nō purgat̄ per sputū infra. xiiij. dies a sui principio: aut post pleuresim vel peripleumoniā qn̄ nō terminat̄ per resolutionem: sed per saniationē. Signa eius quādo fit post catbarrū sunt: qꝛ patiens sentit in gutture descensum catbarri multotiens et post illud sequitur tussis cum protectione sputi saniosi multi vel pauci vel difficultas anbelitus quandoqꝫ cū oregmone vt accidit vt plurimum pluribus flegmaticis senibus et humidis circa caput ⁊ pectoralia: ⁊ est vt plurimum cum feb. propter caliditatem saniei inflammantis cor ⁊ propter diminutaꝫ euentationem cum necessitate adaucta. Signa eius quando fit post pleuresim vel peripleumoniam sunt antecessio signoꝝ pleuresis aut peripleumonie. Et deinde per quattuordecim dies vel circa id augetur fe. ⁊ dolor pungitiuus ⁊ aduenit egestio quandoqꝫ rigor ⁊ anxietas: ⁊ vniuersaliter oīa signa dicta capitulo de pleuresi. parasso. C. de signis terminationis pleuresis per saniationē Fit autē quandoqꝫ ista passio a casu vel vulnere penetrante in concauitatem pectoris quando sanguinis emorosagia nō fit ad extra: sed ad intus: neqꝫ statim purgatur per sputum neqꝫ per vulnus: quare conuertitur in saniem vel rem ventosam: nisi forte illud subito suffocatio antecedat. Unde Ipocra. vj. amphorismorum. Si sanguis in ventreꝫ effusus fuerit necesse est in saniem conuerti. Et intellige per saniem virus ⁊ omnem materiam corruptam.

Methodus.

Cura isti⁹ passionis per emplastra ⁊ vnguenta maturatiua ⁊ saniei generatiua posita supra pectus: ⁊ deinde per lohoch ⁊ sirupos screatiuos ⁊ electuaria ⁊ omnia mundificantia membra spiritualia a sanie: quorum quidem copiam reperies capitulo de tussi. ⁊ capitulo de catbarro. prout ista passio est a catbarro. Sed in capitulo de pleuresi prout fit post pleuresiꝫ vel peripleumoniam. Sed preter dicta illic addem⁹ adhuc alia. Ungatur ergo pectus totum ⁊ spina cum oleo de lilio vel aneto vel camomille vel nardino vel mixtum ex ipsis addendo aliquid butiri cere ⁊ croci: hoc enim vnguentū mitigat dolorem sui resolutione leui generat saniem sui caliditate ⁊ viscositate: vt dicit Galenus. xj. de ingenio sanitatis. Sanies generatur per medicias calidas assantes et viscosas oppilantes poros: ita vt neqꝫ resoluatur subtile ⁊ remaneat grossum: neqꝫ calor naturalis euaporet: debet tamen oppilatio non esse fortis ne forte calidum naturale suffocetur: quia tunc nō generaret̄ sanies laudabilis: sꝫ virus: ⁊ denigrare

tur membrū: ⁊ forte putrefieret ⁊ corrūpere tur. vel vnguatur cū dialtea vel cum vnguē to marciaton: si materia sit grossa viscosa. Et super vnguentū ponatur emplastrū ta/le maturatiuū calidum. ℞. radicis maluaui sci cocti ⁊ mūdati intus ⁊ extra. ℳ. ß. florū camomille viol. aā. ℥. ij. farine ordei. ℥. q̄nq̄ coquātur perfecte ⁊ pistentur ⁊ incorporent cū oleo camomille ⁊ anetino qḋ sufficit. vel cum oleo viol. si fe. sit intensa: ⁊ cum infrigi datum fuerit statim reiteret. Sed si mate/ria fuerit grossa ⁊ fe. lenta adde in empla/stro farinā fenugreci se. lini dragaganti gū/mi arabici amigdalarum dulciū ana. Et si materia sit adhuc grossior fiat emplastrum ex semine nasturcij ⁊ se. apij ⁊ melle dispu/mato. Utatur cōtinue screatiuis: scʒ dyape/nid. dyagragāto in causa calida dyaysopo dyayris dyacalamento dyaprassio in mate ria viscosa frigida ⁊ mixtis i materia mixta dissolutis cum sirupo viol. vel cum melle di spumato. Dieta etiā consistit in prohibitis et permissis. Prohibita sunt oīa grossa vi scosa vt carnes porcine bouine antique ca/seus pasta tortelle. Sil'r ⁊ oēs pisces nisi pe trosi ⁊ cibus ois assus vel frixus ⁊ omnis ci/bus acetosus ponticus vel acerb⁹ ⁊ oia acu mina vt allia sinap. cepe. nisi forte q̄nq̄ si/nap. condita cū melle vtatur lambēdo mode rate ꝓpter screatū: et oēs ficus ꝑter ficus sic cas pingues iuiubas dactilos: vuas matu/ras ⁊ auellanas. Permissa vo sunt oīa screa tiua apitiua lenitiua: vt panis furfuraceus bene fermētatus bene sa. ti⁹ bene coctus vni⁹ vel duoꝝ dieꝝ. Et carnes edorum⁹ pullorū perdicū auium puarū vitelli ouoꝝ sorbiliū et vinū dulce subtile. Et iulep aut ydromel aut aqua decoctionis liquiritie ysopi. Ab/stineat a somno sup̄fluo pro posse et proprie diurno vel ilico post cibum: neq̄ iaceat supi ne. vtatur in cibo speciebus nō acutis: vt est macis cinamomū cardamomum liquiritie crocus ⁊ similia. Sumat mane et sero ↄ isto electuario. ℞. succi liq̄ritie ysop. capill. ve/neris aā. ʒ. v. cardamomi piperis amigdala rum amararū aristologie rotunde se. vrtice. aā. ʒ. ij. ⁊ ß. Conficiant cum melle dispuma to. Hoc eni superfluitates grossas de pecto re expellit. Item dragea ad idem. ℞. liquiri tie. ʒʒ. cinamomi electi. aā. ℥. iiij. gariofil. ℥. ij. anisi ameos. aā. ℥. xiij. passularū enuclea tarum q̄ntum de oibus: incidantur oīa gros so modo preter anisum passulas ⁊ ameos et misceantur simul.

Emperica.

Cōiter operā tes primo di/gerunt mate/riam antecedentē si corpus est plectoricum et virtus fortis cum oximelle composito vel squillitico vel melle ros. dando quinq̄ dieb⁹ cum aqua decoctionis passularū liquiritie ysop. vel cū aliquo sirupoꝝ dictoꝝ caplo de tussi. ⁊ caplo de pleuresi respicientiū mem/bra spiritualia ex ꝓprietate. Post hoc ipam educunt victibus gradatiuis cum pillulis co chijs in causa frigida vel cū pillulis de reu barba. in causa calida. Remota vero causa antecedente digerūt coniunctā cum vnguen tis ⁊ cerotis dictis ibidem et est hoc. ℞. yso pi humide. ℥. xij. cere citrine. ʒ. x. olei mirrhe bdellij muscillaginis fenugreci et se. lini. aā. ʒ. vij. terebentine resine. aā. ʒ. vj. muscil. agt. se. altee. ʒ. viij. redigantur mirrha et bdellium in puluerem subtilem ⁊ cum muscillagine dissoluātur. Deinde omnia simul incorpen/tur cum oleo et adipe dissolutis ad ignem in casola et fiat vnguentū quod tepidum li niatur super pectus: vel fiat ex eis cerotum super coriū album molle extendat. Post hec vero omnia ministrāt medicinas screatiuas gradatim ad fortes ascendendo ne educat sanies subtilis ⁊ grossa inspisset donec suf/focet vel ptisim causet. In fine vero rei tot⁹ exiccant pectus pulmonem ⁊ cerebrū cum subfumigio ex thure mastice mirrha et simi libus. Item electuarium pectorale et magi strale sic fit. ℞. iuiube sebesten ana. centum numero liquiritie mund. ʒ. xx. decoquantur in. vj. lib. aque donec medietas sit consum/pta: colletur et addatur libra. j. penid. ⁊ ite/rum coquantur vsq̄ ad spissitudinē. Dein/de addatur iste puluis. ℞. dragaganti gūmi arab. succi liquiritie amigdalarum dulciū amili ana. ʒ. x. semi. portula. cucurbi. melo. mund. ana. ʒ. iiij. fiat electuarium. Confert passioni pectorali cum materia vel sine etiā cum feb. Preterea si nihil ꝓficalium re mediorum confert: fiat cauterium cū ferro ignito in latere leso inter. vj. costā ⁊ septimā vbi est finis costarum verarum ⁊ principium

cy ra dotet quate · serm 4. c/ 6.8. f. 57.

men dosarũ et dyafragmatis: nec trahatur sanies tota simul: sꝫ paulatim. Et si sanies fit in vtroqꝫ latere oportet fieri cauteriũ in vtroqꝫ: qꝛ materia nõ potest fluere de latere ad latus pãniculo mediastino ꝓhibente: et fit cauteriũ latum: subtile ꝛ actuale. Consulo tamẽ ꝙ tales operationes poti⁹ relinquãt.

Canones.

Si fuerit a pleuresi vl' peripleumonia cura pficitur duplici intentione: scꝫ cũ maturatione saniei ꝛ mũdificatione eiusdẽ. Si a catharro tribus indiget: qm̃ vtraqꝫ pred. ꝛ cõfortatione particule mãdantis ne trãsmittat superfluitates ꝛ cõfortatione recipientis ne recipiat ꝛ hoc p stiptica. Prima igitur intentio oportet vt premittatur in ordine: quoniam non fiet error debite curationis.

Pronosticatio.

Empima ꝛ emorroys raro in senib⁹ maturant: imo suffocãt ante maturationẽ ꝓpter debilitateꝫ caloris naturalis ꝛ multitudinẽ materie a frigiditate. Itẽ empima cum oregmone ꝛ difficultate anhelitus plurima et sputo modico mortale. Itẽ empima si non mundificet̃ infra .xl. dies a die gñationis saniei transit in ptisim ꝛ post in mortem.

¶ De ptisi. Capitulũ .vi.

Ptisis est vlcus pulmonis cũ cõsumptione toti⁹ corporis a calore febrili ethico siue calore artificiali occulto lẽto mẽbris ꝛ humiditatibus eoꝝ in toto. Fit aũt ab omni qd̃ corrodit ꝛ vulnerat substantiã pulmonis vl' velamia eius q̃ sunt decem numero. Primum est catharrus acut⁹ de cholera vel flegmate salso cronicus pdurãs. Scd̃m est squinãtia vel apostema vu ule quãdo facit rupturam ꝛ sanies descẽdit ad pulmonẽ. Tertiuꝫ est pleuresis aut pipleumonia qñ terminat̃ per sanationẽ: ꝛ sanies nõ purgatur infra .xl. dies a die rupture. Quartum est retentio menstruoꝝ ꝛ emorroidaruꝫ q̃ diu in corpe retenta corrũpunt̃ in pessimas qualitates et transmittũt fumos venenosos ꝛ caprinosos ad pectus: hoc tñ raro fit. Quintũ est frigiditas aeris inspirati cõstringẽtis membra spũalia: vt accidit pastoribus ꝛ viatoribus. Sextum est caliditas aeris exiccãtis ꝛ scindentis ptes pulmonis: sicut in fabris ꝛ aratoribus. Septimũ est irregularis atqꝫ diminuta cordis euẽtatio: sicut accidit habitantibus in mõtibus ꝛ cauernis. Octauũ est tussis assidua cronica q̃ suo motu forti rumpit velamina pulmonis: sicut accidit senib⁹ dormire non potẽtibus ex catharro: ꝛ etiam fit a motu forti: sicut accidit excãtantib⁹ ꝛ leuãtibus res ponderosas cum retẽtione anhelitus vehementi. Nonũ est sputum sanguĩs quod si cõsolidari non potest: conuertitur in saniem que sui nitrositate ꝛ caliditate corrodit pulmonẽ cum oĩs sanies generetur ex humorib⁹ per viã assationis. vt ignis generat ex lignis viridib⁹ per viã adustionis: vt dicit Gal. in cõmento illius amphor. secunde particule. Circa generationẽ saniei ꝛc. Decimũ est vomitus laboriosus: qꝛ propter fortem motum stomachi ꝛ ysophagi ꝛ retẽtionem anhelitus ꝛ attractionẽ humoꝝ ad pectoralia rumpũtur vene debiliter cõtexte in pectore ꝛ pulmone. ꝛ ꝓpꝛie in habentibus membra spiritualia rara ꝛ debiliter ꝯtexta Sed ex quacũqꝫ causa veniat ptisis eadem sunt signa: cura: ꝛ ꝓnosticatio. Signa ptisis trahũtur ex quinqꝫ rebus. Prima est tussis: quoniã in ea fit tussis frequens: ꝛ ꝓpꝛie per noctẽ cum proiectione sputi saniosi vel sanguinolenti. Secunda ab habitudine corporis: quia fit in ipsa collum gracile ꝛ corpus macrum quod de die in diem minuit̃ ꝛ epyglotus eminet. Tertia a calore: quia est cum febre lenta ad tactum primum: sed acuta ac vehemens quando manus diu ponitur super corpus ꝛ ista fe. inflãmatur magis solito post sumptionem cibi per vnã vel per duas horas quando nutrimentum spargitur supra membra: sicut aqua frigida super calcem viuam que sunt propria signa ethice. vt dicit Galenus .x. de ingenio sanitatis. Quarta a pulsu: quoniam fit necessario subtilis. paruus debilis strictus. Quinta ab vrina: quia est subtilis nõ tincta. sed valde oleaginea in superficie. Hec ergo omnia aggregata conferunt ꝛ ptisim signant perfectam et presentem. Sciendum preterea ꝙ vlcus pulmonis vel est recens non confirmatum. Cuius signa sunt: quia nõ expuitur sanies

pura: sed sanguini permixta. Similiter et est modica quare recipit curationem et perfectam consolidationem: vel est largum et confirmatum et antiquum. Cuius signa sunt: quia sputum est saniosum purum et liuidum fetidum plurime quantitatis: quare recipit curationem non perfectam: sed blanditiuam solum que consistit in prolongatione vite: quod quidem propter assiduum motum et fortem pulmonis: quia est vlcus non potest consolidari cum ad hoc requiratur quies diuturna. Unde refert Auicenna. iij. canon. fen. x. cap. de ptisi. quod conseruauit quandam veterem mulierem ptisicam quatuordecim annis et dabat ei zuccarum ros. vetustissimum ad māducādū omni die quātum sumere poterat etiā loco panis et alteriusque cibi.

Methodus.

Cura ptisis que fit a catharro continet in se omnes cautelas et medicinas vtiles atque necessarias pro cura cuiuscunque ptisis: quare de ipsius cura loquemur principaliter queādmodum in libro regi. acutorum. assumit pro exemplo pleuresim: verūtamen intelligit curam omnium egritudinum acutarum tam cum apostemate quam sine apostemate cum in cura pleuresis cōcurrunt omnia necessaria in cura cuiuscunque febris acute. Cura istius ptisis in duobus cōsistit: scilicet dieta et medicina. Dieta est ordinatio sex rerum non naturalium ad temperamentum: declinando tamē aliquātulū ad frigidum et humidum. Aer igitur sit coopertus ab omni vento et proprie meridionali et septētrionali. Camera eius subfumiget in hyeme ligno aloes vel mirrha storace et iunipero. Si in estate et rosarum sandal. nenuph. folijs populi vitium et salicis. Panis similagineus nō bene fermētatus: vtatur riso vel farre condito cum butiro. similiter et pulmento facto ex decoctione ordei excorticati vsque ad fracturam granorum: quod deinde colletur: et in collatura amilum condiatur cum lacte vel butiro. Et si debilem habeat stomachū addatur modicū de puluere cinamomi. Sed caueat a rebus acutis omnino: et proprie a pipere et sinapi: quia sanguinem acuunt et vlcus faciunt elargari. Utatur carnibus pullorū edorum perdicum fasianorū et magis assis quam elixis: nisi debilitas stomachi cōtradicat. Similiter vtatur bonis piscibus de aqua currenti petrosa preparatis cū aneto et sale vel piscibus maris. Similiter cancris pinguibus nutritis cū lacte ablatis primo extremitatibus et ablutis cū lixiuio perfecte. Item vtatur lacte asinino vel caprino cum mica panis vel cū melle vel cum zuccaro vel modico salis: nisi fuerit venter solutus superflue tūc enim non ponatur sal: sed proijciantur in eo lapides igniti vsque ad consumptionem sui totius. Et cum ipso nō vtatur diuersitate ciborū: duobus dūtaxat quia corrūperet omnino: Et decoquātur interdum carnes leues in lacte: sicut perdicū caponum pullorum: verūtamē oportet vt sint sepe elixe priusque ponantur in lacte. Et iterū vtatur pultibus ex farina simile vel auene conditis cū lacte: et iterū ex lacte et vitellis ouorum: fiat sorbitio delicata. licet aūt mulieris lac sit maxime proportionatum corpori nostro: tamē propter abominationē postponūt ipsum. In potu aūt vtatur vino dulci et suaui. vina aūt fortia calida et vaporosa vel stiptica et acerba oīno deuitet: quia fortia corpus exsiccant: sed acerba sputum prohibent. Misceat aūt vinū suū cū aqua pluuiali et zuccara cum qua cōuenit vt coquantur etiam sua cibaria: vel cū aqua fontis vel fluminis currentis: de oleribus vtatur parum et raro: de fructibus vtatur vuis iuiubis auellanis. Sed piris nequaquam: nisi fortassis post cibum cum zuccaro conditis et assatis. Gaudeat ocio tripudijs et gaudijs et solatijs ac omni quiete: quia omnis motus acuit sanguinem. Similiter et grandis vociferatio quecunque: dormiat non super cibum: sed quasi facta prima digestione et iaceat erectus quasi sedens propter facilitatem anhelandi et expuendi: non in die dormiat nisi somnū nocturnū perdiderit: caueat ab ira tristitia et omni passione propose a coitu omnino abstineat. vtatur ista dragera. Rx. passularum enucleatarum partes duas: liquiritie minutissime incise se. cōmuniū frigidorum aā. partem vnam. Cura aūt per medicinas consistit in tribus: scilicet in remotione cause reumatice: et cura vlceris: et remotione accidentium que concomitantur. Causa autem reumatica dupliciter curatur. Primo quidem cum prohibitione rerum nocentiū. Secundo cum approxima-

tione iuuantium. Res nocentes sunt reple/tio cibi potus ꝛ vsus vini: quapropter opor tet vt non detur nisi parum ꝛ adaquatuȝ val de cū aqua mellis vel ȝuccari. Similiter ꝛ vi gilie nocturne ꝛ somn⁹ diuturnus: ꝛ proprie super cibum aut capite depresso. Similiter ꝛ sternutatio cuȝ cruditate materie: post ma turationem vero est optima: ꝛ frigiditas ae/ris ꝛ omnis vomitus ꝛ balneari post come/stionem cibi ꝛ post ablutionez capitis: opor tet bene cauere a frigiditate aeris continen tis: tamen conuenit quandoqȝ balneari post comestionem propter extenuationez corpo ris superfluam: quam postea dicemus. No cet preterea motus capitis: sed prodest mo/tus membrorum inferiorum. Res vero iuuā tes sunt quatuor. Prima est euacuatio mate rie a cerebro. Secunda est diriuatio eius ad nares. Tertia adequatio materiei. Quarta prohibitio fluxus ad pectus. Euacuatio fit cum pillulis cochijs famosis quas dicemus capitulo de debilitate stomachi cum de em/pericis loquemur. verūtamen non fit huius modi euacuatio propter ptisim: sed propter catharrum: et proprie premissa materie di/gestione cum melle rosato collato ꝛ sirupo acetoso composito ex oximelle composito qđ cunqȝ ex eis presto fuerit. Et oportet vt po/tetur hic sirupus septem diebus assiduis in aurora dādo. ℥.ij. cum aqua decoctionis yso pi liquiritie cubebe nucis muscate ꝛ similiū ducentium virtutem ad caput. Et ijs die/bus calefiat omni mane caput eius cum pā nis calidis vsquequo sentiat penetrare cali ditatem ad interiora. Facta aūt purgatiōe fiat omni septimana semel euacuatio cū cli/steri attractiuo et geralogodio dissoluto et mellicrato ꝛ decoctiōe ruthe ꝛ maiorane nisi venter esset per se solutus. Diriuatur vo ma teria ad nares ꝛ ad alias partes vicinas cū pillulis dyacastorei dissolutis in succo ruthe que sic fiunt. ℞. castorei apij croci. ʒʒ. piretri euforb. elaterij mahathematicon leucopipe ris nigelle stafiȝagrie epithimi spice ellebori albi aā. ʒ. ſ. confice cum succo blete vel caulis in forma piperis: ꝛ oportet vt corpore iacen te supino naribus suggat vehemēter: ꝛ post hoc ore aperto ꝛ facie reuersa dimittat egre di omnino. Post illud vero fiat sternutatio omni die in ieiuno cuȝ hoc sternutatorio. ℞. castorei condisi cubebe roſ. masticis partem ſ. piperis longi. par. ſ. musci grana. xx. Item super caput ponantur (pilis abrasis) rubi/ficantia sicut est emplastrum ex sinapi. ꝛ mel le ꝛ stercore columbino et sale quod teneat omni nocte: primo tamen calefaciendo cum pannis calidis anteq̄ emplastrum appona tur. Cum autē vadit dormitum fiant frica/tiones circa brachia ꝛ crura: q̄ si omnia ista non contulerint: fiat cauterium in cōmissura cranei. Adequatio materiei fiat cum odora tionibus euaporationibus ꝛ inunctionibus. Odoramenta sic fiunt. ℞. storacis calamite lapdani. ana. par. ſ. ligni aloes boni nigelle romane cubebe mirrhe. aā. par. quatuor: fiat pomū cū cera ꝛ pice sufficientibus ad cōglu tinationē. Euaporationes fiunt cū milio et sale ꝛ stercore columbino facto supra caput tpe calido. Si vo talis euaporatio vigilias educeret: fiet solū cū ligno aloe storace cala/mita ꝛ cū pdicta medicina. Unctiones autē fiunt circa extrema ꝛ testiculos cū oleo sam/bucino ꝛ oleo de lilio ꝛ silibus desiccātibus. Et caput epithimetur cū costo spica mir/rha et pauco castoreo tritis subtiliter et in oleo roſ. dissolutis. Prohibitio autem flu/xus cōplet sex rebus. ſ. gargarisatione subfu migio retētis in ore odoramētis deglutiōib⁹ ꝛ ijs que lambunt. Gargarismata sunt cuȝ vino decoctionis olibani aut san. draconis: aut masticis: aut dragaganti. Fiant etiā for me sicut auellane ex eis cuȝ q̄bus fiat subfu/migatio ex storace sicca ꝛ olibano ꝛ xiloaloe ꝛ san. draco. simul mixtis. Retēta in ore sunt ℞. olibani dragagāti mirrhe croci spice ma sticis storacis. aā. par. ſ. opij tertiā illi⁹ partē. Fiant forme siles lupinis et teneātur in ore pterq̄ deglutiant saltue eoꝝ. Odoramēta sunt. ℞. ligni aloes boni ꝛ electi ptes. vj. gal lie muscate. p. iiij. ambre bone. ptes. ij. musci. p. ſ. fiat ex eis pomū cū glutino dragagāti ꝛ odoret. Que lāburt ꝛ deglutiūtur sunt. ℞. thuris masticis. ptē. ſ. mirrhe opij croci. aā. p. illius tertiā. liqritie. p. ſ. fiāt pillule ꝛ admi nistrent. Et hec sufficiat de prima parte cu/re principalis per medicinas que fiūt circa remotionē cause catharri. Uideamus conse quenter de scḋa que est vlcerum desiccatio ꝛ cōsolidatio: sed qꝛ exiccatio nō pōt fieri nisi sanie mūdificata. opȝ primo mūdificantia

catharrū & saniē pmittere. Ad saniem autē vel catharrū de pectore educendū quatuor fiunt medicine.s.sirupus electuariū trocisci & pillule. Sirupus. ℞.liquiritie.ʒ.ij.capill. veneris.ʒ.s.ysopi sicce.℥.s.& ß.pijce super illud quatuor lib.aque & dimitte per diē & noctem: deinde decoquatur ad medium. Post/ea proijciat̃ super illud mel zuccaruȝ pendō. oīm.añ.℥.viij.aque rof.℥.vj.& ß. & cuȝ aqua zuccari vel cum aqua ficuum administrētur. Electuarium est. ℞. papaueris alb.spodij se.lini torrefacti croci amigdalarum dulciū añ.℥.iij.amidi dragaganti gūmi arabi.se.citoniorum seminis bombacis amigdalarum amararum fabarum añ.ʒ.j.& ß.pendō.ʒ.lxx. dissoluātur pendie in aqua fontis & coquantur & conficiant̃ cum eis res predicte. Dof. ʒ.s.cum aqua mellis. Pillule sunt pillule bi/lirie diuerse addito ysopo in eis quas īfra dicemus. Ad vlcerum autē consolidationē cuȝ tempus affuerit qđ erit mundificato ipso a sanie possunt fieri quatuor remedia: scȝ sorbitio:mellicratum:confectio:& suffumigiū Sorbitio fit ex pultibus supradictis. Mel/licratum sic fit. ℞.san.dracoñ.boli armenici terre sigillate dragaganti añ.partem.j.bul/liant cum aqua & melle & fiat ex eis mellicratum. Dosis.℥.ij.cū aqua decoctionis passu/larum. Confectio fit sicut dyaciminum cuȝ athanasia mixtū. Suffumigiū cum tratectorio sic.℞. arsenici pipis añ.p.equales.fiāt ex eis forme sicut auellane cū albumine oui Restat modo videre de tertio principali de remotione scilȝ accidentiū possibilium con/comitantiū hanc egritudinē & sunt multa scȝ feb.consumptio corporis totius fluxus san/guinis per sputum.fluxus ventris: constri/ctio ventris:difficultas anhelitus: debili/tas digestiue et appetitiue. Feb. autem si superueniant et consumptio totius corpo/ris curantur cum dieta humida & cum exhi/bitione lactis asinini vel caprini. Modus autem traditur a Gal.septimo de inge.sanitatis. Et ab Auicen.iij.canon.x.capitulo de cura vlceris pectoris & pulmonis quam plene scribemus capitulo de feb.ethica si deus voluerit. Uerūtamen prout nunc sufficit premittatur balneum aque dulcis. deinde cum exierit:detur lac ad potandum vsq; ad v.vel.vj.℥.& vngatur totum pectus & dorsuȝ cum isto vnguēto. Recipe populeon par.ij. butiri recentis partem.j. incorporentur si/mul cum oleo rof. Aut vngatur cum aliquo solo ex eis si presto singula non habeantur vel fomentetur cum pannis mollibus infu/sis in lacte receñ.vel cum huiusmodi. Reci/pe muscillagi. psillij muscillaginis draga/ganti & semi.citoniorum olei viol.lactis.añ. partes equales. Et post balneetur iterum cum lac videtur esse digestum quod forte eē poterit transactis tribus vel quattuor ho/ris post assumptionem lactis. Aliquādo autem si velles augere screatuȝ cuȝ lacte oportet miscere puluerem cancrorum adustorum et ysopum. Si vero feb.augeatur post exhi/bitionem lactis tunc nō detur lac nisi de quo sit extractum butyrum. Fiat preterea epithima super epar. Recipe tamarīdorum ab/finth.solatri.añ.par.ij.spodij.par.j.cāphore.par.ß.bulliat hoc totum in tribus parti/bus aque & in parte.j.aceti & epithimetur epar cum petijs infusis & aliquantulum ex/pressis tepidis. Caueat tamē ne tāgat dya/fragma:quia propter frigiditatem induce/ret malitiā anhelitus spasmosam. Et aliud epithima fiat supra cor.℞.se.rof. buglosse boraginis. añ. partem vnam.margaritarum partes duas. bulliātur primo semina in.xij. partib9 aq rof.& partē.j.aceti. Et post hoc addantur margarite & in ipso tepido petie imbibite de sindone vel de scarlato frequenter supra cor ponātur. Cauendū tamen semper ne fortassis malitiā anhelitus inducat propter causam dictam:tunc enim remoueatur & fiat inunctio ex croco & butiro & detur predictus sirupus screatiuus. Detur pre/terea electuarium restauratiuum de testudinibus quod sic fit. ℞.liquiritie rof. zuccari. añ.℥.vnam floris vue agrestis.℥.ß. succi li/quiritie amidi portulace.se.lactuce.semi.scariole.añ.℥.ß.gariofil.ʒ.x.cinamomi.ʒ.vnam ʒʒ.storacis.añ.ʒ.duas.croci.ʒ. vnam pendō. ℥.duas.semi.melonis cucur.cucumeris citruli.añ.℥.vnā & ß.seminis citoniorum.ʒ. tres. amigdalarum pinearum sebesten.añ.℥.vnā se.malue viol.añ.ʒ.duas. Conficiant̃ cum sirupo rof.& vtatur hoc modo quo voluerit. Si autem vis ponere testudinem decoquat̃ testudo bene postea pistetur & exprimat̃ et ponatur collatura cum rebus pdictis & po/

tetur sirupus ros. si venter nō sit cōstipatus sed solutus: sed sirupus viol. si sit constipatus. Item potest fieri vestis quedam de subtilissimo corio albo continens pectus et dorsum que tota perungatur ex muscillaginib⁹ predictis: ⁊ eger ipsam teneat in dorso post exitum balnei predicti. Ad tumorē ped. fiat ablutio de nocte cum vadit dormitum ex aqua decoctionis saluie ⁊ camomille. ad fluxum sanguinis per sputum vel a malicia regiminum fiat trocisci huiusmodi. ℞. terre sigillate. ʒ. tres: boli armenici ros. rub. añ. ʒ. decem: carabe granorum mirti. añ. ʒ. xv. coralli dragaganti spodij sanguinis dracon. lapidis emattites añ. ʒ. quinq;. gūmi arab. succi liquiritie añ. ʒ. septem. Conficiantur cum portulaca et aqua rosacea. ⁊ conficiantur ex eis trocisci. ʒ. vnius. de quibus bibatur vnus cum aqua cisterne vł aqua pluuiali. Caue tamen semper ne per hec stiptica sputum prohibeatur omnino vel fiat difficultas screandi superflua: immo quādo hoc vides statim redi ad screatum. Ita vt modo ad stiptica modo ad screatiua procedatur: vt sic fiat vlceris vicissim mundificatio et sanguinis restrictio perfecta. Ad fluxum vētris si contingat: fiat puluis iste restrictiuus ℞. gummi arabici spodij bol. armenici. semi. mirti. añ. ʒ. vnam. dentur in pote de ipso. ʒ. tres. cum sirupo de papauere vel sirupo rosaceo. vł rob mirtino. ⁊ ponatur in lacte eius zuccarum modicū ⁊ circa temporis prioris quia successiuum est. Si autem venter non lenitur sed est constipatus tunc multiplica sal in lacte ⁊ leniatur cū sirupo viol. in quo dissoluat mane aut cassiefi. ℥. ß. Ad difficultatem ālhelitus fiat vnctio cum butiro ⁊ pectori superponatur. Et tunc vtatur omnib⁹ medicinis supradictis screatiuis postponēdo tunc stipticas. Et vniuersaliter scire debes ꝙ quando simul adueniunt duo accidētia contraria vt fluxus sanguinis: ⁊ difficultas anhelitus: tunc oportet pariter intendere fortiori ⁊ quod magis timetur reliquum dimittendo donec primum mitigetur. Verū si contigerint ambo simul equaliter augmētari: tunc eger in itinere mortis est quare ꝓnosti. relinquatur. Ad debilitatem digestiue stomachi fiat suffumigatio pannorum cū ligno aloes ⁊ masticis ⁊ thure combusto super carbones ⁊ supponatur stomacho actu calidū. Et deferat assidue puluinar de plumis super ventre. Ad confortationem appetitiue fiat aliquando epithima super stomacho ex ros. mastice absinthio, ⁊ vino citoniorum bullitis in aqua ⁊ modico aceti vel vngat stomachus ex oleo costino: ⁊ oleo masticino: ⁊ modico puluere gariof. mixtis ⁊ calefactis per se in vase duplici.

Emperica. Licet intentiones in cura ptisis sint diuerse prout in canonibus dicemus Precipue tamen intendendo circa catharrū restringendum cum stipticis ⁊ circa vlceris mundificationem cū screatiuis. Pillule dilitatie ad screandum sic fiat. ℞. succi liquiritie zuccari. añ. ʒ. x. amili dragaganti amigdalarum excorticatarū. ʒ. v. informentur pille et teneatur vna sub lingua ⁊ degluciatur ei⁹ saliua quia screare facit. Pillule screatiue ad catharrum sic fiāt. ℞. storacis dragaganti olibani se. ros. granorum granatorum berberis opij ana partes equales informentur pillule ad modum lupinorum ex quibus vna vel due patienti dētur et aspergatur cum muscillagine semi. citoniorum in sero quando eger vadit dormitum quia catharrum restringunt. Electuarium preterea sublime ad consolidationem vlceris pectoris ⁊ pulmonis ⁊ eius mundificationem sic fit. Recipe succi liquiritie. ʒ. x. ysopi capillis veneris siccorum semi. vrtice yreos ana. ʒ. quinq; semis feniculi. ʒ. q̄tuor. pulueris plantaginis sicce. ʒ. x. ros. rub. siccarum. ʒ. semis pulueris cancrorū adustorum. ʒ. xv. coralli spodij. ana. ʒ. quinq;. mellis ros. quod sufficit: conficiatur ⁊ fiat electuarium. Mel autem colletur: teneatur autē in ore vt lambendo descendat. Confectio trocisci de papauere qui sunt vtiles ad mundificandum vlcus a sanie. ℞. se. papaueris albi medulle cucurbite ⁊ citruli. ana. ʒ. viij. amili dragagāti gūmi arabici succi liquiritie. ana. ʒ. quinq; thuris boli armenici sanguinis dra. karabe ana. ʒ. duas mirrhe cinamomi opij ana. dragmam vnam. fiant trocisci cum rob de vino ⁊ fit vnuiquisq; dragmarū duarum. sumatur vnus mane ⁊ sero cū rob de mirtis. Ex confectionibus preterea sublimibus

ad mundificandum vlcus per screatum simi liter ⁊ ad consolidandum atq̧ cacharrum re stringendum est dyadragantum famosum ⁊ vsitatum: quoniam est lenitissimum bume ctatiuum infrigidatiuum cu; stipticitate oc culta infixa: sed in mundificatiuis delectabi libus ⁊ proprie in corporibus debilibus de/ licatis est dyapentid. queadmodum ex screa tiuis fortibus acutis ⁊ proprie accidit asma ex sputo retento dyaprassium dyacalamen/ tum ⁊ dyayris ex quibus lambatur frequen ter. ꝙ si quandoq̧ per huiusmodi electua/ ria sputum superfluxerit vel sanguis cu; spu to abstinendum est ab eis ⁊ intendendum re strictiuis. Suffumigium subtilians sputum grossum in pulmone sic fit. ℞. aristologie ro/ tunde mirrhe storacis thuris. añ. ʒ. vnam ar senici rubei. ʒ. tres. Fiant pillule cum butiro vaccino ad modum auellane. Et cum tussis fuerit difficilis ⁊ sine sputo ponatur vna su per carbones ⁊ fumus omnis capiatur. In ptisi preterea cuius vlc⁹ est recens ita ꝙ ad/ huc expuitur: potest fieri flebothomia diuer tens a principio de vena mediana vel basi/ lica si virtus ⁊ etas consenserint vel vento/ satio in natibus: sed non in spatulis ne for/ te pectus anxietur. Similiter ⁊ super adiu/ toria super cubitum sine scarificatione. In ptisi similiter si venter restringatur: fieri po/ test clistere lenitiuum dictu; capitulo de fre nesi. Et si necesse fuerit: possunt laxari cum. ℥. vna manne: vel cum. ℥. vna medulle cassie/ fistule dissolute in aqua decoctionis ordei vl' prunoru;: sed non dentur medicine acute q2 acuerent sanguinem ⁊ augmentarent vlcus nisi forte cu; duobus predictis ponatur reu bar. ʒ. ß. in substantia: aut. ʒ. ij. in infusione: quia licet reubarba. acuat sanguinem per se veruntamen infrigidat per accidens educen do choleram. Cibus preterea mundificati/ uus ⁊ consolidatiuus est sumere sepe in ieiu no ⁊ hora maioris quietis: ⁊ proprie si non sit ibi complicatio feb. putride lac recēs asi/ ne vel capre cum zuccaro in quo sit aliquid thuris vel sang. dra. vel zuccari ros. veteris. Sed cibus nutritiuus ⁊ consolidatiuus con ficitur si ponant̄ cācri viui in aqua bona ca pti vel pisces petrosi parui in lacte recēti ca prino vel in aqua ordei vel risi pesiti donec repleant̄. Deinde in eode; lacte coquantur ⁊ comedant̄: deinde si potetur lac recens bul liat cum calibe ignito. Similiter ⁊ si pultes ex farina ordei vel risi vel simile vel amili cō ficiantur cum eodem. Sed nutritiuus cibus mundificatiuus ⁊ consolidatiuus est lac ca/ pre pascentis herbas frigidas est bonū se/ rum cum bibit̄ recens atq̧ calidum ex ma/ millis per se sine addito: ⁊ proprie in ieiuno vel hora maioris quietis si stomachus in ip sa delectetur: neq̧ fe. putrida complicetur. Quoniā in lacte trina substantia reperitur. Prima serosa frigida et humida de natura aque: quare mundificat ⁊. abstergit. Et licet aliqui dicant ꝙ sit calida ⁊ sicca: intelligūt prout eis cōmiscetur coagulum: sicut accidit in sero cuius caseus est extractus. Secunda vero butirosa calida ⁊ humida: quapropter incarnat. Tertia caseosa frigida ⁊ sicca que consolidat perfecte. Ex confectionibus sub/ limibus preterea est zuccarum ros. purum vel sic mixtum. ℞. zuccari ros. lib. j. karabe margaritarum non perforatarum ossis de corde cerui sang. draco. añ. ʒ. ij. macis croci opij. añ. ʒ. ß. misceantur: ⁊ de ipso sumat om ni mane ⁊ semper ad modum nucis magne: quia calorem reprimit: corpus refrigescit: ⁊ vlcus constringit: ⁊ proprie si fuerit vetustu; per vnum annum integrum reseruatum et virtus propinqua ⁊ consimilis est dyarodō abbatis. Sed ad extinctionem caloris feb. ⁊ sitis vehementis ⁊ inflāmationis epatis et stomachi cōferunt trocisci de camphora qui sic fiunt sm̄ Mesue. ℞. fol. ros. ʒ. iiij. spo dij. ʒ. ij. sandal. ci. ʒ. ij. ⁊. ß. croci. ʒ. j. succi liqui ritie. ʒ. ij. semis citruli melonis cucumeris cu curbite dragaganti spice. añ. ʒ. j. ligni aloes cardamomi amili camphore añ. ʒ. j. zuccari tabarzeth terenia bin añ. ʒ. iij. Confice cum muscillagine psilij ⁊ aqua rosarum. Et si in confectione augmentes spodium ad. ʒ. iiij. ⁊ se. portulace ad. ʒ. ij. vocabuntur trocisci de spodio: ⁊ tunc fiunt magis infrigidatiui ⁊ ex tinctiui. Fiūt autem aliter trocisci huiusmo/ di. ℞. spodij. ʒ. iiij. ros. ʒ. vij. se. malue se. por tulace cucurbite dragaganti spice celtice gū mi arabici liquiritie ligni aloes cardamomi añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. camphore. ʒ. ij. confician/ tur cum muscillagine psilij: ⁊ detur vnus se/ ro cum itur dormitum cum sirupo ro. ⁊ aqua psilij. Contra sanguinis fluxu; superfluum

cum sputo dentur trocisci de karabe qui sic fiunt. ℞. karabe gumi arabici lacce balaustie ypoquistidos. ana.ʒ.v. thuris.ʒ.ij. opij.ʒ.j. fiant trocisci cum muscillagine psilij. detur. ʒ. vna cum.℥. vna aque sumach. Et descriptio fortior et melior eorum est hec. ℞. sanguinis draconis thuris ana.ʒ. tres et. ℈. vnum. karabe.ʒ. quinque. lapidis ematistes terre sigillate an̄.ʒ quatuor aluminis.ʒ.ij. et ß. balaustie.ʒ.iij. opij.ʒ.j. fiant trocisci cum succo plantaginis vel portulace. et quilibet.ʒ.j. vel ß. detur cum aqua decoctionis plantaginis vel portulace.

Canones.

Ptisis grece cōsumptio est latine. Quapropter ōis consumptio corpori nostro superueniēs pōt ptisis nominari. Propter quod sciendū ē quod ptisis large sumpta est duplex: scilicet naturalis et innaturalis. Naturalis est illa que accidit senibus et defectis ex etate. Innaturalis est duplex: vt dicit ysaac libro suo de fe. quia quedam est cū feb. quedam est sine fe. Illa que est sine feb. est duplex. Nam quedam est que fit a causa calida: vt quando aliqui fumi adusti exspirant. Idcirco et consumuntur humiditates capsule cordis put accidit illi synite: de qua loquitur Gal. ij. de interioribus. Non enim quelibet cordis inflāmatio est feb. licet econuerso. Quedaꝫ vero a cā frigida: vt in ethica senectutis: hec enim est mala complexio frigida et sicca valde que opponit̄ nutritioni quapropter in ipsa corpus consumitur vt accidit vt plurimū corporibus melācholicis per naturam. Que aūt cum fe. est duplex: quedam fit per se incipiendo et est de numero eorū que raro cōtingunt: vt dicit Gal. ij. de crisi. circa finem. Alia vero consequendo egritudines alias et hoc dupliciter: quia vel consequitur fe. et ita fit vt plurimū. Nam vt plurimū omnis fe. putrida quādo plongatur: tendit ad ethicam et arefactionem: quia membra radicalia inflāmantur ppter diuturnam inflammationem spirituū et humorū vel consequit̄ pleuresim et peripleumoniā aut aliquā aliā decē causarū in principio capituli positarū et sic sumit̄ in presenti. Item sciendum quod in cura pleuresis oportet medicū inspicere sex intentiones. Prima est ad mūdificationem vlcerū a sanie: quia vlcus est vulnus cōpositū cum sanie: quapropter nō consolidatur nisi prius exsiccetur: vt dicit Gal. in tegni ca. de cura solutionis continui composite. et sic competunt acuta riptica velut sunt ysopus prassium et squilla. scda vero ad consolidandum vlcus mundatum: et sic competunt sicca glutinosa vt trocisci de karabe. Tertia vero ad phibendum consumptionem corporis et sic competunt humida nutritiua vt lac carnes et similia. Quarta vero ad extinguendū calorem febrilem et sitim: et sic competunt frigida omnino velut trocisci de camphora et vnguētum populeon et similia. Quinta ad mitigationē doloris et sic competunt anodina vt camomilla vel narcotica vt opium. Sexta est ad restringenduꝫ catharrū in capite: et sic cōpetunt emplastra rubificatiua super caput et sic patet quare actores vtūtur medicinis contrarijs in capitulo ptisis.

Pronosticatio.

Emperica. Scias quod sicut experimentum et rõ testantur propter causas quattuor ꝓstrationis appetitus ṗdictas sunt adhuc alie: ṗma est venarũ totius corpis repletio: vt i gulosis ⁊ ociosis. Et cura eiꝰ est flebotbomia basilice: et minoratio cibi et potus: ⁊ motus ⁊ exercitiũ in ieiuno. Scõa est dẽsitas pororũ cutis ꝓpter qđ parũ resoluit a corpibꝰ eorũ. Et signa eiꝰ sunt durities cutis corporis ⁊ lõgitudo tolerãtie famis sine multa lesione. Et cura eiꝰ est balneũ aque decoctionis florum camomille furfuris baurach cũ leui diuturna fricatione ⁊ sudore multo añ cibum exercitiũ ⁊ labor i ieiuno. Similiter vsus ciborum subtilium facile resolubilium: vt iura olera ⁊ pulmẽta de farina auene vel ordei. Tertia est opilatio vene procedẽtis a splene ad os stomachi deferẽtis melãcholiã. Et signa eius sunt quod non sentit famem quãtũcunque cibum desideret. Et est priuatio omnium aliarum causarum inducentiũ ꝓstrationẽ: ⁊ si comedat bene digerit. Et cura eius est confortatio splenis ⁊ deopilatio eius: vt dicet suo cap. ⁊ assiduatio ciborum acetosorum stipticorum ⁊ melãcholiã generantium: vt lẽtes fabe agresta acetum sumach: pedes porcorum cocti cũ aceto et sale et speciebus actu frigidis. Et quandoque vsus calidorum acutorum: vt cepe: allia: sinapis: porri: pip. Quia melancbolia nõ naturalis fit quandoque per adustionẽ: quandoque p cõgelationẽ. Sed melia naturalis solum fit per cibũ grossos humores generãtẽ sine excessu vel defectu caliditatis digestiue quare ẽ quasi fex masse sanguinee: vt dicit ṗmo canon. fen prima cap. nutriẽs masticatione. Et vniuersalit oĩa q excitãt appetitũ cũ mordicatione pauca sunt conueniẽtia: vt carnes asse condite cum aceto vel succo trifolij vel berberis vel vino granatorum. Et ad oẽm prostrationẽ appetitus cum feb. vel sine valet vti frigidis vt extremitatibus porcellorum ⁊ castratorum al's edorum vel vitulorum decocto. pfecte in aqua pluria ⁊ modico aceti addita mẽta ⁊ refectio ex petrosis faciẽdo ex ipsis gellaticiũ de quo detur duo boli vel tres actu frigidi ante cibum. Similiter ⁊ sapor factus ex succo acetose vel trifolij cõditꝰ cũ aceto ⁊ puluere cinamomi inspissatus cũ vitello oui assi addito succo porri vel petrosi feb. vel dolor capitis vel tussis id cõcedat Simil'r ⁊ succus granatorũ ⁊ ꝓprie acetosorũ cõditus cũ puluere cinamomi sumptus añ cibũ cũ mica panis. Simil'r ⁊ succus piri sapidi parũ acetosi de quo comedat ante cibum omnẽ aut ipm mordeat cũ inglutione saliue. Simil'r coctanũ assum ⁊ infrigidatũ cũ vino pontico vel succo berberis vel succo granatorũ. Itẽ emplastrũ ad idem. ℞. thuris masticis añ. ℥. ij. boli armenici. ℥. j. draganti. ʒ. ij. succi mẽte. ℥. iiij. cõfice cũ pane assato ⁊ pone sup os stomachi. Itẽ in cibo addatur mẽta ⁊ in potu succus mẽte. Itẽ inũgatur os stomachi cum oleo masticis ⁊ rosa. ⁊ mirtillis actu calidis. Epitbima ad idem ℞. citonia mentam grana mirti. coquantur in aqua rosa. ⁊ aceto perfecte: ⁊ petie linee imbibantur in illo actu calido: ⁊ ponantur sepe in ieiuno super os stomachi. Et si sit cũ causa calida adde rosa. ⁊ plantaginem pira pontica et mala matiana. Sacculus ad idẽ Ponantur menta absinthij. rosa. saluia ⁊ plãtago in sacculo lineo subtili et fricentur in vino et aceto vehementer ⁊ calidum ponatur super stomachum in ieiuno reiterando frequenter cum infrigidatum fuerit cũ plurima frigiditate. Possunt addi balaustie cortices granatorum cupule glandium: quare fit tũc cõferens in vomitu. Itẽ spõgia infusa in vino forti decoctionis anisi carui masticis actu calidi confert ad prostrationem vomitum ⁊ indigestionem. Et in cap. de debilitate digestionis. Cap. de empericis. descripsimus sirupos emplastra electuaria ⁊ cerota sublimia ad prostrationem appetitus quoquomodo. Confert pterea ponere emplastra ventosam sine scarificatione super os stomachi sine attractione quia retentiuã stomachi confortat et proprie cum alie medicine non cõferunt omnino ⁊ premissa euacuatione vniuersali ⁊ proprie nisi sit timor attractionis vel apostematis in loco. Cerotum ad idem sublime. ℞. lapdani. ℥. ij. resine ℥. j. mirrhe masticis thuris. añ. ʒ. ij. cinamomi ciperi folij calami aromatici foliorũ mirte. añ. ʒ. iij. rosa. rub. ʒ. ij. cere. ℥. ß. olei masticis. ℥. j. terantur terenda et misceantur cum lapdano oleo et gũmis dissolutis in vino rubeo stiptico et incorporentur pfecte ad ignẽ

et extendant sup corio ꝛ tegant cuȝ panno lineo subtili ꝛ ponatur super os stomachi. Itē cōfert limphare vinū cum aqua stiptica sicut est aqua pluuialis vel aqua decoctionis mirtillorum plantaginis ꝛ rosꝫ.

Canones.

Multos canones scripsim⁹ ca. de debilitate digestionis cōferētes p̄senti ca.q: oīs mala digestio cū antiquat ꝛ pdurat: pducit ad pstrationē appetit⁹ ꝛ nauseā vt pȝ in cachexia a plectoria ꝛ discrasia ꝛ cachochimia. Itē oīs pstratio appetit⁹ subito veniēs ꝛ cito recedēs est vt plurimū a cā calida sȝ morosa pdurās a frigida. Itē q̄ ē a cā calida ē vt plurimū sine materia: frequētius nāq̧ in stōacho gñatur materia ppter diete grossiciē ꝛ crapulā q̄ ppter caliditatē nisi sit cū febrib⁹ adest.

Pronosticatio.

Prostratio appetitus ex lesiōe nerui a cerebro veniētis difficile curat̄: vt dicit Ras in diuisionib⁹. nisi in principio ꝛ an̄ cōfirmationē. Silr̄ ꝛ si pueniat ab opilatione vene pcedentis a splene nisi forte in pncipio. Et cū adhuc est dispositio sine cōfirmatiōe. Itē pstratio appetit⁹ a cā frigida piculosa ē magis q̄ a cal̄a: q: causam fortiorem significat atq̧ magis pdurantē. Itē si in egritudiē aliqua appetit⁹ fuerit pstrat⁹ ꝛ subito post hoc eger plimū cibū sūpserit sine aī subuersione vel nausea oino nō pcedēte rōnabili alleuiatione q̄ fit p sudorē exuberantē vel vomituȝ vel egestiōnē mortale: q: cerebri lesionē ꝛ virtutis sensitiue mortificationem demōstrat. Vn̄ Ipo.ij.pti.āph. Quicūq̧ dolētes aliq̄d corpis plimū dolorē nō sentiūt ijs mēs egrotat. Sic nāq̧ videmus freneticos gulosos. Itē pstratio appetit⁹ remanēs post crisim recidiuā ꝛ cōualescēciā non verā significat redi igit̄ ad digōnes ꝛ euacuatiōes illi materie cōueniētes. Itē pstratio appetitus in om̄i egritudine ꝛ pprie conica mortē significat: q: virt⁹ non pōt longā pugnaȝ tolerare sine cibo. vn̄ Ipo.ij.pti.amph. In oī egritudine pfortari mente ꝛ bn̄ se hr̄e ad oblationes bonū: ptr̄ūdo malū. Itē si q̄s pualescēs ab egritudīe multū cibū cū appetitu sumat in pncipio pualescētie ꝛ corp⁹ p hoc non resumat̄ recidiuā significat ꝛ indigestionē et stomachū frigidū cuȝ materia acetosa. Sed si in pncipio pualescētie habuerit appetitū modicū ꝛ in pcessu augmentū verā salutem pmittit. Itē Ipo.ybid. plerūq̧ oēs male habentes ƀm pncipia ꝛc. Itē melius ē egrū refici pauco ꝛ aliq̄tulū paruo cibo cū appetitu ꝛ delectatiōe q̄ plimo ꝛ optimo sine appetitu. Itē ypo.ibid. parū deterior cibus ꝛ potus ꝛc. Et in.iij.regimis acutoꝝ. Mala nāq̧ dieta cibi vel potus q̄ ƀm silr̄ fit ꝛc. q: dum stōachus delectat̄ in cibo corrugat̄ super cibū ꝛ velut amic⁹ sup amicū. Et ibidē ait Gal. in cōmento q̄ si cibuȝ abhorruerit distendit̄ ꝛ dilatat̄ velut fugiens: q̄re surgit vomit⁹ fastidiū ventris ꝛ rugitus q̄ quideȝ indigestionem significant malignam.

¶ De appetitu canino. Capm̄.iij.

Um q̄s appetit cibum vltra modū preter q̄ saturet̄ post cōestionē nisi forte breui tpe dicunt̄ hr̄e appetitū caninū q̄ nunq̄ a carnib⁹ satiant̄ do nec cibū vomere cogātur. Fit quoq̧ de causis. aut ppter multitudinē melācholie pfluentis a splene ad os stōachi: aut mala cōplexiōe stōachi frigida cū materia aut sine matia: pprie tm̄ sine materia ꝛ hoc qn̄ nō fuerit vltimata: aut ppter raritatem corpis: aut ppt̄ exercitiū ꝛ laborē resoluētē: aut ppter cōsumptionē hūiditatū nutrimētalium toti⁹ corpis sicut fit post egritudines cronicas vel solonem ventris vel famē diuturnam. Signa eius ppter melancholiam sunt q̄ cum multitudine cōestionis est multitudo egestionis: ꝛ hec egō vt plurimū liuida est vel plumbea: ꝛ si non habuit om̄i die egestiones copiosas illico grauat̄. ꝛ quia fit mordicatio vehemēs in stomacho an̄ cibum ita q̄ non toleret quin comedat: et ei⁹ cura est difficilis quia vt plurimū hec cā est a generatione. Curatur tamē ƀȝ q̄ est possibile digerendo melācholiam ꝛ aperiendo vias splenis cū oximelle cōposito ꝛ aqua decoctionis prunoꝝ̄ sene epithimi per sex dies. Postea purget̄ cum aliqua medicina dicta capitulo de pturbatione virtutū sensitiuarum: sȝ de melancholia ex melancholia naturali et proprie cum pillulis: et fiat vomitus si sit possibile. Et si habitudo sit carnosa flebothometur basilica lateris sinistri in

brachio vel in manu: alr vero nequaq̄. Et comedat cibos pingues vnctuosos sorbiles et proprie carnes porcinas recentes ⁊ brodia ex eis. Similiter et maluas attriplicem et ficlā coctas ⁊ conditas cum lardo vel butiro: similiter ex amilo. Bibat vinum dulce subtile ⁊ sepe in pricipio cibi: q2 potus prosternit appetitū. Unde ypo. ij. pti. ampho. Potus indigentiā soluit. Mensuret cibum ſm indigentiā non ſm appetitum. Ponat nāq3 ventosas sup splenē propter diuersionem. Euitet cibos generātes melācholiā: vt est vinū rubeum: caro salita dura bouina vel ferina agrestis acetum acetosa lentes et silia. Signa ei⁹ propter frigiditatem stomachi sunt q̄ egestio est maior vel eq̄lis cibo liquida flegmatica ⁊ singult⁹ et eructatio rugit⁹ ⁊ sitis modica ⁊ sēsibilis frigiditas oris stomachi: etiā q̄ iuuatur a cibis calidis nocetur a frigidis. Et si fit cū materia est multitudo saliue ⁊ sputi et desiderat cibos assos siccos duros licet eos digerere nō possit. Et fit q̄nq3 nausea ⁊ vomit⁹ flegmaticus si materia excreuerit ⁊ tunc prosternit̄ appetitus Et eius cura est dicta cap. de digōnis debilitate de causa frigida. Et oportet vt cōfortetur stomachus ⁊ velocitetur curatio postq̄ accidit bolismus. Signa ei⁹ propter raritatem corporis sunt q̄ egestio est modica licz comestio sit plurima ⁊ est vt plurimum sicca adusta vt mollicies cutis corpis cum subtilitate ⁊ multitudo sudoris tpe egestionis: ⁊ q2 cito leditur ab aere frigido vel calido et balneo ieiuno. Et cura eius est vt habitet in aere frigido ⁊ balneetur in aqua frigida in estate frequenter: ⁊ vnguatur corpus cum aqua ro. vel oleo ro. cum cera inspissata. Utatur cibis grossis actu humidis vt penetrare possint: vt sunt carnes vaccine castratiue arietine asse vel elixe cōdite cum agresta vel vino granatoꝝ vel sumach. Et q̄nq3 cibis viscosis si nō timeat̄ opillatio epatis et meseraicarū vt est caseus recēs extrema porcellorum panis de simila vel azim⁹ ⁊ pulmēta de farina frumēti condita cū lacte esculato. Bibat vinū rubeū grossū dulce. Signa eius ꝓpter laborē resoluentē sunt anͨcessio laboris ⁊ exercitij. Et si nō detur ei cib⁹ post famē vehementē aduenit ei sincop̄. Et cura eius est ociū et quies oīno et vsus iuriū carnium bonarū conditarū cū speciebus aromaticis nō acutis. Et op3 vt prohibeat̄ a somno oīno ante cibum si ſr et a balneo: q̄m hic somnus faciē citrinat quēadmodū balneū virtutē debilitat ⁊ inanit. Post hec fiāt oīa dicta de raritate. Detur cibus sepe ⁊ parū donec corpus resumat̄ ⁊ bibat vinū rubeū vel claretum vel medonē. Utatur cibis boni chimi: vt sunt carnes pullorum edorū ⁊ auiū paruarum siluestriū non aquaticarū et oua sorbilia recentia: similiter ⁊ iura aromatica vt bona massa sanguinis regeneret̄: deuitet fructus ⁊ olera ⁊ oīa facile putrefacientia.

Pronosticatio.

Appetitus caninus in cōualescentibus vere ⁊ cum bonitate hypostimbre confortationē virtutis ⁊ resumptionē corporum significat Sed in conualescentib⁹ conualescentia non vera stomachum frigidū cum materia vel sine materia ⁊ recidiuū significat: redi igitur ad euacuationes et digestiones flegmatis acetosi ⁊ calefactionē stomachi. Item appetitus caninus in corpibus crapulosis ad indigestionem lienteriā ⁊ ydropisim ⁊ colicā finalem perducit. Itē dicit ypocra. ij. parti. ampho. Si ex egritudine cibū q̄s accipiens nō ꝯualescit ⁊c. Si xo cibū nō accipiēti hoc acciderit: significat q̄m corpus euacuatiōe indiget. Item idē. Ex egritudine bene reficienti nihil addere corpus malum quoniā virtutis nutritiue defectum cum appetitu stomachi demonstrant.

¶ De bolismo. Capl'm. iiij.

Bolismus est fames siue inanitio membrorum cum fastidio et prostratione appetitus propterea q̄ stomach⁹ ⁊ membra sunt contraria in dispositione quapropter manifestum est q̄ bolismus et appetitus caninus passiones sunt contrarie oīno. Fit autem pluribus de causis. Prima est nauseatiua satietas stomachi cronica cum indigestione propter quod repletur stomachus supfluitatibus crudis flegmaticis non potentibus nutrire corpus neq3 rectificari ab epate quare inaniuntur membra et vene sicut accidit bibulis et gulosis habentibus corpus extenuatum et ventrem

inflatus cum subtilitate mirach. Secunda est frigiditas ambit⁹ toti⁹ corpis cōstringēs materias a venis ⁊ mēbris ad stomachū et intestina siue hec frigiditas fit a cā extrinseca vt accidit ambulātib⁹ in aere frigido siue intrinseca: vt patet in fe. flegmaticis ⁊ ydropicis: ⁊ hmōi quidē bolismuȝ qñq₃ āncedit appetit⁹ canin⁹ si frigiditas nō fuerit vltimata. Tertia est caliditas circa ambitū corpis colligās materias ⁊ fluere faciēs ad epar et meseraicas ⁊ ad stomachū ⁊ itestina sicut accidit in fe. acutis ⁊ istis itinerātibus in sole calido. Signa bolismi in cōi sunt inanitiove narū ⁊ extenuatio corpis cū ꝓstratione appetit⁹ sine cā manifesta ⁊ debilitas virtutū: ita q̄ qñq₃ fit sincopis tpe calido an̄ cibum. Si aūt fit ꝑpter crapulā patet ex narratiōe infirmi. Si ꝑpter cām frigidā ꝑcesserūt: vel sunt fe. cronice vl' itineratio ꝑ loca frigida: ⁊ fit qñ q₃ vomit⁹ viscosus insipid⁹ vl' acetosus ⁊ multitudo sputi ⁊ salive et muscillaginis albe in principio sup linguaȝ ⁊ color corpis pallidus alb⁹ vel livid⁹. Et vrina alba grossa ⁊ egestio liq̄da acetosa alba vel dura. Si vēter fit stipticus cū rugitu vētris ⁊ tēsiōe pulsus rar⁹ mollis ꝑuus debilis: nisi fuerit post longū ꝑcessum: sine fe. ⁊ inanitionē mēbroꝝ qm̄ tūc fit spissus dur⁹. Et sequit̄ plerūq₃ nervoꝝ indignatio ꝑpter frigiditatē ifiltratā. Si ꝟo ꝑpter cām calidā āncesserit ⁊ in aere calido vel fe. acuta ⁊ fit sitis ⁊ amaritudo lingue cū siccitate labioꝝ ⁊ adustione sine nigredine sup lingua ⁊ vomit⁹ rei citrine vel viridis amare subtilis liquide nō viscose ⁊ sensatio caliditatis circa os stomachi. Et q₂ iuvatur a frigidis nocet̄ a calidis et eructatio fumosa sicca fetida vrina citrina subtilis pulsus spissus dur⁹ a principio. Egestio dura citrina vl' nigra: nisi vēter fit obediēs siue fit liquida citrina: sicut vitellum ovi.

Methodus.

Cura bolismi ꝑpt gulositateȝ diuturnā est abstinētia ⁊ minoratio cibi ⁊ potus ⁊ mot⁹ ⁊ exercitiū in ieiuno: nō tñ super sive ne mēbra resolvant̄. Fiat igit̄ a principio digestio ⁊ evacuatio flegmatis ⁊ humorū crudoꝝ cū medicinis dictis cap. de indigestione de cā frigida. Et dietet̄ dieta subtili in substātia ⁊ q̄ntitate vergēte ad calidū penetrativū. Parū ⁊ sepe comedat donec stomachus ꝯfortet̄. Fiāt vnguēta ⁊ cerota dicta illic. Cura bolismi a cā frigida est eadeȝ cū ista. Nō si fit cū fe. curat̄ cū digestione et evacuatiōe ꝑcedēte. Et si iuncture ceperint trāsire lassitudinē ⁊ debilitatē vngant̄ leniter valde cū oleo calido ro. sine fricatione ne materie attrahant̄ sup membꝛ debile nō potēs earū cursui resistere: ⁊ fortassis ethicam inducūt. in fine ꝟo ꝯfortent̄ cū vnguēto martiaton ac agrippa ⁊ adipe castorei vel canis vel vulpis ad solē calidū aut ignē frequēter linīēdo. Cura bolismi a cā calida est eadem cuȝ cura indigestionis a cā calida materiali quā supra dixim⁹ ca. de indigestione. Et habitet in aere frigido: gaudeat ocio ⁊ somno ꝑposse: roret̄ facies ⁊ totū corpus cuȝ aqua ros. ⁊ ex oleo ro. ⁊ fiat vnguētū supra dorsuȝ ⁊ pect⁹. Bibat sepe in ieiuno oxizacarā vel sirupū ro. vel viol'. cū aqua frigida. vtat̄ pro sapore vino granatoꝝ vel berberis vel aceto vel agresta: quēadmodū in cā frigida convenit vti sinapi ⁊ melle ⁊ vino acuto veteri puro. Balneet̄ post evacuationes in aqua decoctionis ro. endivie lactuce mirtill'. Et post balneū vngat̄ cū populeon ⁊ cū aqua ros. ⁊ oleo ro. mixtis cū aceto. Bibat aquā frigidā vel vinū albū ponticū limphatuȝ ꝑ medietate. Et si fit cū feb. curetur vt dicemus.

Emperica.

Scias q̄ i cura ois bolismi nihil melius est q̄ habere omni die ventrē laxuȝ per se vel per artem cum suppositorio vel clisteri lenitivo vel medicina levi: q₂ ipurgādo cām purgat bolismū ⁊ cōfortare mēbra cū vnguentis ⁊ balneis stipticis ⁊ electuarijs cōfortativis ⁊ odoramētis aromaticis ⁊ ocio ⁊ gaudio ꝑ posse. Sed nihil deterius est q̄ coitus ⁊ multitudo repletionis ciboꝝ diversoꝝ ⁊ comestio lactis: q₂ lac cū in ventre nō mūdo receptū fuerit ilico corrūpitur: in cholerico quidē ad fumosum. in flegmatico ꝟo ad acetosum: quapropter fortificat bolismum. Ars aūt retinendi omni die ventreȝ lubricum cū clisteri leni in fe. est hec. ℞. malue bismalue an̄. M. j. furfuris. p. j. blete centauree ana. M. ß. bulliantur in aqua perfecte ⁊ cum li. j. ⁊ ß. illius aque collate ⁊ ℥. iij. olei viol'. ⁊ ℥. j. mellis vel cassiefistule vel tamarindoꝝ ℥. j.

salis simul mixtis & iterum bullitis & collatis: fiat clistere quod injiciatur ante cibum cum tepidum factum fuerit. Et si sit cum febre acuta adde lactu. viol. foliorum papaueris dimittendo centaureã. Et si sit cum multitudine flegmatis in ventre adde hermodactilos colloquintid. agaricum in decoctione vel yerapigra vel benedicta in collatura. Et si sit cum multitudine cholere adde zuccarum viol. vel sirupi viol. vel dyaprunis simplicis vel compositi laxatiui in collatura. Sed si sit cum multitudine melancholie adde sene thimi epithimi esule in decoctione vel yeralogodion vel dyasene in collatura sed si sit cum multitudine verositatis adde rutbe tartari polipodij anisi vel carui cimini in decoctione vel olei rutacei in collatura sumendo de quolibet eorum prout conueniens fuerit. Ars tenendi ventrem solutum omni die cum suppositorio est vt fiat suppositorium cum sapone vel lardo inunctum ex oleo vel butiro calido & aspsum sale modico. vel fiat suppositorium fortius ex agarici colloqntid. esul. an. par. j. salis gemme vel salis cois par. ß. mellis quod sufficit ad temperandum postquam bene puluerizata fuerit. vel fiat suppositorium ex sale gema & iponat ante cibum: vel ex farina siliginis vel furfuris & sale coi contemperando cum melle quod sufficit. Et si addideris vnum fel bouinum per se vel cum melle melius erit. Ars vero retinendi ventrem solutum omni die sine periculo per medicinas leuiter soluentes. Similiter & per cibos laxatiuos dicetur ca. de stipticitate ventris ca. de empericis. si deus voluerit.

Canones.

Sciendum quod medicine & cibi laxatiui non debent omni die frequentari: sed cum necesse fuerit ne natura fiat assuetudinaria & expulsiua somnolenta. Item cibum laxatiuum semper dare conuenit a principio comestionis cum volumus vt laxet & stipticum post cibum: quia naturam primi cibi sapit tota dietatio: vt dicit Gal. ij. alimentorum ca. de pomis.

Pronosticatio.

Bolismus si perdurauerit necessario perducit ad ethicam vel ydropisim: & propter tympanitem propter stomachi debilitatem. Item bolismus in egritudinibus cronicis: vt est feb. quartana vel quotidiana vel ydropisis mortale propter defectum virtutis in via longa.

De corruptione appetitus. Capitulum. v.



Corruptio appetitus dicitur a philosophis ystimbre: & est vt quidam appetit res malas nullo modo conuenientes nutritioni corporis humani quam velut sunt carbones & argilla. Fit autem propter repletiones stomachi ex malis humoribus diuersis: quorum quilibet inducit stomachum ad appetitum rei contrarie humori in qualitate & tapore gratia repletionis: & proprie grossis frigidis melancholicis vel flegmaticis fluidis acetosis. Ista autem repletio stomachi fit propter gulositatem & indigestionem stomachi aliquando: quare fit congestio diuersarum materierum in stomacho: vt in pueris & hominibus gulosis. Fit quandoque propter regurgitationem menstruorum vel emorroidarum ad stomachum. Quandoque propter opillationem epatis & splenis: quare melancholia non recipitur: sed redit ad stomachum. Quandoque propter frigiditatem in ambitu corporis totius constringentem materias a venis ad stomachum siue hec frigiditas sit ab extra sicut accidit infrigidatis in aere: siue ab intra vt contingit ydropicis. Quandoque propter caliditatem colliquantem materias & fluere facientem ad stomachum: vt contigit balneatis vel exercitantibus in sole calido vel febricitantibus fe. acuta. Quandoque propter conuersionem omnium humorum corporis ad genus melancholicum vel flegma vitreum. Signa communia patent ad sensum: scilicet quia eger desiderat terram & carbones & alia huiusmodi. Signa autem propria sunt: vt quia antecessit gulositas diuturna vel retentio menstruorum vel emorroidarum: vel sentitur grauitas & tensio in ypocundrio vtroque: & proprie sinistro vbi est situatus splen vel passiones frigide vel calide vel egritudines cronice precesserunt.

Methodus.

Cura istius egritudinis ex quacunque causa fiat: est vna & eadem quia non respicitur causa antecedens sed coniuncta preterquam in muliere pregnante in qua oportet habere considerationem ad fetum & dare medicinas leuiores. Si igitur sit pregnans fiat si est possibile vomitus leuis cum oximelle

et aqua calida pmissa saturitate ciboꝝ: ꝛ ꝑ/pꝛie de cepis ꝛ alliis ꝛ sinap. in modica quātitate respectu aliorū vomentiū. Post vomitū vtaṫ dyacitonitē cū spēbus vel dyagallāga. Non purgeṫ medicina laxatiua: qꝛ leuis nō sufficit ad euacuationē humoꝝ grossorū frigidorū: sed eā fortē nō debet medicus ministrare ne fiat aborsus. Nā ille appetitus corruptus non aduenit nisi pmo scdo ꝛ ter/tio mēsibus: vt dicit Gal. li. de accidēti. cap. de cā famis ꝛ sitis. qꝛ in illis mēsibꝰ fetus indiget modico nutrimento: ꝛ ideo multa mē/strua supfluūt in ventre mulieris cū post primū vel scdm mēsem incipiat retinere men/strua: vt dr ibidē. Si pgnantē mulierē pur/gare nō cōuenit ante principiū quarti mensis: nec post sextū mensem. Et adhuc illis tribus mensibus leui conuenit vti purgatione. Vn̄ Ypo. iiij. parti. amph. Pregnantes purgare si ꝯuenit a quarto vsq ad septimū mensem cōuenit: minus vo has minora vo et seniora vereri opꝫ. Comedat carnes galline ꝛ cerebella edi vel arietis assi. Bibat vinū odoriferū clarū: vngat os stomachi cum oleo masticino ꝛ nardino mixtis addito modico aceti calefacto in vase duplici. Et sic regatur vsq ad quartū mēsem: qꝛ tūc cessabit iste appetitꝰ ex eo ꝙ vna pars materie euacuata est per vomitū: alia pars transiuit ad fetum: ꝛ tertia pars p abstinentiā quā pa/tiunṫ est ad beniuolū reducta: vt dicit ibidē. Et nō negligaṫ regimen pregnantis. qꝛ est maxia ps sanitatis ꝛ debilitatis fetus. Cura eius in nō pgnante est vt si sit puer cohi/beatur a sua gulositate ꝛ minoreṫ cibus sine tn̄ plurima abstinētia que ledit ipsos ꝙdiu crescūt: ꝛ calor naturalis in eo est fortis. Si aūt sit adultꝰ fiat primo vomitꝰ ppossē duo/bus modis ꝓdictis modo ꝛ ordine quo diximꝰ ca. de fetore nasi. Post vomitū vtaṫ dyacito/nitē calido non laxatiuo: vel isto electuario. ℞. zuccari ro. vel rosate nouelle. ℥. vj. limature acuū acute ablute cū vino ꝛ aceto. ℥. ß. misceanṫ ꝛ denṫ ad modū nucis oi mane cum modico vini optimi: qꝛ exiccat stomachū ꝛ cōfortat splenē. Si aūt nō pōt venire dige/raṫ materia cū oximelle cōposito vel squilli/tico ꝛ aqua calida decoctiōis cardamomi vel gallāge vel ciperi. Et purgetur cū pillis cochijs ꝛ fetidis vel cū decoctione mirabola/noꝝ emblicoꝝ ꝛ indoꝝ. Nutriaṫ bonis car/nibus ꝛ vino: mitigeṫ appetitꝰ gradatim cū corrosione ossium pulloꝝ ꝛ columboꝝ vel pdi/cum assatoꝝ vel cū carne salita sicca condita cū ameos spodio cardamomo ꝛ nuce muscata: qꝛ a ꝓprietate remouent talē appetitū.

Pronosticatio.

Abstinētia appetitꝰ stomachi est via ad cibationē: cibatio vo ad digestionē: digestio vo ad nutritionē: quare nō tardeṫ eiꝰ rectifica/tio. Nā forte mēbra nutrita nutrimēto pes/simo: leprā fe. quartanas ꝛ apata cācrosa vl passiōes spleneticas apata incurrunt qlitates nāq cibi remanēt in cibato ꝛ ꝓprie sim/bola: vt dicit Gal. vij. de acciden. Et Arist. lib. de gnatione. qd patet exēplo: qꝛ vermes remanent virides p estatē quādo nutriunṫ gramine ꝛ frondibus ꝛ flauescūt autūno et hyeme. Silr fructus alterātur in sapore per planetarum translationem.

¶ De siti. Caplm. vj.



itis ē dispositio calida oris stomachi faciens appetere frigidū cum humiditate: quēadmodum appetitus siue fames est dispositio frigida sicca ptes eius fa/ciens appetere humidum cuꝫ caliditate: vt ait phus. ij. de anima. Quapropter Gal. iiij. de accidenti. ca. de causa famis et sitis. dicebat ꝙ fames fit cum os stomachi sentit pro toto consumptionem sue humiditatis cibifice propter cōtinuam suctioneꝫ epatis et membroꝝ. Sitis aūt vero fit cum os sto/machi sentit per se vel pro toto consumptionem sue humiditatis madefactiue ꝛ circumfluente propter adustionem vel arefactio/nem. Fit igitur a causa primitiua aut a causa coniuncta. Si a causa primitiua fit quinq modis. Primo quidem a comestione cibi saliti plurimi vel calidi vehementer sicci. Secundo a potu vini acuti vetustissimi vel aq salse vel sulphuree. Post cuius sumptionem aliqui non cessant bibere donec solutione ventris ꝛ mordicatione moriantur: vt dicit Gale. ibidem exemplificans de nautis ma/ris ꝛ de febricitantibus aquam frigidam potantibus aliter ꝙ oportet. verbi gratia. In febre acutissima: vt est sinocha: vel cau/

son si bibat ex ipsa parū post. Cum enī magis bibant & magis inflāmantur: qꝛ haustꝰ vnus & maximus totus simul cōpeteret eis qui eos refocillaret: & proprie si signa digestionis: & cum est sine apostemate & cum desiderio vehemēti aque frigide: de quo tamē latius lib. ij. & cap. de apostemate stomachi et intestinorum & splenis. Tertio vero ppter morā plurimā sub sole calido vel balneo estuoso. Quarto propter solutionē ventris superfluam p se vel per artem vel p fluxum superfluum menstruorū vel emorroidarum Quinto ppter sumptionē medicine calide sicce laxatiue vel non laxatiue. Si vero fiat a causa coniuncta fit sex modis. Primo quidē ppter indigestionē & crapulam: qꝛ cū natura intendat digerere & soluere cibum indigestibilem vel potū superfluentem: vt accidit ebriosis: tunc calefacit resistēdo & ignitur et suos fumos trāsmittit ad os stomachi. Secundo modo ppter vapores flegmatis vel salsi vel viscosi vel comestionē piscium quos natura desiderat soluere ne corrodant. Tertio modo propter superfluitatē vrine vt cōtingit in dyabete. Quarto mō fit in humoribꝰ ppter opillationes epatis & viarū ratione quarū ebullitio & calor sitim inducit vt patet in ydropicis. ydropici enī sitiunt etiā ppter scđam causā iam dictam scꝫ ppter flegma aquosū salsum cōtentū in ventre sitiunt: qꝛ male cibos digerūt & in flegma salsū couertunt & pprie scabiosis & pruriginosis. Quinto propter caliditatē & siccitatē intestinorū: quare ꝯtinue sugūt a stomacho. Sexto propter caliditatē & siccitatē stomachi cum materia vel sine sicut cōuenit in feb. & pprie de cholera: vt est tertiana cōtinua vel interpollata: similiter & de sanguine vt est sinochus et sinocha. Signa sitis vehementis ppter causam primitiuā patent ex relatione patiētis. Signa sitis propter crapulam & indigestionem sunt nauseatiua satietas cū eructatione fumosa fetida: qm̄ si foret acetosa sitim tolleret omnino. Similiter & dolor capitis obumbratio oculorū & somnus stupidus cum prauis imaginationibus vrina alba subtilis calida nisi fortassis epar inflammetur qm̄ fit citrina subtilis sine yposthasi. Et hora digestionis inspissatur anhelitus & cōmouetur inflatio & rugitus in ventre & fortassis subsequitur feb. effimera maligna. Signa eius ppter humores salsos & viscosos vel esum piscium sunt grauitas post comestionē & angustia de latere in latus & eructatio salsa & fumosa & fortificatio sitis hora digestiōis. Et si bibat aliquid sedatur sitis longo tempore. Et iterum redit & sputū salsum plurimū viscosum ampulosū: & potus dulcis ipsum augmentat. Sed potus aque frigide mixte cū aceto manifeste alleuiat & odor vehemens cū punctura sentitur in ore stomachi. Signa sitis ppter dyabetē sunt maxia exuberātia vrine albe subtilis aquose sine yposthasi: qꝛ sicut potus assumitur ita ilico p meseraicas et epar & venā lulim ad renes attrahitur ppter caliditatē ipsorū & siccitatē anteq̄ digeratur & debilitas circa locū renū & extenuatio corporis de die in diē. Signa sitis ppter opillationē epatis & splenis sunt tēsio & duricies i ypocūdrio altero vel in vtroqꝫ: egestio alba sicut canis pprie si epar sit opillatū & lesio ex tactu ypocūdrij opillati vrina ignita subtilis cū pseuerat opillatio vel facies citrina & eructuatio amara fetida & inflatio stomachi post comestionē. Signa sitis ppter caliditatē et siccitatē intestinorū sunt vētris stipticitas et egestio sicca adusta nigra sicut fabe caprarū dolor circa vmbilicū alleuiatio post potum plurimū & egestio vrit lacertos ani. Signa sitis ppter caliditatē & siccitatē stomachi sine materia sunt amaritudo oris cū siccitate labiorū & adustiōe & nigredine lingue statim a principio & eructatio ne fumosa et pstratio appetitꝰ oino pprie si sit in fe. etbica vel fe. effimera. Nā pterea q̄ fit ex nauseatiua sacietate si fit cū materia atqꝫ cū pdictis signis fit vomitꝰ rei subtilis amare citrine vel viridis sine oī viscositate vel pauca valde. Et fit pprie in fe. putrida de cholera vel sanguine vel flegmate salso vel fe. effimera de nauseatiua satietate quoniam cibus corrūpitur in fumosum.

Methodus.

Cura sitis vehementis propter causam primitiuam est eadem & vna in omnibus predictis sm̄ abstinentiā a talibus et alteratio stomachi cum contrarijs vt est potꝰ aque dulcis frigide cū aceto modicū pmixte. Et vsus olerum vt lactu. cucur. peponum

⁊ similium ⁊ cepa ⁊ frigidoꝝ: vt vini granatoꝝ berberis vel agresta vel seminū frigidorū ⁊ prunoꝝ recentium vel siccoꝝ infusorum in aqua frigida vel cerasorū ⁊ persicorum ⁊ sirupoꝛum frigidorum: vt sirupus ros. vel viol. vel oxizacare bibite cum aqua frigida vel aqua decoctionis lactucarum endiuie vel seminum frigidoꝝ ⁊ dyaprunis zuccari ros. viol. rosate nouelle dyarrodon abbatis tria sandal. Cura sitis propter solutionem ventris superfluam vel fluxum menstruorum cronicum: vel cursum emorroidarum perdurantem est cura fluxuū eorūdem: quoniam causa antecedens curatur cura sui morbi: vt dicit Gal. xij. de ingenio sanitatis. cum accidens sequitur morbum sicut morbus suam causam coniunctam ⁊ sicut vmbra corpus vt dicitur in. iij. de accidenti. Quod si fluxus ventris fuerit propter sumptionē medicine effreniter laxantis restringatur venter ⁊ frangatur virtus medicine ꝓposse modo ⁊ ordine quo dicemus ca. de fluxu ventris. Cura sitis propter indigestionem ⁊ crapulam est vt toleret sitim proposse: vel fortasse vinum vetus sumpserit post digestionem. Et vtatur electuarijs calidis: vt est dyagallanga dyaciminum ⁊ silia. Qd̄ si cibus sit in stomacho nec corruptus sit qd̄ scies: quia eructatio non est fetida vel non valde: tunc inducatur somnus proposse vt cibum digerat. Quod si dormire non potest: ambulet assidue p dieꝫ integrum vel q̄ntum potest. Postea dormiat ⁊ stomachum cum calido plumaceolo molli cooperiat: donec cibi digestio compleatur. Si vero cibus sit corruptus in stomacho fiat vomitus proposse: vt dicemus cap. de fetore nasi. Si v̄o cibus descenderit ad intestina quod scies: q: supiora ventris sunt alleuiata ⁊ grauitas remanet circa vmbilicū: tūc euacuetur cū medicina benedicta vel electuario d̄ succo ro. laxatiuo dādo ex eis. ℥. ß. cū aqua calida in aurora vel bibat plurimū aq̄ calide salite: q: ventrē stimulat ⁊ secessum ꝓcurat: ⁊ vngat̄ stomachus cū oleo masticino addito modico aceti actu calido. Et vngatur oleis calidis p̄dictis, ⁊ intēdat̄ cause ⁊ negligat̄ accidens: qm̄ ilico sedabit̄ post euacuationes sufficiētes. Cura sitis ꝓpter humores viscosos vel salsos vel esum pisciū corruptoꝝ est vt sumat sirupū acetosum vl̄ oximel cōpositū vel squilliticū cum aqua calida vel aqua decoctionis berberis cicoree lactuce vl̄ acetose ante cibū. Postea purget̄ cū pillulis cochijs vel beneđ. Comedat cibos digestibiles cōditos cum aceto vel agresta vel sinapi. Bibat vinū albū subtile p̄terq̄ in materia salsa: qm̄ in illa cōpetit vinū aquosuꝫ vl̄ limphatū ad medietatē⁊ abstinentia ab acutis vt sunt allia sinapis sal piper ⁊ predicta electuaria. Cura sitis ꝓpter dyabeteꝫ est cura dyabetis ⁊ nō negligat̄: q: ꝑducit ad ethicā. Bibat ergo sirupū ros. vel violatū cū aqua frigida. vtatur prunis ficubus oleribus frigidis vt lubrificet ventrē ⁊ stringat vrinam: vngat renes cū populeon ⁊ oleo ros. ⁊ cera vel oleo viol. ⁊ aliquātulo aceti vel sirupo solatri vel semperuiue vel plātaginis ⁊ aceti. Bibat vinū rubeum ponticū permixtū cum aqua plurima vel aqua decoctionis mirtil. vel plātaginis vel ro. Vtat̄ cibis nutritiuis facile digestibilibus vt sunt carnes auiū paruarum siluestriū vel pulloꝝ ⁊ iuribus eoruꝫ. Cura sitis ꝓpter opillationē epatis ⁊ splenis est vt vtat̄ cibis potibus ⁊ medicinis deopilatiuis ⁊ aperiētibus venas: vt diuretica calida famosa. verbi grā. sirupus acetosus compositus ⁊ oximel cōpositū vel squilliticū: ⁊ vinū albū puruꝫ potens ⁊ aqua se. cōium ⁊ calidorū in aqua decoctionis reub. enđ. ciperi capparis ⁊ electuaria calida p̄dicta. Et purget̄ cum pillis cochijs: nisi forte epar sit inflāmatū: tūc eñ cū diureticis calidis opꝫ addere diuretica frigida: sicut se. cōia frigida ⁊ cū electuarijs p̄dictis tria sandalū misceat̄. Sed empl'a ⁊ epithimata deopillatiua epatis ⁊ splenis scripsim⁹ ca. de sincopi. C. de empicis. ⁊ empl'm bonum ad splenē scripsim⁹. C. de turbatione v̄tutū sensitiuarū ca. de empicis. Et plura scribemus ca. de opillatiōe epatis ⁊ splenis. ⁊ suspēdat̄ eger blāditijs donec causa sitis fuerit remota: q: tunc desinet sitire. Qd̄ si sit cum fe. vel ydropisi curat̄ vt dicet̄. Cura sitis ꝓpter caliditatē ⁊ siccitateꝫ intestinoꝝ est vt sepe clisterizet̄ cū clisteri leni frigido humido lubrificatiuo: vt hic. ℞. maluarū viol. herbaruꝫ ⁊ sloꝝ lactu. bleta. añ. coquant̄ ꝑfecte in aqua colletur ⁊ de lib. ij. collature ⁊ olei viol. ℥. iiij. ⁊ sirupi viol. ℥. vj. fiat clistere cum sola aqua tepida decoctione ordei prunorū vel cucur

bite corticis papaueris psilli nenuphararis: vel dissoluatur in eo aliquid campbore: vel addatur aliquid siru. viol. vel olei viol. et frequenter iniiciatur ieiuno. Et plura dicem⁹ ca. de stipti. ventris. et semp in principio cibi vtatur aliquibus lubrificatiuis: vt sunt pruna recentia: ius caulium vel lentium: cerasa oleum cofectum ex ficis et maluis coditum cum oleo vel butiro: panis furfuris coditus cum butiro recenti. Sed in fine sumat stiptica: vt caseus antiquus assa pira coctana panis de simila vel azimus. Cura sitis ppter malam coplexione calidam et siccam stomachi cum materia vel sine materia est illa quam diximus in cap. de vigil. C. de causa calida. Et si sit cum fe. curatur feb. vt dicetur.

Emperica.

Medici dixerunt sitim veram et non veram. Appellantes veram que est passio oris stomachi: et de hac locuti sumus hucusque. et ista magis extinguitur aqua frigida vel aceto. Sitim aut non veram appellantes caliditate et siccitate pulmonis et gutturis ppter car-sonem et adustionem spualium mebrorum: sicut accidit in fe. et hec magis tollitur aere frigido qui est in supficie aque currentis vel gargarismate frigido ex aqua et aceto vel epithimate pectoris ex aqua ro. et succo endi. in quibus dissoluta sint campbora et pul. sandal. quam cum potu liquoris cuiuscunque: quapropter et si quis in aliqua siti donec extinguatur sentiat potum fluctuare in stomacho post quam sedabitur sitis: grauabitur stomachus et infrigidabitur ppter errorem. Item ad quamcunque sitim confert ponere super linguam frusta lata pomi acetosi vel citri infrigidata in aqua frigida frequenter reiterando quando calefacta fuerint cum inglutione saliue: sicut et pruna sicca imbibita in aqua frigida donec grossescant: et tadiu retenta sup linguam donec liquefiant. Silr penid. et zuccarum ros. vel viol. atque dyaprunis. Ite grana psilli vel se. citoniorum excorticata ligent in sacculo lineo albo molli ad figuram digiti auricularis et infrigident in aqua frigida donec muscillagines p poros emiserint et ponatur sup linguam donec sacculus exsiccetur: tunc reiterentur. Ite confert ad illud non modicum inspiratio aeris frigidissimi infrigidati cum roratione aque frigide per cameram infirmi vel cum aqua ros. Silr et euentatio faciet cum flabello. Item pillule bilzilie descriptionum diuersarum ad hoc conferunt dicte cap. de psi. Similiter pillule de campbora et de spodio posite ibidem. Item trocisci sic fiant. Rx. se. portulace dragaganti an. ʒ. iij. se. iiij. frigidorum excorticatorum. se. lactuce an. ʒ. ij. sandalorum capbore gumi arabici an. ʒ. j. terantur et cribellent et distéperetur cum aqua ro. muscillaginis psilii: et formetur trocisci figure late subtilis et teneatur cotinue sub lingua donec paulatim inglutiatur. valent enim maxime in fe. arsiuis et siticulosis. Ite portul. recens vel semen eius infrigidatum in aqua frigida teneatur in ore.

Canones.

Scias quod post exhibitionem medicine laxatiue cuiuscunque que soluit attrahendo plura bona cosiderari possunt ex siti. Nam sm mes. lib. de consolatione medicinarum solutiuarum. triplex est sitis. quarum quedam prima dicitur supoccupans. i. cito festinans: sicut cum exhibetur farmacia stomacho calido p naturam et siticuloso. In illo enim fit sitis antequam medicina sufficienter operetur: quapropter tali siti non est credendum. Secunda vero suboccupans. i. valde tardas: sicut fit cum exhibetur medicina stomacho naturaliter humido flegmatico. Talis enim non sitit post perfectam purgatione: sed est solum quando superfluit purgatio. et isti siti etiam no est credendum: immo virtus medicine fraudanda et venter ne deiiciatur per solutione. Tertia est succedens et rationabiliter et prospere eueniens: scz quado post purgationes aduenit sitis propter mundificationem bonam stomachi et consumptione humidi roridi quod est circa os ipsius beneficio bone purgationis: et huic est credendum. Sunt enim quedam corpora que sitim plurimum patiutur ante purgationem: sed non post. Et si debite purgetur velut accidit cum purgatur cholera vel flegma salsum. Signa igitur distinctiua specierum sitis predicte sunt: quia si post paruam purgatione medicine non pportionatam sitis supuenit: est supoccupans et medosa: quare non stringatur veter: sed precipitatur egro vt vigilet et moueatur gradatim et ieiunet

gratia vlterioris laxatiōis. Unde Ipo. iiij. pti. amph. Quicūq3 in farmacijs nō sitiunt cum purgent̄ nō quiescāt donec sitiāt. Item cum volueris magis ducere ellebor̄ moue corpus: cuz vo stare: somnū fac ⁊ noli moue re. Sz si post plurimā euacuationē ⁊ dosiz ex cedentē sitis supuenerit ipam non expecta: sed egrū prius restringe: vt dicemus cap. de fluxu ventris oim modor̄ ⁊ somnū quietem precipe: ⁊ cibuz ⁊ potū tribue nexus psternatur: Sed si post euacuationē mediocrem et dosim proportionatā superuenerit ilico sitis ⁊ ventrem cohibe si ipse non restringat̄. Signa euacuationis supfluentis certissima sunt duo. Unū est egri debilitas plurima pter rōnem cū multitudine vel magnitudine ascellationis. Unde Ipo. pma amph. In pturbationib⁹ ventris ⁊c. Scdm mutatio humoris purgandi in aliū diuersum: vt si intēdis purgare choleram ⁊ post eius eductionem excedit flegma vel melancholia: vel qd plus ē sanguis excessit purgatio: sil̄r de alijs humoribus: quapropter dicit Mes. in suo lib. de complexione medicinarum solutiuar̄. q medicina solutiua quelibet effrenanter educit primo humorē sibi pprium quem respicit: vt puta cholerā. Post si vtus supfluit educit humorem facilem ⁊ facillime mobilē post illum: vt puta flegma. Deinde si magis superfluxerit: educit humores grossos vt melancholiam. Demū si maxime superfluxerit educit sanguinē. Et licet sanguis sit facili⁹ mobilis q flegma vel melancholia: verūtamen natura retinet in se pro thesauro. Et ex hoc patet q periculosa sit solutio cum medicina taliter effrenata vt p ipsam sanguis educatur: qr significat maximā humor̄ inanitionē ⁊ virtutis retentiue defectionez. Et ideo dicit Gal. v. de simplicib⁹. q lz habeamus medicinas educētes cholerā: flegma vel melācholiā sanguinē nequaq3: qr ad hoc sufficit flebothomia cū sit min⁹ piculosa ⁊ cohiberi possit ilico cū qs vult. ⁊ quidā qui reperit eā. s. medicinā euacuātem sanguinem ilico fuit a rege morti condemnatus.

Dubitatur

de siti: vtrū pot⁹ debeat dari solum cum cibo: vel ante cibuz: vel post? Et iterum an aliter in tpe egritudinis q sanitatis? Ui detur q post per Aui. j. canon. fen. iij. capitulo de regimine ei⁹ qd comedit̄ ⁊ bibit̄ p totū ⁊ tertio can. fen. xiiij. cap. de cura ydropisis alchitis. vbi phibet egrū a potu p duas vel iij. horas post cibū rōne forti. qr pot⁹ ppter sui subtilitatē facit cibū crudū exire stomachū: quapropter veniēs ad epar nō conuertitur in sanguinē nisi forte aquosum augmentantē morbū q si venas opilauerit ⁊ putruerit: fe. efficiet cū ydropisi mortalez. Itē Gal. vij. de ingenio docet nos in cura cōplexiōis sicci stomachi potuz oēm pposse denegare vsq3 ad pfectaz digestionē cibi in stomacho. Tunc nāq3 dabitur vt chilū trāsire faciat p vias angustas. In oppositū arguit̄ qr qd facit bonā mixtionē in stomacho dz dari simul cum cibo: sed potus est hmōi. Itē cōiter oēs hoīes qn comedunt ⁊ bibūt: sed fama quaz oēs famāt nō oīno deperdit̄: vt dr. vij. ethicorū. Respondendū qm̄ potus est triplex: quidā permixtiuus: alius extinctiuus: alius delatiuus q̄ drīt in quattuor. in substātia: qtitate: nūero ⁊ hora sumēdi. Nā potus pmixtiuus opz vt sit vinū purū vetus cōfortās digestiuā: sed paruus qtitate vt cibū nō vndare faciat ⁊ freqns numero vt fiat bona cōmixtio per totū. Quapropter cōuenit vt apud comestionē assidue p vices plimas partiat̄. Sed potus delatiu⁹ opz vt sit vinū limphatū: qr penetrabit: aqua nāq3 subtiliat substātiam vini: sed vinū calefacit qlitatē aq. hec duo penetrationi cōueniunt. Oportet etiaz vt sit plurimus sumptus in vna vice qm̄ chilum liquiduz perducet. opz etiā vt ministretur nō nisi cōpleta digestione pma cuius nō est vnū certū temp⁹ in oibus hoibus: sed in quibusdā duabus horis: vt in calidis ⁊ exercitantibus. in alijs qttuor vel sex fm cōplexionem stomachi ⁊ cibor̄z in qualiet qto. Potus extinctiuus opz vt sit aqua pura frigida vel cum aceto modico permixta qr fiet magis extinctiua. opz etiā vt sit modic⁹ qtitate ne post ipm stomachus ledat̄: qpropt̄ cōuenit vt potius traijciat̄ sugendo q gurgitando ne forte cibi digō interrūpatur. Et potus quidē humoralis nō hz certū tempus sumptionis: imo cū necesse fuerit: potetur ⁊ apud digestionem ⁊ infra: vt accidit in feb. Sed queritur an potus delatiuus sumi debeat cum adhuc cibus est in stomacho:

vel postq̃ descẽdit ad intestina: videt̃ q̃n est in stomacho: q: non põt exire pileron ꝓpter spissitudinẽ ⁊ vie stricturã. Sed ecõtra videtur: q: tũc primo cibus attrahit̃ per meseraicas ad epar. Dicendũ q̃ debet dari q̃n est adhuc in stomacho q: reddet totũ chilus liquidum ⁊ toti cõmiscebit̃ perfecte: q̃ si quis obiecerit q̃m talis cibus transit indigestus ad epar cum chilo ꝑfecte digesto. Dicendũ q̃ vinũ modica indiget digestione q: calidũ est ⁊ subtile: ⁊ ideo sufficit sibi ꝑ digestione hora illa pro qua cõmiscetur chilo in stomacho: ⁊ hora qua ad intestina descẽdit: ⁊ hora qua transit ꝑ meseraicas ad epar. Sic enim venit digestum ad epar. Et ex his soluunt̃ rõnes vtriusq; partis preter hoc qd̃ oportet adijci q̃ substantia potus cuiuscũq; nõ semper est vinũ vel aqua sed solũ tẽpore sanitatis. Nã tẽpore egritudinis conuenit alia et alia substantia potus ꝓut ostendit̃ ex capl'o egritudinis cuius est potus siue sit permixtiuus siue delatiuus siue extinctiuus.

Pronosticatio.

Sitis superueniẽs post euacuationẽ conuenientẽ farmacie cũ cõstantia virtutis ⁊ leuitate corporis perfectã digestionem significat et ꝓprie si color egestionis mutat̃ ab humore purgando ad suũ vicinum: vt dicit Mes. in li. suo de medicinaꝝ consolatione. Item superfluã sitim tolerare in fe. q̃buscũq; ⁊ ꝓprie acutis arsiuis est ꝑducere egrum ad arefactionem ⁊ marasmũ qd̃ ⁊ verum credimus in ydropisi alchite de quo minime videtur: vt p3 ꝑ Aui. loco ꝑallegato. Detur ergo potus in substãtia qui cõueniat egritudini: scz ⁊ mõ ⁊ q̃titate cõueniẽte in canone iam scripta. vñ Gal. viij. de ingenio ca. de fe. effimera ex nauseatiua satietate dicebat. Sitim tolerare in fe. est martyriũ sine iuuamẽto: lz in hoc sepius errẽt cõiter operantes. Itẽ sitis intẽsa supueniẽs post potũ sup̃fluũ vel comestionẽ sine cã manifesta certificat indigestionem vel digestionis corruptionẽ. Item sitis nocte supueniẽs post comestionẽ vel potũ sup̃fluũ vel post crapulã ⁊ ebrietatẽ melius rectificat̃ somno q̃ potu extinctiuo. vñ ypo. v. amph. Quibuscũq; bibere desideriũ nocte ⁊c.

De eructatione. Ca. vij.



Ructatio siue ructus est expulsio vẽtositatis sup̃ius a stomacho inflãtis ⁊ extendentis ipsum queadmodũ ⁊ treula dicitur expulsio vẽtositatis ꝑ inferius ab intestinis. Sed cũ ventositatis cã nõ sit alia q̃ caliditas diminuta q̃ frigiditas põt appellari: vt ait Gal. vj. de accidẽti. op3 vt eructatio cõplexionẽ frigidã stomachi testet̃. Hec igit̃ vẽtositas aut multiplicat̃ in ieiuno quare fit a mala cõplexione diuersa frigidi stomachi cum flegmatica materia viscosa vel aquosa in quã agit calor naturalis. Et signa eius sunt multitudo sputi ⁊ saliue insipide ⁊ viscose ⁊ inflatio ventris cũ rugitu ante cibũ ⁊ q̃ hora digestionis accidit cõmotio fortis in ventre ⁊ vrina videtur al. grossa ⁊ patiens iuuatur a calidis nocetur a frigidis. Aut multiplicat̃ post digestionẽ ⁊ ꝓprie sup̃fluã quantitatẽ vel frigidam q̃litatẽ quare fit a mala cõplexione frigida sine materia quod tunc accidit ꝓpter caloris naturalis diminutionẽ agentis in cibo potentis eleuare ventositates ab ipso sz non termiare. Et signa eius sunt: q: nulla sentitur grauitas aut modica in stomacho ante cibũ sed post ipm: ⁊ tunc fit rugitus et inflatio cui succedũt oĩa signa stomachi frigidi sine materia q̃ diximus capl'o de indigestione. Fit ⁊ quãdoq; ꝓpter assumptionem cibi ventosi naturaliter: vt fabe rape fructi crudi: ⁊ tunc non significat super dispositione continentis sed contenti.

Methodus.

Cura eructationis frequentate ante cibũ est cura male cõplexionis frigide cum materia flegmatica dicta capl'o eodem cũ digestionibus ⁊ euacuationibus vnguentis electuarijs ⁊ cerotis. Preter illa aũt fiat dragea ex mastice thure. añ. ℥. ʃ. quã masticet in ieiuno cũ glutione. Fiat etiã dragea ex semie carui anisi feniculi petro. cardamomi. añ. ptes equales. Vtatur post euacuationes dyatriũpip. dyaciminũ. dyazz. dyaniso et oĩbus electuarijs calidis in ieiuno. bibendo post ista aliq̃d vini puri potẽtissimi. Balneetur cũ aq̃s frigidis stipticis: vt sunt aq̃ ti narũ ⁊ aq̃ decoctiõis absinthij mente rube pullegij aluminis ⁊ furfuris ⁊ ꝓprie post eua

cuationes. Cura eius q̄ fit post cibū est eadē cum ista preter q̄ nō est opus euacuationibus: sed alterationib⁹ in ieiuno: nec multiplicet cibū in q̄to cōtinuo vel discreto. Euitet legumina oia ꝓprie fabas cicera ꝛ pisa. Nō vtat̄ fructibus nisi forte caricis ante cibum: ꝛ piris assis vel coctanis post cibū cū dragea ꝑdicta addendo zuccarū ꝓpter delectationē: exerceat̄ semp in ieiuno: nec sumat cibū nisi prius verus accesserit appetitus. primo tunc satisfaciat nature nō appetitui quoquomō: q: stomachus frigidus est in appetere bon⁹: in digerere non bonus: vt dicit Galenus in tegni.

Canones

Multitudo vētositatū in stōacho ipedit corrugationē ipsius sup cibis sed cū digestio fit alteratio naturalis: ꝛ alteratio naturalis nō ꝑficit̄ nisi agēs ꝛ patiens ꝯm extrema se cōtingant: iō necessario ipedit̄ digō pria: vt colligit̄ ex.vij. phisico. circa ꝑncipiū. ꝛ.vij. d̄ accidēti. Itē gal̄.vij. de accidēti. vētositas nō multiplicat̄ in stōacho cal'o neq̄ i frigido vehemēter: q: cal'm excellēs dissipat ꝛ termiat eas postq̄ eleuate sunt. Sȝ frigidū excellēs nō sufficit ad eleuationē eaꝝ: sicut d̄r ibidē de vētis q̄ nec multiplicant̄ in canicularib⁹ nec i medio hyemis: sȝ magis vere ꝛ autūno.

Pronosticatio.

Rasis in diuisionib⁹ dicit q̄ eructatio multiplicata supflue corrūpit digestionē: sed diminuta in corpore cōsueto inducit inflationē. Itē eructatio per se significat indigestionē. sed si fit fetida significat cibi ꝛ hūoris corruptionē ad calidū q̄ si fit fumosa: copiosa: adusta. sed ad frigidū si fit acetosa insipida vl' saporē cibi assumpti retinēs: ꝛ ꝓprie post ij. vel. iij. horas a cibi sumptione. Itē excessiue ructantes añ cibū dispositi sunt ad cholicā: sed eructantes post cibū ad ydropisim ꝓprie tympanistē. Itē di. Ipoc. vij. amph. In diuturna lienteria oxiremia ꝛ eructatio acetosa supueniēs est signū salutis: q: ꝑncipiū prime digōnis ꝛ retētiue cōfortationē ꝛ fluxus diuersionē significat. sapor nāq̄ acetosus semp fit a cal'o diminuto nequaq̄ a frigido ꝑ se. Stipticus aūt ꝛ pontic⁹ lȝ dicant̄ ab Aristo. fieri a cal'o hoc intelligit̄ initiaiter: verū i hoc refert dicere: q: qñq̄ fit sapor a cal'o initiato vel initiāte: vt in fructib⁹ nōdū maturis. Qñq̄ a cal'o exhalāte ꝛ termināte: vt in aceto vini ꝯm Gal'. iiij. de simplici cib⁹. ꝛ Auic. ij. cañ. ca. de cognitione medicinarū ꝑ rōcinationē. Et intellige q̄ ista oxiremia supueniēs nō dȝ ꝑfuisse: q: significaret aduentū lienterie vel fortitudinē ꝑsentis ꝓpter indigestionē ꝛ chili liquiditatem. Item ex hoc sequitur q̄ eructantes freq̄ter super cibū ꝑueniūt ad lienteriā ꝛ dyarriā ꝓlixā. Itē eructatio in corpe sano semel vel bis facta añ cibū vel post: ꝛ ꝓprie in corpore cōsueto vel sup replōnē bonitatē significat virtutis expulsiue q: possibile non creditur vt aliq̄ natura cibū digerat taliter vt ex ipso nulle superfluitates penitus generentur cum omne patiens naturale resistat aliqualiter agenti.

De singultu. Ca. viij.

penetratiuis et deopillatiuis dictis cap. de opillatione epatis. C. de cã frigida. Et confortatio post hoc cũ ẽplis stipticis dictis ca. de debilitate epatis. C. de raritate sue substantie. et positio võtosarũ sine scarificatione supra epar vice vna: et emplastroꝝ vice alia et cõfortantiũ epar sicut est hoc. ℞. succi absinthij vel eupatorij. ℥. iiij. vini albi odoriferi. ℥. iij. pul. ros. sandaloꝝ spice añ. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. ij. dissoluat̃ armoniacum in vino ad ignẽ et cũ eo et succo cõficiãtur res alie. et fiat emplm̃ vel epithima actu calidus sup epar frequẽter ante cibũ. Nutriat̃ iuribus carniũ laudabiliũ remota pinguedine cõditis cinamomo et spẽb᷒ calidis penetratiuis et carnibus pulloꝝ vel pdicũ elixis cũ petro. et feniculo subtilr̃ cõtusis et collatis vt cito penetrẽt. Bibat vinũ purũ album forte pue qñtitatis. Uitet oĩa dulcia viscosa vel vnctuosa grossa opillatiua: vt est melvinũ rubeũ pasta et caro porcina. Uitet legumia et olera oĩa: qm̃ sunt vel secessiua vel opillatiua q̃ duo sunt maxime ꝯtraria pñsenti curatiõi. Undecima est vlcus vel bothor in stomacho et intestinis sup que cibus trãsiens inducit mordicationẽ et excitat ipsoꝝ virtutẽ expulsiuã. Et signa ei᷒ sunt sensatio doloris in stomacho vel intestinis post cibũ qui nõ repiat̃ ante cibũ. Cũqꝫ cibus descẽderit per stomachũ et intestina de loco ad locum fit sedatio doloris in loco primo et ei᷒ cõmotio in loco alio donec descẽderit ad anũ: et ꝙ in egestione est virus subtile et cibi egerũtur oĩno nõ alterati aut paruꝫ: et putat̃ esse colica passio cũ nõ sit: qm̃ est cum fluxu chiloso saniosi et dolore post cibũ que nõ sunt in colica. Et iuuat̃ a frigidis stipticis ex quib᷒ nocet̃ colica oĩno. Et cura ei᷒ est vt pmo mũdificetur vlcus cũ mũdificatiuis lenib᷒: sicut est aqua zuccari vel ydromel in potu datũ vel clistere factum ex a q̃ decoctionis lentiũ excorticataꝝ ordei depillati collata addito oleo ros. et cepo hircino vel ceruino in collatura iniiciẽdo tepidũ. Et post assellationẽ imediate purget̃ qñqꝫ cum reubarbari boni puluerisati. ʒ. ij. infusis per sex horas in aqua feruẽti decoc. granoꝝ mirti vel ros. vel sumach. Deĩde colletur et addant̃ sirup. ros. ℥. ij. vel. iij. et detur totũ ante diem. Et scias ꝙ si bothor aut vlcus fuerit in stomacho vel intestinis superioribus magis conferunt: exhibita p supius. Si vo in intestinis inferioribus magis cõferunt exhibita p inferius: qm̃ virtus oĩs medicine in longa via resoluitur. Post mundificationes plurimas vtatur consolidatiuis stipticis: sicut est trociscus. qui. ℞. boli armenici dragagãti. mũmie masticis añ. ℥. ß. et terantur oĩa subtiliter et incorporentur cum vino decoc. granoꝝ mirti vel plantaginis vel citoniorum: et detur per os ante cibũ cum sirupo ros. vel de citoniis vel dissoluatur in clisteri predicto et iniiciat̃ vtatur de zuccaro ros. vel dyacitonitẽ sine speciebus vel rosata nouella et similibus. Nutriatur carnibus assis vel coctis et conditis cum agresta et sumach et vitellis ouoꝝ. Utatur piris assis vel coctanis ante cibum. vitet acetum: qm̃ est mordax et corrosiuũ si plurimum ex ipso sumat̃: vsus tamẽ ei᷒ moderat᷒ appetitũ excitat sine nocumẽto. Utat̃ p cõdimẽto suoꝝ iuriũ hoc puluere. ℞. granoꝝ mirti spodij. añ. ʒ. ij. cinamomi: galiãge: cardamomi: zuccari añ. ℥. ß. croci. ʒ. j. qr appetitũ cõfortat et digestionẽ et retentiuã. Bibat vinũ rubeũ ponticũ stipticũ limphatũ cum aqua ciceꝝ. vel in qua extinctus est lapis vel ferrũ vel cũ aqua decoctionis piroꝝ citoniorum mirtilloꝝ et plantaginis et similiũ. Utatur sepe añ cibũ puluere cõsolidatiuo et stiptico qui. ℞. granatoꝝ et pprie acetosorum granoꝝ passulaꝝ: gnorũ mirti: spodij: gũmi arabici ass. et rosaꝝ siccaꝝ mẽte sicce calamẽti sicci omniũ añ. terant̃ et cribellent̃ et lãbatur de ipso de mane oĩ die vł misceat̃ cũ zuccaro ros. vel sirupo ros. et oxizaccara: qm̃ vlc᷒ cõsolidat: dolorẽ mitigat et retentiuã confortat. Duodecima est dẽsitas corporis et poroꝝ sudãdo qre nihil resoluit̃ ex eis aut modicũ. Cui᷒ signa sunt habitudo carnosa cũ duritie cutis et grossitie musculoꝝ color faciei liuidus vel rubicũd᷒ paucitas sudoris et multitudo quietis dimissio exercitij et laboris et multitudo egõnis cũ paucitate comestiõis et ꝓstratione appetit᷒. Et isti sunt pni ad febres putridas et apostemata pniciosa ꝑpt retentionẽ supfluitatũ scđe et tertie digõnis in mẽbris. Et cura ei᷒ est exercitiũ et balneatio cũ fricatione ex farina fabaꝝ et furfure et sudatio in balneo añ cibũ ꝑposse et abstinẽtia a cibis grossis viscosis: nisi fluxus excesserit &c.

Methodus. Dyarria fit ppter aliquam quinqꝫ causaꝝ. Prima est sumptio medicie effrenter laxātis nō cōsolate cū suis tyriacis vel nō mēsurate ſm pportionē cōuenietem corpori: ppter qđ post eductionē humorum quos respicit a pprietate educit humores alios pter sanguinē. Qr si ad sanguinē vtus eius se extēderit iā dissinteriā inducit. Et si gna ei⁹ sunt anxietas egri pluria cū solutiōe ventris quā nō intendebat eger vel medicus ppter qđ ait Ipo. j. pti. amph. In pturbationibus vētris ⁊c. Et mutatio egestionū in colore ⁊ substātia ad humorē aliuꝫ ⁊ a pncipio vehemētia fit ⁊ oia dicta. E. de canone. Et ppter hoc dicebat Ras. i diuisionib⁹ ꝙ medici debent esse cōtenti ex medicinis solutiuis facilib⁹ cuiusmodi sunt mirabolani viol. pruna sirupus ros. ⁊ pprie ex ros. recentib⁹ et sirup. viol. ⁊ tamarinđ. ⁊ māna ⁊ cassia fi. et fumus terre. ꝙ si necessitas fortiora postulet: sint cōtenti turbith aloes epithimo sene polipodio pulpa colloquintida agarico scamonea cōsolata q̄ dyagrediuꝫ dr. Et p medicinis vomitiuis sint contenti sirupo acetoso ⁊ aceto ⁊ raphano ⁊ semine aneti ⁊ eruca. Qr si vomitu forti aliquātulū indigem⁹ sint contenti parū ex condisi ⁊ nuce vomica: ⁊ deuitent oino solutionē fortē vel vomitum fortē cū medicia forti vel ignota sicut sūt mezereō ⁊ coconidiō ⁊ spēs lacticinioꝝ ⁊ titimalis sicut est ezula anabulla cathapucia ⁊ elleborus niger ⁊ albus: qm̄ faciunt accidentia valde mala. Et subdit ibidē. ꝙ si vis tribuere alicui medicinā aliquā prius interroga quā medicinam potare cōsueuerit ⁊ sub qua dosi ⁊ quot assellationes habere cōsueuerit vt significetur tibi qđ ⁊ q̄tum conueniat in potu tribuere. Et si necesse fuerit alicui medicamen tribuere qui nunq̄ medicamen antea sumpsit: da ei in primis medicinaꝫ leuem aut modicā q̄titatē. deinde acue gradatim donec eius naturam cognoueris.

¶ Sciendū preterea ꝙ hoies macilleti naturalr cuiusmodi sunt melācholici ⁊ cho. sunt vt plurimum facile solubiles p medicinas: qm̄ sunt rare cōpositionis ⁊ laxe carnis. Homines vo pingues carnosi naturaliter cuiusmodi sunt flegmatici ⁊ sanguinei sunt vt plurimū difficile solubiles ⁊ ideo fortiori medicina indigēt: qm̄ sunt dense compositionis ⁊ cōpacte carnis ⁊ strictas hn̄t vias. Et cura ei⁹ est vt illico cū medicina ceperit superfluere frāgatur ei⁹ virtus ⁊ lauētur intestina cū haustu magno simul sumpto ex aqua ordei vel iure pulli antiqui. Et post hoc dētur stiptica in potu ex q̄bus precipuū est lac vstulatū cum lapide vel ferro ignito donec fiat acetosum ⁊ sicut est aqua pluuialis ⁊ aqua decoctionis masticis cinamomi lentiū mirtilloꝝ piroꝝ nespilarū sorbarū sumach milij risi plantaginis ⁊ similiū ⁊ non collet aqua sed dulcoret cuꝫ zuccaro ros. veteri ⁊ ligētur extrema vehemēter primo adiutoria. deinde coxe ⁊ ponātur vētose sicce sup epar stomachum ⁊ splenē ⁊ spatulas cuꝫ suctione forti. Et detur in potu tyriaca recēs vel filonium cū vino rubeo stiptico ⁊ ponat in aere tēperato: qm̄ aer frigidus soluit ventrē cōprimēdo materias ad inferiora. Estuosus vo soluit virtutem ⁊ confortetur cerebrum cū odoratoribus frigidis stipticis vt sunt rose ⁊ succus granatorū ⁊ acetum. Et si virtus toleret: fac ipm sudare in balneo aque dulcis nō stiptice vel in vapore aque calide sub pānis suis extracto capite in quo fricetur corpus vehementer. Cunqꝫ multū sudauerit: da ei in potu stiptica predicta. Et epithimetur epar ⁊ cor cum aromaticis sicut est aqua decoctionis mirtillorum sandalorum camphore masticis ros. ⁊ succus citoniorū ⁊ maloꝝ macianorum: qm̄ redolentia confortant spiritus ⁊ humores ad se trahunt. Et epithimetur stomachus ⁊ intestina cum aquis stipticis sicut est aqua aluminis ⁊ sulphuris ⁊ citonioruꝫ ⁊ corticis granatorum ⁊ corticis papaueris ⁊ absinthij ⁊ olei de mastice. Et oportet vt omne eius nutriens sit cibus stipticus actu frigidus infrigidatus cum niue sicut est agresta ⁊ vinum granatoruꝫ et pira assa et citonia ⁊ risum ⁊ miliū ⁊ caro pullorum assorū ⁊ tortelle bis cocte ⁊ vinum rubeum ponticū. Et si pōt sufferre balneū ponantur manus ⁊ crura in aqua calida ⁊ continue fricentur ⁊ non ponantur extrema in aqua frigida: quoniā materia repellat ad interiora. Et si omnia ista nō suffecerint: da ei in potu hoc medicamen exptum: vt dicit Auic. in can. seu ca. iiij. de restringendo flux

superfluo ex medicina. R. seis nasturcij torre facti ad ignez donec ptes acute resoluant. ℥. iij. deide coquant in lacte acetoso vel ex quo extractū est butirū per extinctionē lapidis vl' calibis donec fuerit inspissatū. Est nāq3 vltimū in bonitate: ⁊ inducat somnus ꝓposse cū quiete ⁊ taciturnitate in loco obscuro. ⁊ si supuenerit sincop. vel dispositio siłis confortetur cū potu vini puri fortis vel parū limphati grā penetrationis subite. Et si adhuc nihil ꝓdictoꝝ oīno contulerit: da ei narcotica: qm̄ sunt vltime fortitudinis in restringēdo fluxū ⁊ inducendo somnū q̄ dicent infra de dissinteria. ⁊ sicut est hec. R. gūmi arabi. assi vel torrefacti ad ignē boli armenici sanguinis dra. terre sigillate bacca. lauri mastices. añ. ℥. ij. granorū granatorū granoꝝ passularum. añ. ℥. iij. opij. ℥. j. terant subtiliter ⁊ incorporent cū decuplo zuccari ro. vetustissimi ⁊ in potu tribuant ex ipso frequenter. Et cauendū est a narcoticis ꝓposse nisi debilitas ⁊ fluxus ⁊ insomnietas egrū ad defectionē perduxerint: vt dr. xij. de inge. sani. ⁊ tunc detur gradatim nō subito ⁊ ꝓprie versus diē et vigilias ne frigiditas ⁊ stupor vltimet. Et plura restrictiua scripsim⁹ ca. de sputo sang. et somnus ⁊ quies sunt de maxime iuuātib⁹ fluxū cū superfluit. ¶ Scdā cā est delegatio plurime chol. rub. ad intestina ex cisti fellis. Et signa eius sunt qr fit post feb. acutas adurentes aut post sumptionē medicinaruz calidaꝝ vel vini veteris amari plurimi ⁊ omniū calefacientiū epar ⁊ multiplicantiū in eo chol. Et egestiones citrine subtiles liquide mordicantes anū. Et vrina subtilis ignita ⁊ color faciei citrinus ⁊ ꝓprie in albugine oculoꝝ. Et solicitandū est in cura hmōi fluxus: qm̄ vt plurimū perducit ad excoriationē intestinorū ⁊ dissinteriā pniciosam. vnde Ypo. vij. pti. amph. In cholerico secessu dissinteria malū. Et cura ei⁹ ēvt primo mūdificent intestina cū medicina purgante cholerā ⁊ restringēte fluxū sicut est ista. R. mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ emblicoꝝ. añ. ℥. ß. mirtillo. acetose portulace añ. m. j. pistent ⁊ bulliant in vj. ℥. aq̄ donec medietas consumat. collet ⁊ in collatura addat. ℥. j. zuccari ros. veteris et bulliat iteꝝ ⁊ collet ⁊ totum detur añ diē hoc eñi apozima est ex mirabolanis qui a ꝓprietate sue speciei soluūt cōprimendo. Sumat omni die in aurora oxizaccarā cuz aqua pluuiali vel sirupū ros. cū aqua decoctionis plantaginis ⁊ mirtilloꝝ. Sumat añ cibum vnū ex trociscis de acetosa q̄ sic fiūt. R. ros. rubearū spodij. añ. ℥. v. sumach seis acetose vel herbe ei⁹ balaustie gūmi arabici seis portulace granoꝝ coriād. infusoꝝ in aceto ⁊ torrefactoꝝ. añ. ℥. ij. ⁊ ß. opij grana. ij. informentur trocisci cū succo citonioꝝ vel vino granatorū vel berberis quoꝝ q̄libet sit. ℥. ij. ⁊ det cū sirupo vel aqua ꝓdicta. Utat rosata nouella mixta cū triasandal. Nutriat cū lacte acetoso in quo sint extincti lapides ⁊ ferruz Utat riso ⁊ carnib⁹ assis vel pulmēto ex farrina vel cancris fluuialibus coctis in lacte. Bibat vinū rubeū stipticū vel ponticū limphatū cū aqua decoctionis granoꝝ granatorum vel berberis vel aqua pluuiali. Si autē medicine nō vident cōferre ⁊ virtus continue debilitet ⁊ flux⁹ ꝑseueret: fiat cura blāditiua dādo in cibo iura carniū leuia pinguia vel cū vitellis ouoruz inspissata sepe in die sed parū qualibet vice: vt cellatio refrangat et dolor intestinoꝝ mitiget. Et fieri pōt clisteria dicta de lienteria cāta ex hoc hor ⁊ vlcere ī itestinis ⁊ stōacho ⁊ sic differat mors q̄tū est possibile. Tertia cā est decursus humoꝝ ⁊ humiditatū a venis ⁊ mēbris corpis toti⁹ ad epar ⁊ intestina calidoꝝ vel frigidoꝝ naturaliter vel sinthomatice. Et signa eius in communi sunt inanitio venarum ⁊ consumptio corporis de die in diē cū febre: ⁊ si fiat vi nature tūc supuenit tpe bono puta in aprili vel mayo vel septēbri cū alleuiatione egri post ipm. iuxta illud Ypo. j. pti. amph. In ꝑturbationibus vētris ⁊ vomitib⁹. Si vo fiat sinthomatice signa cōtraria apparebūt. Si vero humor sit calidus apparebit egestio subtilis citrina vel viridis cū adustiōe ⁊ mordicatione ani sine viscositate oīno ⁊ pstratione appetitus cū vehemētia sitis ⁊ amaritudine oris ⁊ vrina ignita subtili. Potest tñ eē turbida ꝓpter humorū agitationē. Si vero humor sit frigidus signa contraria apparebunt preter quod humor potest apparere citrinus vel viridis tam in causa calida q̄ frigida. Sed distinguentia q̄ sit ex cholera: ⁊ quādoq3 ex flegmate scripsimus capitulo de vomitu. E. de canone. Et cura eius si fit de causa calida est vt si fuerit vi nature non re

stringitur nisi virtus debilitet: et flux⁹ superfluat: sed regat bona dieta nutritiua et cōfortatiua sicut sunt iura carniū laudabiliū et vinum albū subtile aromaticū. Et si supfluat vel fuerit a principio sintbomaticus purgetur ilico cū decoctione ex mirabolanis citrinis et emblic. scripta in cura pcedenti prima vel cū decoctione facta ex. ʒ. j. reub. et ʒ. j. mirabola. pistatoꝝ et bullitoꝝ in. ℥. vj. aq decoctionis mirtilli: donec medietas cōsumatur collatis et dulcoratis cū zuccaro ro. sicut pri⁹ Vtatur omni die ante cibum post purgationes trocis. de bolo dicto capitulo de sputo sangui. vel trocis. de berb. dictis. capi. de ydropisi. C. cura ydropis. alcbitis. mixtis cum zuccaro rof. veteri: et post illud bibat vinum ru. ponticum in quo decocti sint mirtilli vel sumacb. vel berbe. vel si sit cmu fe. bibat aquā cisterne vel aquā decoctionis earūdē rerū. Confortent stomachus et intestina cū oleo masticino et mirtino et rof. mixtis et incorporatis cū cera sufficiēti et cerotis dictis ca. de vomitu et pprie de cā calida et vnguentis dictis illic. inducat somnus pposse et quies qm̄ est maxime cōferens in oī fluxu Et dormiat sup ventrē qm̄ per hoc retētiua et digestiua plurimū cōfortant. Et si ista nō contulerint: fiat vomitus cū sirupo acetoso et aqua decoctionis aneti pmissa repletione ex leguminibus et oleribus non acutis: quoniam cursum humorum diuerterent ad superiora. vnde Ypo. vj. parti. amph. A dyarria habito diuturna vomitus spontaneus superueniens soluit dyarriam. Et proprie si vomitus non sit difficilis vel laboriosus aliter vero nequaq̄ pōt fieri. Nutriatur si sit cū fe. riso et faba fracta in modū risi. et pulmento facto cū farina auene et ordei vel farris et aqua pluuiali cōdita cū vitellis ouoꝝ et puluere mirtillorum. Comedat quādoq̄ oua cocta in aceto vsq̄ ad indurationē sumendo eorum vitellos cum agresta vel vino granatorum. Comedat tortelas ex farina in vitellis ouorum et plantagine confectas vel pultem ex mica simile. Bibat vinū rubeum dulce si intendit ad humoꝝ multiplicationē vel vinum rub. stipticū si intendit ad fluxus restrictionem limpbatum cum aqua pluuiali vel aqua extinctionis nespillarum citoniorum sorbarum pirorum et similiū. Si autē sit debilis vel sine fe. nutriat bonis carnibus assis vel frixis pulloꝝ et edorum perdicum auium nō aquaticarū et c. Bibat vinum predictū purū. Et caro turturum ppe in hoc casu confert in cibo sumpta. Si autē sit de cā frigida flegmatica iterū nō restringatur si fuerit naturalis donec ceperit superfluere. tunc restringatur sicut a principio sintbomatis quod est vt inducat vomitus leuis frequens cū oximelle et aqua decoctionis raphani et aneti premissa saturitate ex leguminibus et cepis bene salitis si sit possibile. vel purgetur cū decoctione ex mirabolanis kebulis et emblicis dicta capitulo de debilitate digestionis stomachi. C. de canone. quia solummodo flegma restringit ventrem. Vtatur cepe dyacitoniten cum speciebus vel sine speciebus si sit cum febre vl electuario de thure quod dicemus infra capitlo de dissinteria. Nutriatur autem carnibus laudabilibus assis vel elixis cū petro. cōditis cum succo berberis vel vino granatorum vel agresta si cum fe. vel sine fe. cū puluere cinamomi et cardamomi. Bibat vinū rubeū stipticū limpbatū cū aqua decoctionis berberis nespillarum vel sorbarū. Posset quandoq̄ comedere risum et lentes excorticatas: qm̄ cortex earum secessiuus est et medulla stiptica et fabas fractas cōditas renum caprarū cum adipe. Et solicitandū in cura fluxus pueniētis ab hac tertia cā: qm̄ vt plurimū perducit corp⁹ ad marasmū et ethicam. Confortetur ergo virtus retentiua membroꝝ cum vnguento stiptico facto ex oleo masticino. oleo rof. nardino. oleo mirtino. ana. mixtis et incorporatis et cera sufficienti vel cum ventosis siccis positis super epar stomachum et spatulas et fricationibus lenibus perdurantibus in balneo aque dulcis tepide sine mora in ipso ne virtus resoluatur et ligationibus extremorum et flagellationibus leuibus cutis donec rubescat: et emplastris attractiuis ex pice confectis. Quarta causa est propter crisim in febre continua vel interpollata vt nature vel sintbomatis. Et signa et cura habentur ex proxima causa predicta. Quinta causa est tenasmon. Et signa eius sunt frequens appetitus assellandi cum modicitate egestionum et ardore ani et ligationes: et omnia que dicūtur in signis tenasmonis.

Methodus. Dissinteria vt dictū est: est flux⁹ ventris cum sanguine vel sanie vel vtroq simul. Fit igitur ꝓpter aliquā.xiiij.causarū. Prima ē exuberantia ꝛ peccatū sanguis in q̄to super corpus totum vt dicit Gal. vj.de accidenti. Et signa eius sunt q: corpus est sanguineum carnosum ocio gaudēs ꝛ quiete ꝛ cibis vtens ꝛ potibus sanguinem generantibus. Et iste fluxus potest q̄nq accidere corpori muscillato: quoniā tūc virtus epatis sanguifica que per naturam regitiuā totius fuit ꝓportionata corpori toti nutriēdo fit excedens post alicu⁹ mēbri detruncationem quare sanguis ille periodice regurgitabit ad epar: ꝛ per meseraicas ad intestina ꝛ q̄nq expurgabitur per vomitū: q̄nq per secessum. Et cura eius est vt non restringatur nisi supfluat ꝛ virtutem deijciat: q̄m est naturalis ꝛ tunc restrīgatur cum ligatiōe extremorum forti ꝛ positione ventosaꝝ siccarum super epar: splenē ꝛ spatulas ꝛ vsum ciborū et potuū stipticorum predictoꝝ: ꝛ post restrictionem minoret cibum suū: ꝛ abstineat a vino omnino vel bibat al. limpbatū ad mediū in parua q̄titate: ꝛ addat in exercitio ꝛ labore ꝛ sudet in ieiuno. Secūda est peccatū sang. in quali: ꝓpter qd mēbra fortia ipm refutant ꝛ a se repellunt cū sit incōueniens eorum nutritioni. Nam si forēt debilia fient inde ydropisis yposarcha. Et signa eius sunt vrina al. aquosa vel lactea. Et san. qui egreditur: est subalbidus ꝓpter flegma plimum permixtū: Et vniuersaliter oia signa epatis frigidi debilis in virtute sanguifica. Et cura ei⁹ est rectificatio epatis frigidi dicta ca. de debilitate epatis. C. de causa frigida. Tertia est debilitas epatis in sua substātia que mala cōpositio siue raritas texture nūcupatur. Et signa eius sunt egestio similis loture carnis cū dolore aliquo in ypocūdrio dextro vel sine dolore: q̄m substantia epatis nō sentit: sicut nec substantia splenis vel renum vel pulmonis cum sint mēbra carnosa. Et fit ista debilitas vt plurimum post febres acutas vl' cronicas vel apostemata vel sumptionē medicinaꝝ calidarum vsu immoderato: ꝓpter qd resoluit̄ v̄tus epatis ꝛ laxatur eius substātia. Et cura eius est dicta capi. de debilitate epatis. C. de raritate sue substantie. Quarta est opillatio epatis in parte eius gibbosa vn̄ oritur vena kilis: ꝓpter quod sang. etiā laudabilis penetrare nō potest ad membra: sed regurgitat p eius concauum ad intestina. Et signa eius sunt dolor extēsiuus in ydocundrio dextro cum tumore vel duritie aliquali ꝛ egō san. boni puri plurimi ꝛ inanitio venarū de die in diem bonitas appetit⁹: nisi forte stomach⁹ epati cōpatiat̄. Et cura ei⁹ ē cura lienterie ꝓpter opillationē gime epatis cū apitiuis aromaticis dictis. Quīta est retētio mēstruoꝝ vel emoroidarū in corpe consueto: q̄re sang. collect⁹ expellit̄ cum impetu p vomitū vel secessum. Et signa ei⁹ patent ex relatione infirmi. Et cura ei⁹ e dimissio flux⁹ donec cepit supfluere tunc restringat̄ vel diuertat̄ cū ligationibus ꝛ fricationib⁹ dictis ca. de vomitu. C. de cā tertia ꝛ quarta. Sexta est ruptura alicu⁹ vene in intestinis magne vel pue. Et signa eius sunt egestio san. pauci puri vel melancolici cū dolore circa vmbilicū ꝺm q situatum est intestinū: vt dixim⁹ in ꝑncipio istius tractatus: vt plurimū.t̄n iste san. est paucus q̄m san. nutriens intestina paucus est: ꝛ vene graciles cum sint mēbra solida neruosa. Et cura eius est cura vomitus sanguīs dicta eodem ca. s. capi. de vlcere stomachi. Septia est emoroyde intrinsece vel extrīsece. Et si sint extrinsece atq apparētes sensus id demōstrabit. Si v̄o latētes aut intrīsece sentit̄ dolor intra anū: ꝛ accidit difficultas egerēdi et cū egestione emanabit semp vel piodice sanguis hūor malus: aut ante egestionē aut post. Et certi⁹ signū in hoc casu ē inuersatio longaonis cū ventosa magna absq incisiōe et inspectio cū oculis sup ipm intestinū iuersatum an in ipso sit ficus an nō: ꝛ an sint duresicce: an molles humide: emittētes sanguinem vel saniē: vel virus vel materiam aliaꝫ. Et cura eius est cura emorroydarū que dicetur. Octaua est tenasmon. Et signa eius sunt appetitus assellandi frequēs cum egestione modica vel nulla et ardore in ano sine mordicatione. Et cura eius est cura tenasmonis que dicetur. Nona est sumptio medicine effrenitus laxantis: quare post eductionem humoris sciti educit humorem aliuꝫ ꝛ causat dyarriam ꝛ forte peruenit v̄ir-

tus eius ad hoc vt educat sanguinē cum val de sup fluit. Cause ꝛ signa ei⁹ patent ex relatione infirmi. ꝛ cura eius est cura dyarrie facte ꝓpter eandē cām: vt plene supra scriptū est. c. de methodo dyarrie. ¶ Decima est casus vel ꝑcussio. ꝛ signa eius patent ex relatione patientis. ꝛ si sine vulnere fit: curatur a ꝓncipio cum flebotbomia diuersiua in brachio eiusdem lateris ꝛ ligationib⁹ extremorum ꝛ ꝓprie supiorum ꝛ cibis ꝛ medicinis stipticis dictis ca. de sputo sang. ꝛ ca. de vlcere stomachi. Si vero fit cum vulnere cyrurgicis derelinquo. ¶ Undecima est crisis in feb. acutis vel nō acutis ꝛ proprie in synocha: vt dicitur. vj. de accidenti. Et cura ꝛ signa dicta sunt supra de cura dyarrie ꝓpter crisim.

¶ Duodecima est debilitas ꝟtutis attractiue ꝛ nutritiue mēbroꝝ: ꝓpter quod sanguinem sibi delegatum per venas neqꝫ apponunt. neqꝫ vniunt: neqꝫ cōsumunt: quare grauans venas regurgitat ad suū fontem: vt dr vj. de accidenti. ꝛ deinde per meseraicas ad intestina. Et signa eius sunt: qꝛ fit vt plurimū in corpibus ethicis ꝛ marasmatis, et si addit omī die marasmum. Et cura eius est cura corporis ethici cum oībus que faciunt ad corporis impinguationē sicut est balneū aque dulcis tepide cum fricatione leui mēbrorum sine mora in ipso: ne corpus fiat euaporabile ꝛ deportatio eius sup lectum mollem ꝛ cibatio ex lacte capno vstulato ꝛ pultibus ex farina simile ꝛ turibus carniū laudabilium inspissatis cum vitellis ouoꝝ ꝛ carnibus pullorum ꝛ edorū ꝛ perdicum ꝛ auium paruarū montanaꝝ: quoniā sunt leuis carnis ꝛ potus vini rubei dulcis aromatici puri vel limpbati cum aqua pluuiali: ꝛ omīb⁹ que dicentur libro. ij. cap. de impinguatione corporis macri si de⁹ voluerit. ¶ Tredecima causa est eruptio apostematis saniosi vi nature vel sintbomatis. Et signa ei⁹ sunt qm̄ āncessit fe. acuta cum apate epatis vel stomachi vel splenis vel pleuresis vel peripleumonia cū ꝓprijs signis ꝛ dolore forti q̄ tendebāt cōtinue ad ꝯuersionē in saniē neqꝫ resolui poterāt. Deinde accidit ei rigor et tremor subito ꝛ alleuiatio oīs grauitatis q̄ significāt apa fore disruptū ꝛ incipiūt sanies et sāguis appere ī egōne. Et scias ꝙ si apa fuerit in epate vel stōacho vel splene: tūc sanies ꝛ sanguis egrediētur post exiturā ī plurima ꝙtitate. Si vero fuerit in mēbris q̄ non babēt amplos meat⁹ ad stomachū vel intestina sicut est pectus ꝛ pulmo tunc sanies et sanguis paulatim egredient per secessum. Et cura ei⁹ est vt primo mundificent̄ intestina ꝛ abluat̄ sanies anteqꝫ corrodat loca sup que currit cuꝫ potu aque mellis vel zuccari rub. vel aqua ordei vel cum clisteri facto ex aqua mellis in qua dissoluta sint duo vl' tria vitella ouorum ꝛ pinguedinis anseris vl' galline. Et post istam mundificationē administrent̄ stiptica cōsolidatiua per superi⁹ ꝛ inferius. Per supius quidem sicut sunt trocisci de bolo dicti caplo de sputo sang. mixti cum zuccaro vel sirupo ros. vel vino rubeo stiptico de citonijs. ꝛ trocis. de berberis dicti cap. de ydropisi. Et trocis. de mūmia dicti supra de cura lienterie ꝓpter botbor ꝛ vlcera ī stomacho vel intestinis. Et sicut est electuariū de thure quod sic fit. ℞. granorū passularū lib. ß. granorum mirti. ℥. iij. balaustie de granatis ꝛ de rubo. añ. ʒ. qnqꝫ thuris. ligni vel succi tamarisci. añ. ʒ. v. ameos. ʒ. viij. zuccari quod sufficit. terātur oīa vt alcohol ꝛ fiat electuarium cū zuccaro: quoniā ventrem stringit: vrinā ꝓuocat: vlcera cōsolidat: ꝛ excoriationem ꝓhibet. ꝛ sicut est zuccarū ros. vetus mixtum cū puluere gūmi arabici assi et boli armenici et mastice et sanguine dra. ꝛ terra sigillata ꝛ similib⁹. Nutriat̄ bonis carnibus elixis in aqua pluuiali vel assis ꝛ bibat vinum rub. stipticū limpbatū cuꝫ eadē aqua vel decoctiōis mirtilloꝝ vel sumach vel berberis. Si autē sang. et sanies ī plurima ꝙtitate effluxerint. q̄ debilitent infirmū: tunc detur omī hora ius carnium ꝛ parū vini puri et tortelle panis assi cuꝫ ipso. Et odoret rosas et aromatica: vt nō cadat virtus: et cum ceperit egestio minorari et virt⁹ confortari: tunc ꝓcedetur ad lauatiua vice vna et consolidatiua predicta vice alia vsqꝫ ad perfectam exiture mundificationem et consolidationem. Per inferius vero cum clisteri incarnatiuo et consolidatiuo quod sic fit. ℞. eupatorij mirtillorum berbe hyrcine vel succi eius qui ypoquistidos nominatur glandiuꝫ. añ. ℥. vnā. risi abluti. ℥. duas. coquatur in aqua perfecte et in lib. j. illius aque collate dissoluatur hoc medicamē. ℞. thuris sang. dra.

ceruse litargir.ana.ʒ.vnā.opij.ʒ.vnā. terātur & cribellent & misceātur cū duob⁹ vel trib⁹ vitellis ouorum & addātur liquori pdicto et totū simul iniiciatur tepidū cū clisteri post assellationē saniei. Et si vis: potes pmittere clistere mūdificatiuū pdictum. Si aūt san. et sanies paulatim exierint cū egestione: tūc considera per quā regionē natura mūdificet apostema: qm̄ si per vrinā adiuuetur cū prouocantib⁹ vrinā dando in potu aquā decoctionis dauci sem̄.petro.cicoree endiuie addito melle vel zuccaro pp̄ter dulcorationē. Et si p sputū tūc det aqua decoctionis ysop.liquiritie yreos & modico croci addito iterū melle vel zuccaro: qm̄ vndecūq̄ natura ceperit &c. vt dicit Ypo. Et postq̄ senseris saniē minorari in exitura: tūc pcede ad mundificatiua vice vna. & incarnatiua vice alia: sicut iam dictū est. ¶ Decimaquarta & vltima cā est corrosio intestinoꝝ & pp̄rijssime dissinteria nūcupat̄. Fit aūt ista corrosio aut pp̄ter flegma salsum: aut cholerā: aut sanguinē adustum: aut meliam adustā: & vel est recēs sine putredine vel antiqua ferens cū putredine. Et lz fieri possit in oī loco intestinoꝝ fit maxime in intestino recto: qm̄ cū sit infimū plurimū materia p ipsum descendit. Et signa eius cōia sunt egestio muscillaginosa cū dolore pungitiuo in vētre & pmixtio saniei vel sanguinis cū muscillagine. Signa vo eius pp̄ria sunt qm̄ si fit de flegmate salso antecessit coriza & catharrus & est cum egestione flegmatica pmixta cū sanguine vel sanie vel cum ambobus viscosa sine multa acuitate q̄ pungat sed cū multa ventositate & nō est cū ea sanies plurima & color eius est albus viscosus sine viriditate & citrinitate omnino: & si corpus fuisset pruriginosum tūc hoc certius fuisset signū. Si vo fit de cho. apparet egestio citrina vel viridis subtilis sine viscositate oīno cū ardore plurimo in ventre & angustia & siti. Si vero fit de sanguine adusto apparet egestio rubea grossa: vel nigra vel liuida. Si vero fit de melancholia adusta apparebit egestio nigra habens odorem aceti que cū cadit super terram arenosam vel spōgiosam bullit & fugiunt musce & est cum dolore in ventre & punctura assidua: & ista causa nūq̄ potest esse recens: immo semp antiqua vt dicit Ras. in diuisionibus. Et si excoriatio fuerit recēs est plus de sanguine q̄ de saniē: et forte egrediunt̄ squame albe subtiles late que sunt cortices intestinoꝝ. Et si fit corrosio in intestinis superioribus dolor sentietur vt plurimū supra vmbilicum vel sub eo vel infra ad duos digitos directe in medio ventris: & in egestione apparebūt feces bene cōmixte sanguini & saniei pp̄ter longā viam Et non egreditur egestio ilico supra dolorē: sed post horam. Si vo in inferioribus sentietur dolor vt plurimū sub pectine versus dorsum vel in altero laterū q̄ fit dolor renū cum nō fit in renibus dolor. Et materie exeuntes apparebunt distincte vel nō bene cōmixte & egestio egreditur qn̄ fit punctura. Et scias q̄ si corrosio fuerit in intestinis superioribus magis cōferent exhibita per superius vt sirupi & pulueres & trocisci: & similia electuaria. Si vero in inferioribus conferent clisteria & suppositoria linitiua. Cura dissinterie cum corrosione intestinoꝝ facte propter flegma salsum est vt restringat̄ primo catharrus & rectificetur caput: vt scripsimus ca. de catharro & de ptisi. Post hoc clisterisetur frequenter cum clisteri mundificatiuo facto ex aqua decoctionis ficie malue bismalue & alt quantulo mellis & iniiciatur tepidū bis vel ter in die post assellationē. Uel cum clisteri facto ex aqua decoctionis ficie polipodij furfure ordei & mellis sumendo de collatura illi⁹ aque lib.j.vel lib.s. & s̄.& addēdo olei masticini vel camomillini.ʒ.iij.& iterum reducendo ad ignem lentū breui hora & tepidum iniiciendo. Et non debet in corrosione quacunq̄ intestinorū mitti clistere calidum: quoniā calidi per se est mordicare & corrodere sed vel frigidū vel tepidum. Et post ista iniiciantur successiue clisteria stiptica consolidatiua facta ex aqua decoctionis sumach mirtillorum & rof.plantaginis boli armenici collectur & dissoluatur in ea puluis de bolo ar. qui iam est dictus vel trocisci de mastice dicti ca. de sputo sang. & vitelli ouorum ouorum vel trium & aliquid de adipe renum caprarum vel edorum & modicum vini rub.pōtici vel clisteria facta ex vino rubeo stiptico decoctionis mirtillorum in cuius collatura dissoluantur vitella ouorum vel adeps renum caprarū: & hoc etiā plurimum confert in tenasmone. Sumat in aurora vnum ex tro

ciscis eisdē cū sirupo rof. vel ex zuccaro ꝛ aq̄ decoctionis mirtillorum nespillarum ꝛ similium: vel pulverē boli ar. qui sic fit. ℞. psillij assi. ʒ. xx. Nam qn̄ nō est torrefactū psilliū lubrificatiuum est ꝑpter eius p̄tes humidas q̄ resoluuntur: arno glosse. ʒ. x. gūmi ara. boli armeni. an̄. ʒ. xx. se portulace. se. mirti. an̄. ʒ. x. terantur ꝛ cribellentur ꝛ dentur ex eo in aurora et ante cenā. ʒ. iij. cū aqua decoctionis citoniorum vel nespillarum vel sumach. vl' vino rub. stiptico vel cum aqua decoctionis mirtilli ameos amomi anisi. Nutriatur ex riso cocto i aqua pluuiali vel lacte vstulato vel cū aqua calida cōditis cū adipe renum caprarū vel edorum ꝛ vitellis ouorum. Comedat etiā lac recens capre vel asine in quo ferrum vel lapis est extinctus ꝛ pulmentū ex farina simile cōditum cū eodem lacte ꝛ pullos assos vel frixos potius ꝙ elixos ꝛ fabam fractā et extrema porcorū ꝛ vitulorū ꝛ pira ꝛ citonia assa ante cibū assumpta: ꝛ sit cibus eius panis azimus de simila confectus. Et in cibo suo diminuat sal ꝑposse. Sit cibus eius actu frigidus vel tepidus nō calidus. Et scias ꝙ ex pinguedinibus ꝛ oleribus nihil confert pro condimento ciborum suorum nisi adeps renum caprarū vel edorum adultorum: quando omne aliud vnctuosum est humidū secessiuum. Vtatur pro sapore succo citoniorum vel granatorum vel berberis vel pirorū vel agresta vel sorbis inspissatis cū vitellis ouorum. Acetum deuitet tam in cibis ꝙ medicinis: qm̄ corrosiuū est: sed in fluxu sine corrosione nō obesset. Vtatur pro speciebus suis puluere cinamomi ꝛ cardamomi ꝛ mirtillorum ꝛ croci: qm̄ spēs acute sunt mordicatiue: vt piper: grana paradisi ꝛ similia. Comedat etiā vitella ouorum coctorum in aceto vsq ad indurationē. ꝛ carnes auium siluestriū nō aquaticarū ꝛ tortelas ex farina simile ꝛ vitellis ouorum. Bibat vinū rub. grossum dulce si sit cū extenuatione corporis vl' ponticū si sit cū fluxu plurimo limphatū cū aq̄ stiptica p̄dicta. Et si virtus cōstaret: posset purgari quandoq cum decoc. mirabolanorum kebulorum ꝛ embilicorum dicta cap. de debilitate digestionis stomachi. E. de canone. quoniam soluendo materiā stringit ventrem. Cura dissinterie pro corrosione ꝑpter choleram est vt mundificentur sepius in die intestina cū clisteri ablutione facta ex aqua decoctionis ordei depillati viol. rof. maluę bismalue collatis ꝛ iterum bullitis cum oleo rof. vel viol. vel cū clisteri facto ex aqua mellis ꝛ vitellis ouorū ꝛ adipe renum caprarum vel cepo hircino vt diximus: ꝛ sint tepida vergentia ad frigidū qn̄ iniiciūtur atq immediate sequuntur clisteria stiptica cōsolidatiua facta ex aqua decoctionis mirtillorum plantaginis: rof. siccarū: fabarū: sumach: lentium excortatarū: balaustiarum: cupularū: glandiū: risi ꝛ similiū cū q̄ aqua collata misceantur cepum hircinū vel pul. boli ar. pred. In dieta fiat sicut in flegmate salso: sed vinum negligatur vel limphetur vltra medietatē cum aqua pluuiali vel aquis p̄dictis. Cura dissinterie cum corrosione propter sanguinem adustum est eadem cum illa que ex melancholia adusta: sed minoris periculi ꝛ leuioribus indiget medicinis. Cura eius que ex melancholia adusta est: est vt omni die in aurora sumat sirupum rof. vel de nenuphare cum aqua pluuiali decoctionis mirtillorum vel rof. vel sumach: vel se. portulace: ꝛ se. ameos et papaueris vel pirorum et citoniorum et nespillarum et sorbarum. Et omni die bis vel ter iniiciantur clisteria mundificatiua predicta immediate post assellationem ad que immediate sequatur stiptica facta ex aqua decoctionis eupatorij succi barbe hircine acacie risi abluti glandium corticum granatorum corticum papaueris: in qua post collaturam dissoluantur duo vitelli ouorum vel tres. Et addatur aliquid de puluere isto. ℞. thuris sang. draco. ceruse litarg. an̄. ʒ. vnam. opij. ʒ. ß. ꝛ tepidum iniiciatur. Et imponantur vicissim clisteria modo confortatiua pluribus vicibus omni die. Si autem ista non conferant: neq per ea fluxus et dolor ventris minueretur: purgetur cum decoctione que. ℞. sene epithimi mirabolanorum indo. ana. ℥. ß. anisi ameos. ana. ʒ. duas. pistentur grosso modo ꝛ bulliantur in. ℥. vj. aque pluuialis donec medietas consumatur: colletur ꝛ in collatura addatur pulueris reubarbari boni. ʒ. vnam ꝛ detur totū ante diem. Et potest addi aliquid zuccari rof. propter delectationem in collatura. In dieta fiat sicut superius preter ꝙ magis cautandum est acetum in cibis ꝛ medicinis ꝙ in quocunq alio fluxu.

Emperica. Vinū stipticū delectabile cōueniēs in omni fluxu sic fit. ℞. vini rubei pontici lib. vnā zuccari roſ. veteris. ℥.iiij. granoꝝ mirti. ℥.ij. gariofi. cinamomi an̄. ʒ.ij. pistētur mirtilli ⁊ gariofi. ⁊ cinamo. grosso modo: et oīa dissoluātur in vino ⁊ bulliant donec medietas cōsumat: colleť ⁊ reseruet. Detur ex eo ante cibū ⁊ cum cibo ⁊ in aurora loco sirupi potest dari actu frigidū. Itē electuarium restrictiuū. ℞. sumach berberis granoꝝ granatorum boli arme. gūmi arabici acatie ypoquistidos ana. ℥.ij. lapidis ematiti. coralli albi et rub. sandal. al. ⁊ ru. an̄. ℥.ß. cinamomi. ℥.iiij. amili: simphiti: roſ. siccaꝝ: mirtilloꝝ: psillij. coriandri torrefacti: lentis excorticati. an̄. ℥.ij. masticis olibani dragāti an̄. ℥.j. balaustiarum psidie se. citonioꝝ mūdatoꝝ an̄. ℥.ij. se. papaueris albi se. portulace se. roſ. se. plātaginis corrigiole an̄. ℥.j. mādragore. ℥.ß. costi storacis calāite spodij folij gariofi. foliorum lauri arilloꝝ an̄. ℥.ß. sanguis draconis terre sigillate gallarū fistitelli an̄. ℥.iij. mente bistorte piroꝝ ponticoꝝ sorbarum citoniorū nespillarum an̄. ℥.j. zuccari roſ. qđ sufficit. Detur ex eo ante cibū bis in die cū vino rubeo stiptico vel aqua pluuiali. Est nāq3 fere cōtinens oīa stiptica ⁊ vētris cōstrictiua. Pillule preterea stiptice ꝯtra omne fluxum ex quacūq3 cā sic fiūt. ℞. mirtillorum balaustiarū psidie simphiti san. dra. boli ar. acatie ypoq̄stid. roſ. sumach. croci. gallie musc. gallarū spodij cinamomi macis: gūmi arabici dragāti an̄. ʒ.ij. opij thebaici. ʒ.ß. Cōficie cum succo plātaginis vel lētisci vel bistorte ⁊ da. xj. vł. ix. cū aqua pluuiali vel aq̄ roſ. in causa calida vel cū vino in frigida sero cū itur ad lectum. vel fiat dragea ex eis cū zuccaro: ⁊ detur cū vino rubeo pōtico vel aqua plātaginis vel incorporētur cū zuccaro roſ. veteri: ⁊ fiat cōfectio. Et si vis somnū prouocare: adde se. papaueris se. iusquiami an̄. ʒ.ij. vel opij. ʒ.j. ⁊ administret sicut prius. Et iterū cortex salicis cōbustus ⁊ in potu datus cū aq̄ vstulata ꝓhibet omnē fluxū corrosiuū q̄ꝓpter cōsolidat vlcera quādo spargit super ea. Itē sirupus mirtinus cōferens omni fluxui ſm Mesuē. sic fit. ℞. granorum mirti lib. ij. maloꝝ citoniorum lib. j. sumach acatie an̄. ℥.ß. roſ. ℥.ij. ypoquistidos. ʒ.iij. masticis. ʒ.iiij. decoquātur oīa ī aqua pluuiali: ⁊ post collaturā fiat sirupus cū lib. iij. zuccari ⁊ lib. j. mellis. detur ex eo. ℥.j. vel. ij. cum aq̄ decoctionis plātaginis in aurora ⁊ ante cenam: quoniā humoꝝ ebullitionē sedat ⁊ intestina confortat. Item clistere stipticum. ℞. aque rosarum: aque decoctionis plātaginis: rosarū siccarum bistorte cōsolide maioris. mirtill. balaustie: cupularum: glandiū an̄. lib. ß. distēperentur in ea cum est calida duo vitelli ouorum ⁊ pul. boli arme. terre sigillate sanguis draconis an̄. ʒ.j. et ß. et tepidum iniiciatur. Item clistere factum ex vino rubeo stiptico decoc. consolide maioris et casei antiqui non pinguis incisi subtilissime ⁊ bullito vsq3 ad consumptionem medietatis: postea collato et inspissato cū vitellis ouoꝝ ⁊ puluertibus predictis. Itē in omni fluxu ventris sine excoriatione ꝓfert hoc medicamen. Elixentur fabe ⁊ plātago et maiorana ⁊ rubus in aqua et aceto p̄terea exprimātur ⁊ pistētur ⁊ incorporentur cū succo plantaginis vel aq̄ distillationis. ⁊ fiat emplastrū super stomachum et ventrē actu calidum ⁊ recipiat vapor aq̄ eiusdem p anum: quoniā fluxum ventris et vomitū stringit. S3 in causa frigida possunt eedem res post elixationē ⁊ pistationem incorporari cum aqua vite actu calida sicut prius. Si autem vis ipsum fortificare: adde balaustias rosas absinthium: masticem: mentam: citonia: pira: mirtill. bdellium: thus: gallas: glandes. cortices quercus et similia. vel fiat ex aqua decoctionis eorundem encatisma sit virtus si fortis vel fomentatio cum lana et spongia infusa in aqua decoctionis earundem rerum que aliquantulum expressa reiterentur frequenter actu calida vel frigida super ventrem ante cibum. Item in fluxu recenti modico: et fluxu puerorum sufficit dare in cibo tortellas factas ex vitellis ouorum et farina simile et puluere plantaginis omnibus adinuicem incorporatis perfecte: vel pullos assos conditos cum cera et cepo hyrcino: et prohibeantur a potu superfluo propesse: et bibant vinum rubeum ponticum mixtum cum succo vel aqua plantaginis vel aqua in qua ferrum vel lapides sint extincti.

Canones. Scias quod in omni fluxu ventris medicum oportet intendere ad tria. Primo ad materie peccantis euacuationē. Secūdo ad ventris restrictionem per stiptica predicta et ad epatis et stomachi confortationē per aromatica aperitiua dicta capitulis suis. Tertio ad mēbrorum impiguationē et prohibitionē a marasmo quod fit per cibos viscosos: vt sunt cācri fluuiales extrema porcorum vinum rubeū si non prohibeat opillatio epatis et balneū aque dulcis sine mora in ipso et inūctio cū butiro recenti et populeō simul mixtis. Et vsus electuariorum restauratiuorū ex ranis et limacijs et tortucis que dicentur lib. ij. de ethicis. Et notabile restauratiuum est hoc: scȝ lac recēs calidū in potu datum per se vel cū mica panis et zuccaro. Sȝ nō debet dari nisi fluxu cessante: quia fluxum augmētaret propter eius partes serosas et inflāmationē humorum excitaret propter eius partes butirosas cuȝ omne vnctuosum fit facile inflāmabile propter pabulū caliditatis in materia aliena: vt dicitur in alia scientia. Unde Ypo. aīt. v. par. amphor. Lac dare caput dolētibus malū: verū tamē nocumenta rectificari possunt per vstulationē lactis cum lapide vel ferro ignito frequēter in ipso extincto: quoniam consumētur partes predicte remanebit pars tamen caseosa. ¶ Scire tamen debes quod lactis diuersa sunt genera fitr et virtutes. Nam lac camelarū: et proprie fetarū .i. partui propinquarū est oim calidissimū: propter quod habȝ exopillare epar et splenem: vt ponit Auic. iij. can. fen. xiiij. Sed lac asininū est oim subtilissimū et aquosissimū: propter quod ventrē lubrificat sine inflāmatione. Et ideo Ypo. iij. regi. acutorum. precipit ipm dari in causone pro medicina laxatiua. Sȝ lac muliebre est oim conuenientissimū corpori nostro nutriendo propter similitudinē: post hoc caprinū: et proprie capre pascētis herbas: quia est mediocre inter grossuȝ et subtile: sed lac ouinū est oim grossissimū: idcirco de facili caseatur in stomacho si nō cum melle vel zuccaro sumatur. Sȝ lac vaccinū est omniū vnctuosissimū et plures hȝ partes butirosas. Ex quibus apparet quod in fluxu ventris nō est conueniēs lac nisi caprinū vel muliebre si fastidium nō prohiberet. Itē somnus et quies requirunt in fluxu. Medicine laxatiue meliores in fluxu per superius vel inferius sunt mirabolani secundum oēs eius species: quoniam soluunt cōprimēdo: vt docuimus ca. de debilitate digestionis stomachi. C. de canon. sicut ecōuerso in stipticitate ventris vel mēstruorum retētione vel soda stomatica sunt deteriores et in fe. putrid. quoniam relinquēdo stricturā ventris augmētant predictas passiōes. Recordare quod sicut in ca. de vomitu monuimus. Nullus est fluxus illico: sȝ gradatim restringēdus. Incipiendū igitur primo a cōstrictiuis debilibus et ad fortiora paulatine tendendo. Ne forte materia retenta in ventre torsiōes inducat vel ad mēbra nobilia rapiatur: et per cōsequēs fiat occasio maiorum passionū. Nam si regurgitaret ad epar opillationē vel ydropisim vel apa. produceret Si ad corporis stōachi sincopim. Si ad cerebrū frenesim vel subeth. Si ad matricē: matricis induceret suffocationē: vt dicit Auic. iij. can. fen. xiiij. ca. de causis fluxus epatis circa finē. Attendēdum etiā quod fluxus ventris: et proprie liētericus quandoque vomitu curatur propter diuersionē: sed hoc solum veraȝ in cholerico adhuc minus in melēco. Unde Ypo. iiij. par. amphor. Quibus ventres sunt lienterici hyeme superius medicari malum.

Pronosticatio.

Si in cura fluxus vētris ex quacūque cā: immo in cura morbi cuiuscūque remedia rōnabiliter exhibita nō contulerint morbi effrenitateȝ: et forte perniciē minatur. Quia vt ait Gal. i comēto illius amphor. secūde particule. In quo morbo somnus etc. Itē in omni fluxu ventris spontaneo vel artifi. et proprie dyarrio diuersitas coloris et substātie in egestionibus bonū: quoniam significat mūdificationē corporis a diuersis generibus superfluitatū humoralium supposito quod fluxus nō superfluat et virtus hñ toleret et precesserint signa digestionis perfecte: si fit in febre et egestiones non mutantur ad colorem simpliciter malum: sicut est niger. vel substantiam simpliciter malam: sicut est sang. et corticis membrorum spermaticorum et adeps membrorum carnisformiuȝ. Et sic intellige illum amphorismū secūde particule. In vētris fluxibus mutationes egestionū iuuant si non ad malum transmutentur et ipsum concord. in illo amphorismo quarte part. Egestiones

nigre vel quasi sanguis sponte venientes et cum febre et sine febre pessime. Et quantocunque plures colores fuerint magis malum: cum farmaco vero melius. Item in febribus acutis et cronicis fluxus ventris niger vel vomitus superveniens ante signa digestionis perfecte: et per consequens in principio vel augmento mortale: quoniam peccatum materie in corpore et quali cum virtutis debilitate prefigurat. Et sic intellige illud ampho. tertie particule. Egritudinibus quibuscunque incipientibus si cholera nigra aut sursum aut deorsum exierit mortale. Similiter et illud ibidem. Quibuscunque egritudinibus acutis aut multi temporis aut abortibus aut aliter extenuatis fel nigrum exierit aut quasi san. niger sequenti die moritur. Item idem in eodem dissinteria si a felle nigro incboaverit mortale. Item ibidem. Si a dissinteria iam habita nigre egestiones: ut intestinorum carnes. i. cortices albe squamose egerantur: mortale. Item dyarria cholerica quandoque mutatur in secundam qualitatem cum surditate: et propter raptum continue sursum: et quandoque econverso: sed tamen conversio est melior. Unde Ypo. ibidem. Quibuscunque fellee egestiones sunt surditate superveniente quiescunt et quibuscunque surditas inest etc. Item post fluxum diuturnum spasmus aut singultus superveniens mortale: quoniam spasmum de inanitione signat qui nequaquam curari potest. Unde Ypo. par. v. ampho. Spasmus et singultus post nimiam inanitionem malum. Item Ypo. vi. parti. ampho. Trauli a dyarria maxime capiuntur longa: scilicet propter humiditates lingue et cerebri fluentes ad stomachum et intestina: sicut enim in lingua causant balbutiem: ita in intestinis mollificationem et in stomacho cruditatem in diuturnis lienteriis oxiremia superveniens prius non existens signum bonum Item ypo. v. pti. ampho. Mulieri in utero habenti si venter multum fluat suspectio est abortiendi idem in eodem. Sanguine multo fluente spasmus innatus aut singultus malum signum et mortale sine sit fluxus ventris sive menstruorum vel emoroidarum vel narium vel vulneris cuiuscunque. Item in omni fluxu et proprie in dissinterico cronico prostratio appetitus malum: quoniam inanitionem extremam sine restauratione demonstrat. unde Ypo. ibidem. In longis dissinteriis abstinentie malum et cum fe. peius. Item si spleneticus fiat dissintericus et dissinteria perduret mortale: quoniam si melancholia splenetica fuerit adusta inducit corrosionem penetrativam. Si vero non adusta inducet ydropisim et lienteriam propter epatis et stomachi infrigidationem. unde Ypo. vi. parti. ampho. Quicunque splenetici a dissinteria capiuntur his superveniente longa dissinteria ydrops innascitur: aut lienteria et pereunt. Si autem dissinteria non perduret: tunc fiat cura opilationis et duriciei in splene propter cause evacuationem. unde Ypo. ibidem. Spleneticis dissinteria supveniens bonum. Item fluxus ventris et proprie niger melancholicus supveniens manie vel melancholie solvit egritudinem evacuando causam. unde ypo. vii. pti. ampho. In mania dissinteria supveniens aut ydrops aut extasis. i. furoris augmentatio bonum. Item in omni fluxu ventris cronico desipientia supveniens malum: quoniam lesionem cerebri significat. unde Ypo. vii. pti. ampho. In san. fluxu perdurante vel in quocunque alio fluxu perdurante in quacunque regione corporis desipientia supveniens aut spasmus malum. Item in omni fluxu ventris sive sit cum sanguine sive sine sanguine cronico et perdurante si solo egrum alleviat et eius restrictio per se vel per artem debilitet mortale: quoniam causam venenosam significat cuius exitus diuturnus virtutem deiicit propter inanitionem: cuius retentio virtutem prosternit propter oppressionem. Medicus vero postquam talem cognoverit pronosticis derelinquat: ne sic inter contraria perplexus de morte accusetur. Si autem fluxus sit brevis temporis vel creticus et post signa digestionis et in die cretica supveniens cum virtutis constantia tunc bonum signum: quoniam facit egritudinis pessime naturalem atque salubrem non sintomaticam expulsionem: ut videtur esse de mente Avi. iii. can. fen. xiiii. ca. de causis fluxus epaticis satis circa finem. Item dissinteria facta per corrosionem intestinorum gracilium periculosior est quam que grossorum propter vie longitudinem et particule difficilem consolidationem. Ex quo patet quod fluxus omnis vel sudor vel calor febrilis cum resolutus est magis periculosus in corpore cholerico vel melancholico quam sanguineo vel flatico.

¶ De stipticitate omnium modorum. Capitulum. iii.



Stipticitas ventris est effectio siccitatis in ipso. Hec autem siccitas aut fit propter causam antecedentem aut primitivam. Si antecedentem aut est mala complexio aut mala compositio.

membrorum et compassionem. Sed oportet vt distinguatur inter ipsam et colicā per vrinam. verbi grā. qm̄ est in fundo eius residens: sicut arena rubea. aut de cōsuetudine egri est vt mingat post huiusmodi dolorē lapidē aut arenā rub. aut iā minxit an̄ per aliqđ tēpus vrinam nigrā cū qua fuit dolor in allzatiz q̄ est locus spondiliū sub quib⁹ situati sunt renes. Tunc nāqꝫ scies ꝙ est lapis in renib⁹: et propterea si dolor descēderit ad pectinē donec peruenerit ad testiculos et vesicā: et forte retineatur vrina vel parum ex ea egrediatur: qm̄ post vritides extāt oppositi. In lapide vero qui est in renib⁹ est locus doloris minor et versus spōdilia decliuior et versus vmbilicū. In lapide vero qui est in renib⁹ est loc⁹ doloris minor et versus spōdilia dorsi decliuior. Et iterum dolor colice permutatur de loco ad locū: qm̄ ei⁹ cā est ventositas et flegma. Dolor renū vero stat fixus sicut clauis: qm̄ eius cā est lapis. Et si lapis iam renes exierit et ad poros vritides descenderit: sentitur dolor quasi ab allzatim ad inguina descēdens q̄si sit in eis aliqđ suspensum. Et si lapis iā propinquus vesice fuerit: sentitur dolor in eius cōcauitate q̄ est supra anum et spōdilia caude. Signa vero lapidis calculi vel arene in vesica sunt albedo vrine et subtilitas eius et residentia alba in fundo vrinalis postꝙ fuerit a medico circūcirca cōquassatū et erectio virge propter retentionē vrine et difficultas exitus ei⁹ cū dolore vehemēti: et ꝙ patiens scalpit virgā et circa ipsam laborat manibus tricitando. Et qnqꝫ accidit exitus ani propter vrine multitudinē: et plurimū conamē expellendi: et sentit patiens dolorē sub pectine et pudēdū. Et scias ꝙ lapis in renibus vt plurimū accidit adultis. Infātibus vero in vesica: qm̄ in adultis est calor assans propinquior ꝙ virtus expulsiua. In infantibus vero fortes sunt oēs virtutes naturales: sed in eis est gulositas: quare multiplicāt superfluitates argilosas q̄ licet renes ptrāseant ad vesicā cōcurrentes eius frigiditate naturali prius cōdensantur et puerorū iugula diutius retinentur donec a calore frixentur sicut cremiū in frixorio. Scias preterea ꝙ lapis in renibus vel vesica duarum est specierum. Unus est qui frangi potest per medicinas: vt quia recēs: mollis: paruus. Alius aūt qui nequaqꝫ frangi se permittit: vt qꝛ antiquus lenis planus solidus grossus: quare incisione indiget cū ferro et extractione: q̄ tamē facienda nō est nisi per desperationē medicinarū. Signa aūt distinctiua sunt: qm̄ si post vsum medicinarū apparuerint arenule in fundo vrinalis magis solito multiplicate emissionis vrine et mitigatione doloris circa allzati vel pectinē atqꝫ virgā. Tunc scire debes ꝙ lapis frangitur: quare vsum medicinarū assidua. Si vero econuerso res se habuerint: scire opꝫ ꝙ manuali operatione indiget. Ista tamē operatio locū nō habet nisi de lapide renum postꝙ transiuit per poros vritides ad vesicam qnqꝫ ad renes et poros est multa profunditas: in cuius incisione est indubitata desperatio ad salutem.

Methodus.

Cura lapidis in renibus est duplex. Una curatiua qua indigemus hora doloris et paroxismi. Alia pseruatiua qua indigem⁹ hora quietis et post paroxismū: qm̄ sicut ait Aui. iij. can. fen. xviij. Renalis passio in quibusdā corporibus periodice resoluitur: quēadmodū et emorroydē. et est pura et dolor iuncturarum. Et nimirū qm̄ omnis morbus a materia dependēs successione participat et periodo: vt ait Gal. secūdo de febrib⁹. Act⁹ curatiuus huiusmodi est vt eger ilico post sensationem doloris inungat allzatim totū inguina pectinem et virgā cū oleo de lilio vel camomille vel aneto vel cū oleo de scorpionibus quod dicemus. C. de empericis. Post hoc euacuentur intestina cum suppositorijs vel clisteri dicto capitulo de frenesi: et capitulo de bolismo. quia per hoc renes et pori minus angustantur. Post hoc intret eger tinā aque dulcis vel tepide vel aque decoctionis malue violarū camomille mellilotti fenugreci seminis lini: foliorum populi et salicis vngule caballine caulium recentium anisi apij lactuce dauci pastinace endiuie et ordei: qm̄ duritiam mollificat: et materias colli: vias elargat: vrinam prouocat: atqꝫ dolorem sedat. Et ex eisdem rebus fiat emplastrum cū oleo anetino vel camomillino quod suffecerit: et ponatur tepidē. super locum et ante emplastrum: et post hoc vngantur loca predicta cum vnguento arrogon et agrippa. an̄. ℥. ij. dyalthee. ℥. ß. butiri recentis. ℥. semis

Et sumat postq̃ per.ij.horas in balneo se/derit et vie dilatari ceperint de medicamine frangente lapidem ⁊ prouocante vrinã qđ infra dicem⁹.C.de empericis. Et bibat sup ipsum aliquid vini albi subtilis aquosi:⁊ cũ balneum exierit:stet erectus pede vno ⁊ sal tet vel descendat clitos vel scalas velociter vel equitet equũ duriter ambulantẽ vel po nat ventosas siccas sup locum doloris gra/datim descendẽdo cũ ipsis per pectinẽ vsq ad principium colli vesice sic nãq lapis exi/bit cũ vrina. Si autẽ lapis ad vesicam descẽ derit ⁊ in eius collo fixus steterit ꝑpter sui magnitudinem ⁊ lateris obliquitatẽ: tunc educatur sicut iã dicetur. Si autẽ post exitũ lapidis cum vrina nõ sequatur mictus san. tunc est incolume ⁊ plurimũ illud fit cum la pis est paruus ⁊ planus. Si vero sequatur mictus san. ꝑpter magnitudinẽ vel tubero/sitatem lapid.lacerantis vias ꝑ quas trãsit tunc curetur per flebotomiam diuersiuam basilice ⁊ medicinis stipticis dictis capitu/lo de mictu sang.⁊ que dicentur cap.de vlce/re in vesica. Sic igitur regatur alternatim cũ medicinis dictis donec lapis totus expellatur et dolor sedetur. Cõfert preterea vt vtatur frequenter medicinis soluentibus leniendo sicut est cassiafistula ⁊ tamarindi mãna pru na viol.qm̃ intestina euacuant ⁊ vias vrina les mollificant ⁊ dilatant. Neq vtatur hora illa farmacijs acutis ne forte materie ad interiora declinent: immo vtatur vomitu si fuerit possibile gratia eradicationis⁊ diuer sionis. Si autem post hec omnia dolor non cessauerit immo lapis fixus steterit in reni/bus vel poris: tunc narcotica donabis que dolorem auferant infrigidando atq morti/ficando:quoniam melius est aliquod malũ egris gignere q̃ sinere in mortem cadere: vt dicit Gal.xi.de ingenio sanitatis. Et huius/modi sunt filonium recens vel tyriaca infra. vi.menses cõstructa:vel tyriace.ʒ.duas.opij grana.vi. in potu dato cum vino calido. Actus preseruatiuus est vt abstineat a cibis et potibus viscosis sicut sunt caseus: panis azimus:vinum rubeum grossum: ⁊ a grossis dulcibus:vt sunt ficus dactili carnes porco/rum extrema animalium triticum pasta et frixa omnia in oleo vel butiro.sed vtatur pe netratiuis subtilibus vt sunt carnes lauda/biles sepe dicte. Bibat vinũ album clarum purum limphatum cum aqua fontis.vtatur quandoq coitu et proprie in ieiuno:quoniã renes potenter euacuat similiter ⁊ fortificat si fiat.vsu moderato. Utatur purgationibus in principio veris ⁊ autumni educentib⁹ hu mores grossos frigidos vel adustos prepa/ratos cum suis proprijs digestiuis prout di cemus capitulo de passione artetica : verũ/tamẽ ne sub silẽtio pretercurramus pillulas sublimes educẽtes arenulas ⁊ earũ materiã ex renibus adustam vel nõ adustam sic fiat. ℞.semis eruce siluestris milij solis saxifra/gie anisi carui ameos maratri.ana.ʒ.vnam. se.frigidorum communium mundatorum.ʒ. duas.cassie lignee castorei capparis cina/momi ciperi.ana.ʒ.vnam.spice.℈.vnum. se minis armel.ʒ.ß. serapini bdellij oppopo/naci.ana.ʒ.duas.reubarbari boni agarici.ʒ. tres.aloes optimi ad pondus omnium ma/sticis.ʒ.vnam dissoluantur gummi in vino albo claro et reliqua puluerisata confician/tur cum eo ⁊ fiant pillule minime ⁊ detur ex eis sero sine cena a.ʒ.vna vsq ad.ʒ.duas. cum vino calido. Abstineat a somno ilico su/per locum et somno super dorso ⁊ strictura plurima et equitatione superflua et fatiga/tione dorsi vel tractationib⁹ vel substenta/tionibus vel coitu superfluo:non permittat ventrem siccari sed ipsum leniat cum sup/positorio vel clisteri. Non permittat etiam flegma acuari in vijs vrinalibus:immo eum omni die euacuet cum puluere ⁊ sirupo diu retico qui sic fit. ℞. seminum communium calidorum que sunt anisi: feniculi: petrosil. apij:sparagi:brusci. radicum communium calidorum que sunt earundem seminum cõ/munium frigidorum maiorum que sunt se/men cucurbite cucumeris:melonis:citrul.se/minum communium minorum que sunt se/men endiuie:lactuce: scariole: portulace: a/meos:amomi:carui:cimini:dauci : milij so/lis:saxifrage:graminis lactu.maiorane: va/leriane rubee tinctorum añ.fiat sirupus cũ libra vna zuccari. ⁊ detur in aurora omni die cum vino albo aquoso. Et si vis aroma tizare:pone zinzibe. cinamomi ligni aloes: folij gariofilorum:baccarum lauri ana.ʒ.ij.

terantur grosso modo ⁊ ligentur cū panno
lineo ⁊ suspendātur in sirupo hora decoctio
nis sc̄dē. Si aūt volueris ipm̄ acuere: adde ci
peri capparis: acori: azari: granoꝝ iuniperi:
cātaridis sine alis ⁊ capitib9 aā. ʒ. j. vel fiat
ex oībus p̄dictis seu pluribus pul. subtil. velut
alcohol vel electuariū prout magis sapuerit
egrotanti. Uel vtat̄ electuarijs diureticis
famosis q̄ sunt dyantisuz dyaciminū: litontri
pon: metridatū: nefracatar. dyacastor. bibē-
do post ipm̄ aliq̄d vini albi clari. Cōfert pre
terea sumere in ieiuno amigdalas amaras
vel tyriace. ʒ. ij. cū vino eodē semel vel bis in
hebdomada. Cura lapidis in vesica est vt
fiant oīa supradicta in cura lapidis in reni-
bus p ordinē cum reiteratiōe frequētata vi-
cibus alternatis donec exierit cū vrina. Si
aūt oīa illa non ꝯtulerint: imo lapis in mea
tu virge steterit ⁊ vias opillauerit et vrine
retentionē induxerit dolorosam: tūc inijciat̄
p orificiū virge aliq̄d ex oleis supradictis vel
muscillagis althee vel psillij vel oleum viol.
cū siringa vel sine siringa donec via mollifi
cetur ⁊ dilatet̄: ⁊ ponat̄ v̄ga in aq̄ calida p̄-
dicta: vel embrocet̄ cum aq̄ ⁊ oleo cōi mixtis
et calefactis infundēdo in eis petias ⁊ inuol
uendo virgā totā et sumē vētris et fricet̄ lo-
cus in quo lapis est et ad anteriora expellat̄
vna vice post aliā donec egrediat̄. Si v̄o in
medio virge neq3 aliq̄d predictorū contule-
rit ⁊ locus apostemetur vel tumescat: tūc in
cidatur virga inferius sub ea ⁊ extrahatur.
Si v̄o in radice virge lapis cōstiterit in lo-
co qui est p̄ncipium colli vesice ⁊ vrine exitū
prohibuerit: tūc scias ꝙ lapis est durus: pla
nus magn9 non obediēs ad frāgendum vel
educendū: quare oportet vt incidat̄ collum
vesice in loco eodē cum obliquatione virge
sup latus oppositū ⁊ extrahatur: ⁊ post hoc
consolidetur. Et si extrahi nō poterit: dimit
tatur locus aptus p totum residuū vite sue:
et cū necesse fuerit vrinare imittatur cānula
et egrediet̄ vrina ⁊ non incidat̄ substantia
vesice: quoniā est neruosa spermatica: qua-
re sequeret̄ dolor ⁊ partiū distractio spasmo
sa: collum aūt est carnosum musculosum fa-
cile cōsolidabile. Nō si incisionem facere vo
luerit: vtputa q2 patiens est adultus: in cu-
ius incisione cadit timor mortis magis q̄ꝫ in
pueris ꝓpter sensus acuitatē ⁊ membrorū
duritiem: tūc fiat sibi cura blāditiua q̄ vri-
na educatur omī hora cum necesse fuerit et
vita cōseruetur q̄ est vt eger ponat̄ in balneo
predicto: vel fomētetur ei9 virga cum aqua
et oleo tepido tēpore longo. Preterea resu-
pinetur ⁊ eleuetur virga: ⁊ per ei9 orificium
intromittat̄ siringa ad longitudinē virge vel
plus: in cui9 concauitate sint tenta vel filum
extēsum de extremo in extremū: ⁊ cū descē
derit siringa in concauū vesice ⁊ lapidē opil
lantem propulerit: extrahatur tenta vel filū
subito ⁊ minget p siringam: ⁊ post expulsio-
nem vrine cōpletam inijciatur per siringaꝫ
liquor abstersiuus: vt est aqua decoctionis
mellis: se. apij: se. endiuie: feniculi ⁊ similiū:
vel sicut est oximel compositum: q̄m vrinam
prouocabit ⁊ humores viscosos qui sunt cau
sa ⁊ materia augmentionis lapidis abster
get. Et sunt qui per solam resupinationeꝫ
vrinam expellunt sine impositione siringe.
Est autem siringa canna ex auro vel argen
to fabricata quātitatem vie vrinalis virge-
simul ⁊ eius longitudinem continens vel pa
rum plus grossior in parte que intromitti-
tur: per cuius concauitatem transit de ex-
tremo in extremum virgula ferrea vel seta
porcina vel filum de lana vel pillus equi
triplatus vel aliud simile: et sic regatur per
dies residuos vite sue quotienscūq3 difficul
tas euenerit vrinādi. Et si ante iniectioneꝫ
siringe euacuaretur vēter cū clisteri lubrifico
so ⁊ vnctuoso ⁊ plus solito vtile reperitur.

Emperica.

Medicamen completuꝫ ad frangendum
lapidem in renibus et vesica si per medici-
nas frangi poterit et educi cum vrina sic fiat
Recipe cinerum scorpionum viuorum adu-
storum in olla terrea noua sicca perfecte ob-
turata: lapidis iudaici: lapid. spongie: lap.
renalis hominis: vitri adusti lazuli: lapidis
ematit. ossis sepie: sanguinis leporis exicca-
ti pillorum leporis adustorum: cicadarum
adustarum: cancrorum adustorum: sanguis
hyrci antiqui nutriti tempore longo ex her-
bis diureticis: mactati in diebus canicula-
ribus exiccati perfecte super prunas arden
tes aspersi cum sale costo sufficiēti ne putre
scat: crete marine saxifrage omniū aā. partē
vnā: seim diureticoꝝ: se. cōium frigidorum

maiorum ⁊ minoꝝ mundatoꝝ: radicū diure ticarum: agarici: reubarbari añ. quar. ß. terā tur oia subtilissime vt alcohol ⁊ cū zuccaro. fiat pul. vel electuarium de quo sumat omni die in ieiuno. ℥. ß. vel. ℨ. ij. cum vino albo aquoso. Qd si descriptionē augmentare volueris adde aliud ex quolibet eoꝝ q̄ sunt semē eruce: semē vrtice. se. nigelle: se. cuscuce: semē rubee: semē raphani: semē dauci: semē geneste: se. enule: cāpane. squinātī: scolopēdrie: gētiane: pipis: aristologie longe ⁊ rotunde: salis nitri adusti: granoꝝ se. cassie ligneе: iuniperi cimini rubee tinctoꝝū. Quod si descriptiōez adhuc magis fortificare volueris: adde aliqd ex gūmis calidis: velut sunt galbanū opoponacū: armoniacū: bdellium: serapinum siler ⁊ ex rebus mēstrua ꝓuocātibus: velut est mirrha: acor⁹: azarum. Qd si cum p̄dictis ponere vis diurectiuū fortissimū virtutis vltimate adde cātaridē. abscisis capitib⁹ ⁊ alis que sunt partes venenose sextā partem vnius. ℨ. Cantarides nāq̄ tanta ꝓprietate vias vrine respiciunt: ⁊ plerūq̄ vesicā vlcerant ⁊ ardorem efficiūt in vrina. Quapropter cauēdum est ab ipsis: siler ⁊ a mirrha ⁊ a gūmis predictis cū adest mict⁹ sanguis ⁊ dissuria aut fluxus mēstruoꝝ aut emoroydarū. Ut aūt medicina iā dicta fit delectabilior aromatizetꝰ cum zinzibere: cinamomo: gariof. spica: calamo: mace ⁊ silibus. Et qdā addūt ameos amomi cipi capparis costi amigdalaꝝ amararum nucleoꝝū ꝑsicoꝝ ⁊ cerasoꝝū milij solis macedonici ⁊ leuistici maratri xilobalsami carpobalsami ⁊ puluerē auicule q̄ dicitꝰ apud gallicos cauda tremula: ⁊ bn̄ faciunt. Est nāq̄ cōtinens oēs medicinas simplices vrinatiuas ⁊ lapid. fractiuas. Itē experimētū ad hoc est vt accipiatꝰ lep⁹ viuus ⁊ extrabātur ab eo intestina ⁊ sterc⁹ ⁊ cum pillis et sanguine ⁊ carne tota sicut est ponatꝰ in olla terrea noua vitreata ⁊ fundatꝰ sup ip̄m sanguis hirci antiq̄ non castrati donec tot⁹ fuerit copert⁹. Deinde cooperiatur os olle diligenter cū terra sigillata ⁊ ponatꝰ ad ignez tēpore longo donec totū aggregatū in cinerem cōuertatur vel rem adustā: tunc extrahatur ⁊ puluerisetur vt alcohol: ⁊ detur de hoc puluere oī die ℨ. j. vel. ij. cum vino diuretico. Itē liquor q̄ potatur ad idē sic fit. ℞. nucleorum persicoꝝū ⁊ cerasorum mūdatoꝝ amigdalarum amararū mundatarū añ. terantur et bibātur cum aqua clara dulci vel cum vino diuretico. ⁊ exprimatꝰ lac ex hoc mixto qd potetur in ieiuno. Ad idē confert aqua distillationis saxifrage milij solis folioꝝū ⁊ seminis apij: sanguinis draconis herbe ꝑforate tribuli marini polij camepitheos rubee agrestis teneritatū vitis albe cardi radicum rubꝰ corticis geneste capilli veneris petro. macedonici graminis penthafillon: scolopēdrie: tamarisci: acori: azari. squinātī: lupuli: eupatorij: endiuie: lactuce: sileris montani: pulegij: ysopi: feniculi: enule: radicum q̄nq̄ cōm oim añ. M. j. si recentia ponātur in alēbico et distillētur sicut fit aqua rosarum: de qua bibat patiēs aliqd omni die in ieiuno. ⁊ cum ipsa inungat renes ⁊ vesicā atq̄ virgā totā. Si vero res oēs haberi nō possint recentes verbi gratia. vt in hyeme: tunc infundantur res sicce per diē ⁊ noctē vel ampli⁹ in vino albo claro: preterea distillentꝰ sicut pri⁹. Hic nāq̄ liquor potēter vrinā prouocat: flegma viscosum subtiliat: arenulas. dissipat: vias elargat: ⁊ renes purgat. Oleum de scorpionibus qd inūctū super renes ⁊ infra vesicaz iniectū per siringā lapidē frangit ⁊ expellit sic fit ꝯm Iohem hebemes. in suo antidotario. ℞. scorpiones viginti numero plus vel minus iuxta ipsoꝝū quātitatē: ⁊ pone in vase vitreo: ⁊ pone sup eos olei amigdalarum amararū lib. ij. ⁊ stringe caput vasis ⁊ dimitte in sole diebus triginta: tūc colla ⁊ vtere. Alius mod⁹ eius ꝯm ip̄m. ℞. aristologie rotunde: gentiane: ciperi corticū radicis capparis añ. ℥. j. funde sup ipsa olei amigdalarum amararū: ⁊ dimittatur in sole dieb⁹ viginti: deinde proijce sup ea scorpiones a decem vsq̄ ad qnindecim iuxta ipsoꝝū quantitatem ⁊ iterū stringe orificium ⁊ pone in sole. xxx. diebus: deinde colla ⁊ repone. Est eñi mirabile si de ipso patiens inungatꝰ postq̄ tina egreditur ⁊ de ipso iniciatur aliquid per siringam. Oleum autem de amigdalis amaris ad idem conferens sic fit. ℞. amigdalarum amararum mundatarū ab vtroq̄ cortice quantum vis: terantur contritione vltima: et fac pastam ex eis et dimitte in loco calido per quinq̄ horas: tunc iterum tere et pone in torculari: et exprime ⁊ emanabit oleum. Si autem in vase duplici decoxeris

sicut per hore spaciū ꝛ deinde expsseris in torculari manabit abūdātius aut amigdal. cōtritis saculos impleueris ꝛ sub cinere calido aut arena calida inter pānos sepelieris et pterea expresseris: abundabit. Est nanq3 hoc oleū apertiuū opillationū ventositatū lenitiuū asperitatū: mollificatiuū duriciez: decoratiuū coloris: ꝛ plurimū cōferens dolori aurium atq3 surditati: ꝛ tinnitui si de ipso fundat in aure. Et eodē mō fit oleū de amigdalis dulcibus: sed nō est tñ conferens in hoc casu. Est tñ magis lenitiuū ꝛ humectatiuum ptiū siccaꝝ duraꝝ vel asparū quare confert raucedini ꝛ tussi ꝛ ptisi ꝛc.

Canones.

Nō est ꝯueniēs vt negligat causa doloris renū et vesice etiā cū anodinis vel stupefactiuis. Et si nō aliter qm̄ post mensem vnū pducit egrū ad ethicā cū assiduatione doloris: ꝛ qm̄ q3 vulnerat vesicā ꝛ īducit vrine ardorē ꝛ forte si dolor vltimet pnicie. Itē ꝓuocat etiam emor. vel mestrua in corpe cōsueto confert: qm̄ materias grossas adustas vel non adustas euacuat ꝛ diuertit. vñ̄ Ipoc. v. pti. amphor. Melancholicis ꝛ freneticis emorroy de innate bonum.

Pronosticatio.

Si lap. in renib⁹ vel poris steterit ꝛ vrinā p hibuerit ꝛ dolorē fortē induxerit neq3 per se neq3 per artē exierit mortale. Itē lapis calculus ꝛ arena in renibus ꝛ vesica similiter ꝛ vlcera in ipsis raro perfecte curant. ꝛ pprie si fuerint antiquata qd̄ quidē contingit ppter materie grossiciem vel adherentiā viarū angustationē ꝛ membroꝝ pfunditatē. Et si corpus fuerit senex nunq̄ curat ppter cause fortitudinē ꝛ virtutis defectionē. vñ Ipo. vj. p/ti. ampho. Nefretici ꝛ circa vesicā dolentes laboriose sanantur in senibus. Et intellige senes omnes qui sunt vltra. xl. annos.

¶ De dyabete siue dyarria vrine. Ca. iiij.

Dyabetes est mltiplicatio vrine superflua ex renū caliditate pueniens cū nocumēto virtutis attractiue atq3 digestiue q̄ in eis sunt: ppter qd̄ ab antiq̄s nūcupata est dyarria vrine. Signa eius sunt sitis fortis assidua: ꝛ qm̄ post potū aq̄ vl' alterius liquoris fit ilico mictura pxima replens vrinale neq3 humectant os ꝛ labia ppter potū hora aliq. Et est vrina alba subtilis sicut aq̄ ppter simplicitatē eius atq3 cruditatē ꝛ extenuatur cū ea corpus de die in diem.

Methodus.

Cura eius est infrigidatio renū proposse ꝛ debilitatio virtutis attractiue in eis qd̄ fit cū emplastro facto ex ros. terra sigillata san. ora. psillio sandalis pistatis ꝛ cōcassatis cū aceto ꝛ aqua ros. infundendo pecias in ipsis ꝛ actu frigidas ponēdo sup loca renū: vel cū emplo ex summitate rubi ꝛ vitis albe ꝛ folijs solatri ꝛ semperviue ꝛ plantaginis coctis in aqua ꝛ aceto ꝛ pistatis ꝛ incorporatis cū farina ordei vel cum vnguēto qd̄. ℞. populeon olei ros. olei viol. olei nenuphar. añ. pt. equales. muscillaginis psillij. p. ij. cere qd̄ suffecerit. Et si vis fortificare magis adde dragāti karabe gummi arabici aq̄ ros. ꝛ cāphore: ꝛ cū eadē inungat pectus et spina tota si corpus plurimū extenuet: qm̄ marasmū phibet vel retardat. Sit in aere frigido humido omni hora ꝛ ingrediat aquā frigidā ter in die vsq3 ad vmbilicū si corpus sit carnosum aliqualiter. Et dormiat resupinus super terra vel lecto strato viol. ros. salicibus ꝛ herbis frigidis. vtat trociscis de karabe dictis cap. de mictu san. ꝛ trociscis de alkekēgi dictis ibidē: qm̄ sanguinē ingrossant calorē reprimūt: attractiuā diminuūt: ꝛ sitiz extinguūt. Fiāt oīa dicta ca. de macie renuz vitet omnia diuretica atq3 vrinatiua ꝛ coitū oīno. Et vtat lenitiuis donec materie diuertant sicut sunt pulmenta ordei vel farris vel auene condita cum amilo penidijs amigdalis dulcib⁹ ꝛ zuccaro. vtat stipticis alternati sicut sunt lentes caules carnes asse vel elixe cum mirtillis ꝛ sumach cōdite cū sumach ꝛ berberis vel granatoꝝ vel agreste. vtat cibis vt plurimū nutrientibus sicut sunt testiculi galloꝝ nondū coeuntiū vitella ouorū recētium extrema porcelloꝝ. vtatur alterantib⁹ sicut sunt carnes fluuiales pisces petrosi lac recens vstulatuz. Bibat aquā ordei vel prunoruz damascenorum vel vinum rubeū pōticum limphatuz cū aqua pluuiali. Sumat omni die in ieiuno de hac mixtura. ℞. rosate

nouelle dyarrodon abbatis zuccari ros. zuccari viol. triasandalis. an. partē. j. dyanisi. p. ℞. gratia directionis.

Emperica.

Cōiter operantes faciunt laminā plūbeā latam valde subtilem perforatam sicut cribrum quā patiens defert super renes firmatam cum fascia tempore omni.

Pronosticatio.

Solicitandū in cura passionis statim a principio: qm̄ si pdurauerit calorē inflāmat: hūiditates exiccat ꝛ fe. ethicā iducit. Itē si dyabetes supuenerit i fe. acuta ꝛ nō acuta post signa digōnis ꝛ die cretica nullatenꝰ restringat: imo fortificet cū aq̄ cicer vel pisor. Si vero an̄ signa digōnis ꝛ die nō cretica: ꝛ cū debilitate vtutis assidua ꝛ corpor arefactiōe restringat malū est: qm̄ fint hōmaticꝰ est et corpis colliquationē signat ꝛ pprie si superficies vrine apparuerit oleaginea.

¶ De macie renū. Cap. v.

Macies renū est cōsumptio adipis stātis circa renes cū exiccatione hūiditatꝫ q̄ est i eis. Stat nāq pinguedo quedā cōdēsata circa renū ptē cōcauā. Fit autē macies ppter dn̄antē calorē q̄ in ipis est: aut ppter famē ꝛ puationem nutrimēti. Signa eius cōia sunt paucitas appetitꝰ coitꝰ vl' impotētia ad illud. Si aūt fuerit ppter coitū vel famē supfluā ptꝫ ex r'lone infirmi. Si propter malā cōplōne siccā innatā vel fluxā patebit ex puatione cārū pmitiuar iā dictar.

Methodus.

Cura eiꝰ ex quacūq cā acciderit: eadē est vt. s. habeat intētio ad ipinguationē renū ꝛ corpis totiꝰ qd̄ fit ex mlior subito nutrimēto sicut sunt pisces petrosi recētes ꝛ pprie assi. Et iura carniū laudabiliū inspissata cū vitellis ouor cōdita cū cinamomo cardamomo liquiritia ꝛ croco pulu. ex simila cōditi cū amilo penidijs lacte recēti capre vel amigdalis dulcibꝰ: ꝛ sicut sunt oua sorbilia testiculi gallor vel arietū ꝛ edor: auellane ficus sicce pingues fistici pinee dactili ꝛ vinū rub. dulce ꝛ lac ca'lm ex mamillis mixtū cum zuccaro ꝛ mica simile: ꝛ sicut est balneū aque dulcis tepidū pꝰ p. ij. horas sine mora i ipo ꝛ cū exire voluerit: vngat corpꝰ totū ex oleo ros. vl' viol. vel nenup. Et pꝰ vnctionē spargat aq̄ frigida sup ipm: qm̄ calorē naturalē adiuuat: ꝛ tūc dormiat sup lecto molli i aere frigido hūido vel ipato. Et si fuerit aq̄ decoctionis maluar viol. salicis ppli magis cōfert. vtat sōno lōgo pꝰ ipm ocio gaudio ꝛ qete. Abstineat pposse a coitu flebotomia solutiōe vētris: q: vbi indigētia nō opꝫ laborare: sitr ꝛ a puocantibꝰ vrinā: ꝛ pprie diureticis sinapi vel aceto. Nō vtat nec acuminibꝰ nisi forte gr̄a puocationis appetitꝰ. vtatur multiplicātibꝰ sperma sicut est dyasatirion dyadragantū ꝛ oīa q̄ dicemus ca. de diminutione coitus. vngant renes ꝛ spina tota cum vnguento qd̄ sic fit. ℞. olei ros. viol. an̄. ℥. j. butiri recentis sine sale. ℥. ij. adipis anseris anatis galline. ana. ℥. duas. cere. ℥. j. adipis renum edor et arietū. an̄. ℥. ij. dissoluant omnia in casola ꝛ collent et referuent. vl' cū vnguēto tali. ℞. croci. ʒ. j. populeon. ℥. j. muscillaginis psilij butiri recētis. an̄. ℥. j. et ℞. misceantur: ꝛ si vis resistere magis calefactioni adde camphore. ʒ. j.

Emperica.

Cura huius egritudinis tribus intētionibus pficitur. Prima in extinctione caloris assantis. Scd̄a in alteratione siccitatis marasmātis. Tertia i multiplicatione spermatis cōfortātis. pria colligit ex ca. de ptisi ꝛ ca. de fe. ethica. scd̄a ex cap. de debilitate stōachi. ca. de cōplone mala ꝛ sicca. ꝛ ca. de dyabete tertia cap. de diminutione coitꝰ. Itē sciendū est q̄ scripta in caplo de spasmo ꝛ pprie de inanitiōe: ꝛ ca. de ptisi ꝛ de debilitate stōachi sicci: ꝛ de duricie renū. ac ca. de fe. ethica si aggregēt: integ hit pfecte renū humectatio ꝛ ipiguatio put ē fieri possible p artē. qm̄ siccū hūectare de nūero difficillimor ē, ppt hūiditatē posse caliditati modicū attinere.

Canones.

Hec passio fortibꝰ indiget medicinis atq penetrantibus ꝛ adherentibus: qm̄ facilius est humidum exiccare q̄ siccum humectare. vt dicit Ga. vij. de ingenio. ij. ca. ꝛ proprie vbi siccitas stat cū caliditate: qm̄ tūc ē opꝰ dupli

et intētiōe. ficcitas nāq est lima calorum: ca lor quoq est fornax ficcitatis: vt di. ibidem.

Pronosticatio.

Solicitandū in cura hui⁹ passionis statim a principio: qm̄ si antiquet᷑ ⁊ cōfirmet᷑ non curatur: ergo p̄ducit corpus ad siccitatem et feb. ethicam ⁊ demum ad mortem.

¶ De opillatione ⁊ duritie renū. Cap. vi.

Fit aūt p̄pter fl'a grossum visco sum adherēs renib⁹ ⁊ poris vri tidib⁹ aut p̄pter apa ↄuersuȝ in sclirosim. Signa ei⁹ p̄p̄t flegma grossum vel melācholiā vel com positū ex ijs sunt paucitas vrine āplior debi to vel solito cū albedine ⁊ subtilitate ipsius et dolor grauatiu⁹ in spōdilib⁹ dorsi circa lo cum renū. Et si illa passio prolōget᷑: incipit vēter inflari ⁊ vrina magis ac magꝫ retine ri ⁊ seq̄tur ydropisis ascitis. Signa ei⁹ pro pter apa sclirotticū sunt ācessio aparis i re nib⁹ cuȝ signis p̄p̄rijs p̄pter qd̄ dum antiq̄ tuȝ fuerat nō seq̄bat᷑ resolutio ⁊ doloris gra uatiui cessatio: neq sanlei visio in vrina: im mo remāsit grauitas in allzatim ⁊ cum hoc minoratur vrina ⁊ venter inflatur.

Methodus

Signa ei⁹ propter fl'a grossum vl' meliam vel cōpositū ex ip̄is est vt educatur materia. Et educat᷑ sicut dicemus ca. de ar thetica. C. de cā frigida. Cōferūt etiā pillu le dicte ca. de lapide in renib⁹. C. de actu p̄ seruatiuo. vngat᷑ cū vnguēto facto ex adipi bus dicto ca. de macie renū. Et si ip̄ȝ magꝫ fortificare volueris i mollificādo ⁊ penetrā do adde medullā cruris vituli vl' cerui vl' tau ri ⁊ aliq̄d aceti acutissimi. Cura ei⁹ propter apa sclirotticū lꝫ sit difficilis. Sūat oī die bis hora maioris inanitionis stōachi de sirupo mollificatiuo ⁊ resolutiuo sicut ē oximel cōpo sitū datū cū aq̄ decoctionis ordei ⁊ mellis. Purget᷑ vicib⁹ alternatis parū p⁹ parū cuȝ b̄ndicta laxatiua vl' cū oximelle acuato cū. ʒ. ij. reu. boni. Jnvnguētꝫ ⁊ emplis ff̄ sicut p̄r⁹

Emperica.

Electuariū bo nū mollificati uuȝ lenitiuū resolutiuū ⁊ vrinatiuū sic ff̄. ℞. pineaꝝ mūd. amigd. mund. auellanaꝝ succi liq̄ritie pen. amili dra. se. altee se. li. se. mal. capilli veneris añ. ℥. ß. mūne tamarind. añ. ℥. j. saxifrage milij solis macedonici pulleg̃ij anisi fen. sileris mōtani. rad. enule. añ. ʒ. iij. se. apij. se. feñ. se. anisi. se. petro. semi. ameos amōi añ. ʒ. ij. lapidis spōgie lap. iudaici cica darū san. byzei antiq̄ssimi armoniaci serapi ni oppoponaci bdellij. añ. ʒ. j. reubar. opti mi. ʒ. ß. zuccari vl' mellis qd̄ sufficerit. Et si vis aromatizare adde. ʒʒ. gario ff̄. cinamomi cardamomi calami aromatici. añ. ʒ. ij. terāt᷑ de᷑ ex ipso mane ⁊ sero. ʒ. j. cū vino al. aquo so in cā fl'atica vel melica. sed cum aqua de coctionis se. altee ⁊ mellis in sclirosi.

Canones.

Nō sis p̄ceps in vsu diureticoruȝ vel resolutiuoꝝ. sꝫ vicib⁹ alternatꝫ interfere mollificatiua ita vt mollificatiua dn̄ent᷑ i p portione sexq̄altera vel dupla qd̄ securi⁹ est.

Pronosticatio.

Opillatio recēs curatiōis ē facilis. Antiq̄ta v̄o q̄ duricies dicit᷑ difficilis. Sclirotisatio aūt curatiōis est impossibilis. Jtem opilla tio renum inducit ydropisim ⁊c.

¶ De apostematibus renum ⁊ poro rum vritidum. Caplm. vij.

Apostemant᷑ renes sicut ⁊ mēbra alia ex cōgestione hūoꝝ peccan tiū in q̄nto ⁊ q̄li in venis ⁊ arte rijs ipsoruȝ vel defert᷑ sufficiens q̄ntitas ipsoꝝ hūoꝝ p ipsas. Et fit ex oī gn̄e q̄ttuor humoꝝ: vt plimū m̄ cum cōmixtione fl'atis. Signa ei⁹. sunt febris ↄti nua p̄mixta ⁊ cū horripilatiōe nō hn̄s p̄oxis mū ⁊ sensatio doloris ḡuatiui allzati queād modū si eēt aliq̄d in eo suspēsuȝ: ⁊ cū p̄cipi tur egro iaceat supin⁹ ⁊ fiat minoratio oīm die. Et si apa sit magnū supuenit strā guria et surgit tumor circa epar p̄p̄t vrine regurgi tationē. Et scias q̄ lꝫ ad qd̄libet apa mēbro rū interioꝝ sequat᷑ fe. ↄtinua p̄p̄t ↄtinuam trāspirationē fumoꝝ caprinosoꝝ ad cor ip̄ȝ inflāmātiū. Attamē si mēbrū p̄pinquū fue rit: vt pulmo pleura stōachus epar splen fit fe. ↄtinua acuta. Si v̄o remotū fuerit vt re nes surget fe. ↄtinua p̄mixta id est nō acuta nisi mēbrū fuerit neruosuȝ: sensitiuū: vt vesi ca vel matrix vel principale ⁊ nobile: vt ce

rebꝛū ⁊ testiculi vel materia acuta calida tūc nancꝫ fiet feb. inflāmationis intense.

Methodus. In pncipio hui⁹ apa⁊ fiat flōmia diuersiua ex basilica brachij dextri⁊ si corp⁹ fuerit sanguineū ⁊ xtus pstās extrahatur sang. plimus vt diuersio ptingat ad renes. Post flebotbomiā fiat empl̄m repcussiuū ex ros. sandal. sempuiua solatro extremitatib⁹ rubi ⁊ vitis albe coctis ⁊ pistatis ⁊ incorporatis cū farina ordei ⁊ plātagine ponēdo tepidum sup locū ⁊ addat aceti fortissimi. epithimetur cū sandal. ros. bolo ar. terra sigillata infusis in aq̄ ros. ⁊ aceto vel succis rerum predictarū. Nutriatr̄ hora illa cucurbit. cucumerib⁹: melon̄. citrul. farina ordei vel auene coctis cū lacte amigdalarū dulciū ⁊ aceto. Bibat aquā ordei vel prunoꝝ siccoꝝ vel seminū frigidorū. Sumat in aurora sirupū de nenupha. vel ros. cum eisdē reb⁹: ⁊ sic regatur donec apa euitet si fuerit possibile. In augmēto xo qd̄ est post dies q̄ttuor addat in empl̄o aliq̄d ex anodinis resoluentib⁹ reliquias fluxas q̄ sunt flor. camomille mellilotum semē lini farina fenugreci aneti ⁊ filia. Et si videris in eis pfectū fortifica ipsa versus statū ⁊ adhuc plus in declinatiōe donec pfecte liberet. Si xo nō videris in repcussiuis pfectū vsꝫ ad diē septimū vel octauuꝫ: imo tūc febris acuit et dolor: q: sanies gnat tunc incipe aliā curā: scꝫ digestiuā ⁊ maturatiuam p interi⁹ ⁊ exterius. Fiat igit emplastrum ex malua altbea coctis ⁊ incorporatis cum oleo anetino ⁊ camomillino. Et si vis fortificare: adde axungiā recentē porci vl̄ galline. Et si times fe. inflāmationem pone in emplastro farinā ordei ⁊ tritici. Bibat hora illa aquā decoctiōis ordei ⁊ semis altbee malue: ⁊ endiuie ac lini: q̄m maturat ⁊ lenit. et nō dimittatur vēter restringi. Et cū visa fuerit sanies dētur pmo stiptica lauatiua in potu: sicut est aqua decoctionis mell. ⁊ seminis apij vel oximellis cōpositi. Post dies xo duos a ruptura dentur vicissim cōsolidatiua: sicut sunt trocisci de karabe vel alhelzengi dicti capi. de mictu sanguinis vel saniei. Utatur hora illa lacte calido ex mamillis mixto cum mille ⁊ zuccaro. Confortetur hora illa cum carnib⁹ laudabilib⁹ conditis cuꝫ sinapi ⁊ melle vel pulte ex amilo ⁊ penidijs et farina simile cōditis cū lacte amigdalaꝝ amararum: q̄m oia ista confortāt ⁊ mundificant vlcus. Bibat ydromel vel vinū album limphatū cum ydromelle. In fine vero fiant emplastra cōsolidatiua dicta capl̄o eodem. Si autē oia a principio dicta nō contulerit et grauitas de die in diem augmētata fuerit: ⁊ vrine difficultas sine fe. vel modica: tūc apa tendit ad sclirosim: quare tunc procedatur vt diximus capitulo de opillatione et duritie renum.

Canones. Hoc apa sicut ⁊ qd̄cunqꝫ aliud aut permutatur ad locū alium nobilē magis vel ignobilem aut stat. Et si sic aut termiatur ad resolutionem ⁊ est salubre: aut ad saniositatem ⁊ est difficile: aut ad sclirosim ⁊ est mortale. Et ex hoc trahit canon vtilis in opere: scꝫ qd̄ post vsum repercussiuoꝝ per dies quattuor debꝫ medicus primā habere intentionē ad resoluendū. Et si nō pficit in eis vsꝫ ad dies septem vel circa id transeat coactus ad maturandū. Et si non proficit ad id vsꝫ ad dies quadraginta vel q̄nquaginta vel sexaginta pcedat desperatus ad mollificanduꝫ. Item ad apa renum mrīcis ⁊ ani sequit strangurīa ppter vesice compassionem. Hec tamen stranguria curari non potest medicinis circa vesicam exhibitis: q̄m ibidem non est ei⁹ causa. Unde Ypocra. quinta parti. amphο. In ano flegmon̄. patiente ⁊ matrice flegmon̄. patiente habente strāguria superuenit. ⁊ in renibus habentibus saniem stranguria superuenit.

Pronosticatio.

Apostema renum si termietur ad resolutionem salubre. si ad dublati ⁊ rupturā timorosum ppter morbi longitudinem ⁊ doloris ⁊ feb. intensionem et vlceris difficilem consolidationē et vrine nitrositatem preterfluentis prependentem. vnde ypo. vi. parti. amphο. Nefretici et circa vesicam dolentes laboriose sanantur in senibus. Si autem terminetur ad lapidificationem mortale. Item si ad apostema renum sequatur tumor ventris magnus : ydropisim

minatur sicut est ydropisis que fit propter apa durū epatis vel splenis. Item si in apate renū supuenerit flux⁹ emorroidarū vel menstruo⁊ in corpe ꝯsueto ꝑ se vel ꝑ artē salubre ⁊ ꝑpriē sit cū alleuiatione fe. ⁊ doloris. vñ ibidē. Melācholicis ⁊ freneticis emorroide innate bonū. Est eñ nefresis nomē generale ad oēm renū passionē sicut nefrocatarum est nomē cōe ad medellam omniū passionū in renibus quarūcunqꝫ ⁊c.

¶ Tractatus septimus de passionibus vesice.

VEsice passiones sunt sex in genere. Prima scabies siue vlcus. Scd'a ardor vrine Tertia stranguria. Quarta dissuria. Quinta exit⁹ vrine insensibilis. Sexta apa. Nā de lapide ⁊ arena (dixim⁹) in vesica: vbi de renib⁹ loq̄bat. Cū aūt dico vesicā itelligo ei⁹ duas tunicas ex q̄b⁹ cōponit ⁊ collū ipsi⁹ qḋ in virovirga ē ⁊ in femella collū matricis modo tñ ꝯuerso. Nā in masculo collū vesice est via principalis: vasa aūt spermatica a testiculis ascendētia circa mediū virge lateral'r cū ipo ꝯcurrūt vnū a dextris aliud a sinistris. In femella ꝟo collū vesice est equitās collū matricis: ita vt apud vuluam vnica via efficiatur.

¶ De scabie ⁊ vlcere in vesica ⁊ virga virili. Capitulum primū.



Cabies in vesica vel ꝟga fit ex vlcere. vlcus autē fit aut ꝑpter apa santosū eruptū: ⁊ de ipo dicemus ca. de apate in vesica ⁊ virga: aut ꝑpter materias calidas nitrosas corrodētes ꝑtes quas diu suptranseūt vel morātur sicut est flegma salsū ⁊ cholera. Signa ei⁹ sunt: qñ si sint iste passiones in vesica sentit eger dolorē circa sumen ⁊ pectinē cū extenuatione corpis tot⁹ ⁊ egredit sanies mixta aliqual'r cū vrina: lꝫ nō adeo ꝑfecte sicut apud vlcus i renib⁹: de quo dixim⁹ ca. de mictu san. ⁊ saniei: qñ q̄nto via lōgior tanto meli⁹ resolutā ce cōmiscent ⁊ inest ei fetor: ⁊ si antiquet: egrediūtur cū vrina ⁊ sanie sq̄me subtiles albe vel cortices pui siles furfurib⁹. vñ Ypo. iiij. ꝑ. amph. Quibus vrina vt pingi existēte furfurea mingūtur ijs vesica scabit. statim post. Si sang. aut pus mingūt aut squamas aut odor grauis sic vlcerationes significat. Si aūt fuerint ꝑdicte passiones in collo vesice: sentit eger dolorē in radice vel medio vel capite vesice vel apud labia vulue vel circa id qñ mingit ⁊ vrina labitur sup vlcus ⁊ egredit sanies āte vrinā. Et scias ꝙ dolor est fortior in vlcerib⁹ vesice ⁊ colli ei⁹ ꝙ in vlceribus renū ⁊ poro⁊ vritidū ꝑpter illo⁊ membro⁊ maiorem sensationem.

Methodus. Cura ambo⁊ est eadem. Perficit aūt duabus intētionib⁹. vna in euacuatiōe morbi que est vlcerū mūdificatio ⁊ post hoc cōsolidatio. Alia in curatiōe accidētis q̄ est doloris ⁊ ardoris vrine mitigatio. Cura morbi est vt a principio digerantur materie acute cū sirupo de fumoterre ⁊ post hoc euacuent ꝑut dicem⁹ ca. de scabie ⁊ pruritu corporis lib. ij. si de⁹ voluerit. Post hoc ꝑcedat ad remedia localia. Bibat igit patiēs oi die in aurora. ℥. iiij. vel circa id de potu linitiuo sicut est aq̄ decoctionis ordei semis altee seis malue liq̄ritie bene collata. Et si vis addere ex vrinatiuis lenibus adde seia cōia frigida maiora vel minora: vel sumat eadē hora aliq̄d ex cibis lenib⁹ sicut sunt iura gallinarum pinguia vel pultes ex amilo penidijs farina simile cōditis cū lacte amigdalarū dulcium vel cū oleo earū. Post ista ꝟo ꝑ duas horas intret balneū leue sicut est aqua decoctiōis malue altee violarū populi salicis brance vrsine vngule caballine sicle atriplicis mercurialis ⁊ intingat in balneo qñ vlcus mūdificat cū lenitate. Et ex eis rebus fiat emplastrum cum oleo camomillino quod tepidū ponatur super sumen ⁊ virgam post exitū a balneo: ⁊ vngatur cū dyaltea ⁊ populeon mixtis. Postq̄ hoc feceris per dies aliquos erit ad mundificatiua fortiora ꝑcedendum. Bibat igitur patiens hora predicta ydromel cum vino albo subtili vel aqua decoctionis ficuū siccarum pinguiū. Et fortius est illud oximel cōpositū si nō continuetur ampliationē vlceris: debilius aūt illo est lac asine vl' capre si bibatur calidū ex mamillis. Postq̄ extinctus fuerit in illo calibs vel lapis ignit⁹ tribus vicibus addito post hoc aliquantulo

mellis vel zuccari. Et simile huic est vinum albũ subtile limphatũ cuz aqua decoctionis ordei vel seim frigidoꝝ. deinde gradatim ꝑ/ueniendũ ad localia ꝓxima. iniiciat̃ ergo cũ syringa primo ydromel purũ vel aqua deco/ctiõis cicerũ ⁊ pisoꝝ: qm̃ oĩa ista saniez ab/stergũt. Et cũ eger mixerit ista iniiciat̃ ilico cũ syringa vn⁹ ex trociscis de alchekengi dictis ca. de mictu san. ⁊ saniei dissolutis in a q̃ liq̃ritie eorũdẽ. qm̃ mũdificat: mitigat ⁊ cõsoli/dat ⁊ cũ mixerit: alternentur iterũ lauatiua. Deinde in fine addãtur ꝯsolidatiua fortio ra sicut sunt trocisci de karabe dicti ibidem dissoluti cũ eisdẽ. Et si sumãt istos trociscos cũ eisdẽ liquorib⁹ ꝑ supius in aurora confe/rẽt vel iniiciat̃ collirũ albũ rasis in suo anti dotario. Cum lacte quidẽ qñ dolor est vehe mens cũ aqua vel mellis ⁊ ficuũ cũ est fordi/ties plurima in vesica qḋ sic fit. ℞. ceruse sar cocolle thuris gũmi arabici opij sang. drac. añ ʒ. j. fiãt fiet in forma sicut auellane cũ mu scillagine semis althee vel psillij vel seis ci/toniorꝝ vel lacte asine seu mulieris ⁊ sic vicis situdinent̃ mundificatiua donec partẽs libe ret̃ ꝑfecte. Cura agibilitatis dicet̃ ꝓximo se quẽti caplõ. Cõfert ꝑterea iniectio cũ syrin ga rerũ frigidarũ leuiuz sicut est muscillago se. citonioꝝ se. psilij se. althee ⁊ sicut est oleũ roſ. mixtũ cũ lacte mulieris ⁊ instillatio olei ro. mixti cuz populeon ⁊ ꝓprie si dolor sit in parte colli anteriori.

Emperica.

Coit⁹ vsu mo derato fact⁹ et ꝓprie in ieiu/no cõfert vias mundificãdo. Immoderatus aũt vel inordinat⁹ nocet materias attrahen do ⁊ mẽbra debilitãdo illud nocet vsus acu minũ sicut est sal cepe allia sinap̃. acetũ. No cent etiã diuretica acuta sicut est semen apij brusci sparagi. Cõferũt in principio cibi le/nitiui: vt pultes ex amilo vel farina ordei vl̃ auene. Silr̃ ⁊ medicine leues vt tamarindi cassiafistula viol̃. pruna. In fine ꝟo glutino/sa viscosa si epar nõ impediat: vt est caro por coꝝ recẽs sine sale vel modico ⁊ extrema aĩa lium ⁊ pulmentũ ex riso vel tritico cõditum cũ butiro vel adipe renũ caprarũ. Cõferunt ꝑterea vnguẽta incarnatiua exterius sup lo cum: ⁊ proprie si vlcus sit in virga sicut sunt vnguentũ album ⁊ vnguentũ fuscũ nicholai ⁊ ꝓprie in declinatione morbi. Vtat̃ sepe in ieiuno hac mixtura. ℞. draganti zuccari roſ. rosate nouelle dyarrodon abbatis. añ. partẽ vnam. dyanisi partem. ſ.

Canones.

Licet in vlcerib⁹ vesice ⁊ renũ cõferant medicine exbibite ꝑ supius ⁊ inferi⁹: ꝑ interi⁹ ⁊ exteri⁹ tã lenitiue ꝗ̃ consolidatiue. Nulli tñ dubiũ medicinas tãto meli⁹ opari ꝗ̃to meli⁹ ⁊ vi/cinius accesserint ad particulã lesam. Et id/circo in passionib⁹ renũ magis cõferũt exhi/bita ꝑ supius ꝗ̃ inferius: in passionibus ꝟo vesice econuerso.

Pronosticatio.

Iste passiões si ꝑdurãt raro curant̃ ⁊ ꝓprie in senib⁹. vñ ypo. vj. p. ãph. nefretici ⁊ circa vesicã dolẽtes laboriose sanant̃ i senib⁹. Et i tellige tertiã ⁊ quartã etates: qm̃ vesica cũ sit mẽbꝝ ſpmaticũ frigidũ naturalr̃ magis fiet frigidũ ꝑ etatẽ: vlcerib⁹ aũt frigidũ est mor/dax vt dicit ypo. v. p. ãph. Ad h̃ etiã facit trã sit⁹ vrine assidue corrodẽtis. Itẽ in scabiẽ ve/sice si cortices grossi exierint cuz fetore vrine ꝑlimo difficillime curat̃. Sicut igitur tale si/gnũ in vlceribus intestinoꝝ minat̃: q: eger ex eo morit̃. Itẽ vlcus vesice penetrãs mortale vñ ypo. vj. p. amph. vesicã icisaz: aut cerebrũ aut cor: aut dyafragma: aut epar: aut renes aut intestinoꝝ aliqḋ gracilũ aut stomachũ mortale. ⁊ hoc verũ vt in plurib⁹ ⁊ hoc in sub/stãtia vesice. Item vrine ethicoꝝ ⁊ vrina sca bientiũ in vesica sunt silẽs in vnctuositate su/ꝑficiei ⁊ ꝯtentis sq̃mosis. Caue ergo ne de/cipiãt te vt dicit ypo. ij. ꝓnosti. distingue er/go ꝑ fetorẽ ⁊ dolorẽ q̃ nõ sunt in feb. ethica.

De ardore vrine. Capitulũ. ij.

Ardor vrine est mordicatio par/tis vlcerose a re nitrosa proue/niens currente super ipsaz simul cũ vrina siue sit vesica siue collũ ei⁹ siue caput virge siue vulua sicut renes ⁊ po ri ei⁹ ꝓpter qḋ sentit̃ dolor acutus in parte eadẽ ⁊ proprie in fine exitus vrine. Fit autez ab humorib⁹ acutis: vt sunt flegma salsum ⁊ cho. aut a sanie ꝗ̃ istud accidẽs stare potest

cum morbis diuersis. Ubi gra. cū vlcere in renibus: cū scabie in vesica: cū vlcere in vga: cū stranguria pter qd eius cura singulis earū/ dē passionū capitis vel sublimiter suffraga/ tur. Signa eius patēt ex rōne patientis cū antecessione signorum predictorum et sensatione doloris in loco leso.

Methodus.

Cura eius pficit duabus intentionibus. vna est cura morbi cui9 est accidēs. Alia est cura sui quā dicem9. Digerat igit a principio humor acutus cū sirupo de fumo terre. Et purgetur post hoc cū pillulis similibus prout dicemus ca. de pruritu corporis lib. ij. Deinde pcedat ad localia cōia quare ingrediat eger tynā (cū patit) aque dulcis tepide vel aque decoctionis malue altbee populi salicis se. lini psillij et omnium infrigidantium cū lenitate et añ balneū vel in balneo sumat. j. ex trociscis vrinatiuis lenitiuis: sicut sunt trocis. alkekēgi dicti cap. de mictu sanguinis et saniei cū sirupo viol. ʒ. j. et aque frigide. ʒ. ij. vel vino albo aquoso: vel cū aqua decoctionis seminū cōium frigidorum mundatorum maiorum. Uel sumat in aurora et añ cenam j. ex trociscis de seminib9 frigidis qui. ℞. seminū cōium frigidorū minorum q̄ sunt semē lactuce portulace endiuie scariole añ. ʒ. j. seminis iusqami: se. altee: se. papaueris: se. solatri añ. ʒ. ß. se. apij. ʒ. ij. amigdalarū dulciū excorticatarū dragaganti amili succi liquir. boli armenici acacie añ. ʒ. iij. incorporent cū muscillagine psillij: et def cū eisdē liquorib9 vel cū aqua ordei vel cū aq decoctiōis prunorum damasce. et viol. cū iure pullorum et agnorum pigui: qm̄ sanguinē leniter abstergēdo et cū vrina educēdo cām doloris remouet gradati. Nutriat carnib9 laudabilib9 et iurib9 eorum cōditis cū lacte amigdalarū dulciū: et pprie agnorum porcorum iuuenū pullorum et edorum coctis cū cucurbitis: cucu. malua: bletis et portu. Ex fructib9 vtaf cerasf. psicis: ficub9: vuis maturis: prunis et pomis aquosis: si stomach9 nō pbibeat. Bibat iulep vel ydromel aquosum vel aquā ordei: vl vinū albū limphatū aquosum cū aq decoctiōis seminū cōium frigidorum maiorum mūdatorum et cū eisdem liquorib9. Sumat oi die in aurora de sirupo ro. vel viol. vel nenuph. si dolor supfluat: verūtn̄ dū medicat hic pariēs bonū videret q abstineret ab oi potu ppósse p qnq vl sex dies: ita vt differet vrinā: qm̄ dū supfluit: vlcus elargat et medicinas in loco suo stare nō pmittit. Qd si potus sit ei necessari9 aut pter sitim intolerabilē: aut pter saniei abstersionē mordicantis vlc9 vehemēter. Abstineat ppósse ab acuminib9: vt sunt acetū: agresta: berberis: pira pōtica: mala austera. Siliter et ab acutis vt sunt pip: sinapis: sal: allia: cepe: nasturtiū: petro. apiū: vinū vetus amarum: purum: nisi forte gratia digestionis stomachi vel appetitus. Utatur quandoq coitu sed raro: qr sperma vias lenit et purgat. Si vo frequenter materias attrabit et in partibus suis angustiam inducit. Consequenter veniendum ad localia proxima. Inungatur ergo caput virge cū lacte mulieris calido ex mamillis vel lacte papaueris vel muscillagie psillij et seis citoniorum vel oleo ros. vel oleo viol. vel populeō dissoluto cū aliquo pdictorum. Et instilef ex eis aliqd in vuluā et caput vge si sit ibi dolor. Et si nō sufficit cū siringa collirium dictum ca. de scabie in vesica vel trocis. j. ex pdictis dissolutus cū lacte mulieris vel cū lacte papaueris vel cum aqua mellis si dolor est fortis si intendit abstersioni. Et si talis aqua primo imitteretur cum siringa gratia lotionis vesice et virge: et post eius micturam illico pred. anodina mittentur melior fieret operatio. In fine vo doloris et mūdificationis inijciatur consolidatiua dicta ca. de scabie in vesica si necesse videatur.

Emperica.

Collirium sublime qd imittur cū siringa ad ardorē vrine mitigandū sic fit. ℞. papaueris albi. ʒ. iij. pisteur et exprimatur eius humidū in modum olei viol. ʒ. j. cpū boni. ʒ. j. calefiant ad ignem cōtinue cōmiscēdo cū spatula. Deinde collentur p pannū dēsum fortiter exprimēdo sicut i torculari et reserue tur. et si vis fortificare: adde olei nenuphar. ʒ. ß. populeon. ʒ. ij. muscillaginis psillij q̄tū volueris. Item ad idem cōfert oleum papaueris recētis vel se. lini. Ad idem confert lac factum ex seminib9 frigidis cōmunib9. Confectio sirup. nobilis ad idem sic fit. Recipe. adyantbos. ʒ. viij. pollitrici: capilli vene. scolopendrie: foliorum lactuce. endiuie:

lingue bouine: borraginis viol. an. ℥. iiij. mirtill. liquiritie an. ℥. j. pistentur grosso modo et bulliantur in lib. iij. aque. et lib. duab⁹ vini albi aquosi donec lib. ij. consumatur: tunc coletur et addant zuccari. ℥. vj. et iterum bulliatur parum et colletur et reseruetur. Detur de hoc sirupo aquoso omni die in aurora et ante cenam ℥. iiij. sine alio liquore. valet in vlcere renum et scabie vesice et ardore vrine siue potetur: siue iniciatur: quoniam lenit et infrigidat et incarnat. Item vaporatio sublimis ad idem sic fiat. De coquantur herbe frigide in aqua pura: scilicet solatrum et semperuiua popul⁹ salix violaria cum viol. ro. malua: althea: vngula cabalina: capill. veneris: folia nenuphar. lactu. endiuia: portul. et melon. citrul. papauer: iusquiamus: et aliqua anodina: vt florum camomille: mellilotum: et ponatur eger nudus in vrceo bene cooperto: et ordinetur cana procedens a loco in vrceum et applicet vuluam vel virgam quanto vicinius poterit: quoniam hic vapor materias acutas resoluit: loca lesa confortat dolorem mitigat. Et potest addi fumusterre si necesse videatur: et proprie recens qui humores acutos rectificat cum virtute. Aut fomentetur particula cum pannis lineis mollibus infusis in eadem decoctione. Aut fomentetur cum latere ignito asperso ex aceto vel vino rubeo stiptico in pannis lineis inuoluto: quoniam hic vapor materias acutas reprimit et membra debilia confortat. Confert preterea vsus talis tragee qualibet die in ieiuno cum potu vini albi aquosi limphati cum aqua pura. Rx. seminum communium frigidorum maiorum mundatorum ℥. ij. seminis portulace: semis papaueris albi. ana. ℥. ß. se. iusquami. ʒ. ij. zuccari albissimi ad pondus omnium. terantur grosso modo. vel fiat ex eis puluis terendo subtiliter. vel fiat ex eis electuarium addendo cinamomi macis an. ʒ. ij. Ad idem confert hec mixtura. Rx. dragaganti zuccari vel dyapapauer. an. par. equales.

Canones.

Sciasque in cura ardoris vrine siue cura eradicatiua nihil sicut cura temporalis sine duratione perpetua: quoniam impossibile est accidens curari sine suo morbo cum ipsum sequatur sicut vmbra corpus: et sicut morb⁹ suam causam. propter quod ait Gal. xij. de inge. sani. quod triplex est genus medicorum. Primum adulantium: scilicet qui accidentibus intendunt: de quib⁹ infirmi coquerunt neglectis morbis quos non cognoscunt. Secundus sinistrorum: scilicet qui morbo et eius cause vehementer insistunt adeo vt morbum et virtutem interimant. Tertium rationabilium qui morbo et sue cause obuiant cum remediis gradatim a leuibus ad fortiora scandendo vt sic morbum deiciant et virtutem obseruant qui est principalissimus iudex in actu curatiuo: attamen nihilominus non pretereundo: et proprie difficilia que curam ad se trahunt.

Pronosticatio.

Solicitandum in cura huius doloris et sue cause statim a principio: ne forte antiquetur et corpus exiccet vigiliis atque doloribus superfluis et sic febrem ethicam accendat. Item ardor vrine sine sanie facilis est curationis: cum sanie vero difficilis.

¶ De strangurie. Caplm. iij.

Sicut experimentũ et cãte stantur preter cãs dictas in methodo sunt et cause q̃ttuor alie ꝓhibentes impregnationẽ: q̃rum p̃ma est. Modus indecẽs coeundi. verbi grã. Si mulier fuerit sup̃ius et vir inferius. vel si vir plurimũ festinet ad op⁹ ꝑficienduꝫ priusq̃ mulier incitetur ad libidinẽ et matrix ad auiditatẽ: vel si mulier iacuerit capite eleuato et coxis deꝑssis q̃re opꝫ vt eoꝝ quodlibet in cõtrariũ varietur quod est vt mulier subijciatur capite deꝑsso et hora coitus lacesset palpitationib⁹ lasciuia cũ manib⁹ circa mamillas et pudenda. Et vt vir suũ non cõpleat desiderium donec in vulua senserit humiditatem affluentẽ circa vuluã et mulierẽ delectanteꝫ. Tũc nãq; sperma ꝓpriũ effundat natib⁹ diligenter firmatis sup bancbas mulieris. Talis nãq; mod⁹ mulierẽ delectat et opus beatificat. qđ sagax prenoscens ab eterno deus vtriq; sexui delectationem atq; libidinem ingessit ne dolorem pariẽtis et laborem patiẽtis et laborem nutriẽtis horrescens opus negligeretur gignitiuũ. Fecit igitur eos delectari quãdo spma vniusciuisq; ꝓpe leue ac muliebre transit sup membrũ neruosum sensitiuũ titillosuꝫ quod in viro est caput virge et in muliere os matricis simile rostro tyrice. Et licet sperma mulieris nõ sit ad gñationem necessariũ neq; sicut efficiens: neq; sicut materia prout superius in anathomia matricis ostendim⁹. Est tamẽ vt plurimum ad gñationem iuuamentũ ferens. Secunda vero causa est indebitus modus se regendi post coitum. verbi gratia. Si mulier ilico se erexerit et steterit vel saltauerit quare cadit ab ea sperma. Ordinetur igitur vt remaneat sub eodem situ post coitum per tempus aliquod qđ diximus in coeundo et resupinata et capite depresso et natibus exaltatis. Et si possibile fuerit: obdormiat sic iacens. Et in hoc casu multum conferunt ventose late capaces posite super sumẽ cum igne sine scarificatione: quoniam adiuuant attractiuam et retentionem. Confortant similiter et emplastra calida stiptica in methodo iam dicta. Tertia causa est colli matricis et vulue spaciositas immensa quare ingreditur aer frigidus congelans. Cui subuenitur cuꝫ balneis et fomentationibus calidis et stipticis sicut est aqua decoctionis gallarum nucis cypressi gũmi arabici mirrhe ciperi masticis olibani aluminis sulphur. squinanti arthemesie calamenti et similium in qua frequenter sedeat. Et cum pecijs lineis mollibus in ea infusis calidis loca predicta fomentet intus et exterius et in fine rei ipsa cuꝫ lintheo diligenter exiccet. Ad hoc etiam cõfert suppositio lane vel coti intincti in hac mixtura. Recipe gallie musca. dragmas. iij. gariofi. ʒ. j. musci. dragmã. semis. terantur et dissoluantur in dragma vna. vini rubei põtici et aliquantulum ad ignem calefiant. Aliud ad idem fortius. ℞. gummi arabici: masticis: gallaruꝫ: aluminis: nucis cipressi ana. vnciaꝫ semis. terantur et cribellentur et bulliantur in libris quattuor vini rubei. et vncijs decem aceti donec vncie quattuor consumantur. Et ex hoc liquore frequentetur vulua abluendo vsq; ad ꝓfundũ quo digitus possit elongari. Et post ablutionẽ singulis diebus factaꝫ locus aspergatur alternatim intus et exterius cum puluere stiptico

subtilissimo facto ex bolo armenico: mastice:
gũmi arabici: mũmie: armoniaco: thure añ.
ʒ.ß. tritis ꝛ cribellatis. Et post aspsionem
epithimet cũ pãnis lineis infusis in liquore
predicto vel vino rubeo stiptico claro. Hec
nãq; remediorũ vicissitudo tantã stipticitatẽ
et coartationẽ inducit vt corrupta vel q̃ pe-
perit virgo videat. Quarta cã est hora nõ cõ-
petens coeundi. Oportet nãq; vt vir ꝛ mu-
lier abstineãt a coitu p tẽpus lõgũ: qm̃ hoc
vuluã exiccat ꝛ eius retẽtiuã roborat ꝛ spma
in testiculis decoq̃t ꝛ maturat: pp̃ter qd̃ acci
dit vt mulieres se cõmiscentes plribus nõ cõ
cipiant lubricitate vulue simul ꝛ mẽstruorũ
cõfusione phibẽte. Oportet etiã vt hora q̃
voluerint coire caueãt a tristitia ꝛ crapula ꝛ
ebrietate ꝛ ira ꝛ alia animi passione. Hora
p̃terea vniuersalis ad hoc cõuenientior ẽ post
menstruorũ purgationẽ cõpletã: quare tunc
balneet in aqua decoctiõis camomille mel-
liloti spice celtice polij fizeleos. Et post hoc
balneũ vuluã diligẽter exiccet lintheo ꝛ sub
fumiget cũ carpobalsamo vel oppoponaco
vel spica vel costo vel alio aromatico: ꝛ tũc
nubat. Hora p̃terea pticularis ad hoc cõue-
nientior est in ieiuno ꝛ circa auroras postq̃
somnꝰ ꝛ tertia digestio pfecte fuerit celebra
ta. Tunc nãq; vir ꝛ mulier vrinã ꝛ feces emit
tant ꝛ inter se cõcludant ꝛ ad actũ gñatiuũ
procedãt. Et dicũt quidã ꝙ imaginatio fi-
gure pulchre hora coitus prolẽ pulchrã red
dit ꝛ turpis turpem ꝛc. Remedia p̃terea ad
impregnationẽ facientia sunt duorũ generũ
quedã nãq; hoc faciũt a pprietate. quedã a
qualitate. Et q̃ a qualitate sunt duplicia:
qm̃ ꝛ delectationes faciunt in matrice hora
coitus ꝛ eiꝰ attractiuã excitãt vel stipticita-
tem in ea conferũt ꝛ retentiuã cõfortant: de
quibꝰ p ordinem dicamꝰ. A proprietate cõfe
rens est balsamus cortex mãdagore peonia
agnus castus viscus fizeleos ambra baucia
ameos coagulũ leporis stercus vulpis ꝛ me
dulla ossis cerui vel vituli si ante horã coitꝰ
applicent vulue quocũq; modo. Fit igitur
suppositoriũ ex ipsis hoc modo. ℞. xilobal-
sami: carpobalsami: radic. peonie: fizeleos
storacis: calamite: bistorte añ. ʒ.j. terant ꝛ cri
bellent cum oleo balsami vel cũ oleo ros. in
quo dissolutus sit muscus donec ad formas
mellis currẽtis reducat ꝛ in ea lana vel co-
tuz vehemẽter cõtortum in figurã digiti in-
fundat ꝛ supponat frequẽter ante coitum.
Trocisci ad idẽ fieri possunt ex eisdẽ quorũ
vnum mulier recipiat omni die in ieiuno cũ
vino veteri al. aromatico. Suppositorium
aliud ex eidẽ sic fit. ℞. balsami. ʒ.ß. xilobalsa
mi: carpobalsami añ. ʒ.j. terãtur ꝛ cribellent
et cõficiant cũ oleo ros. sufficiẽti in quo dis
solutus sit muscꝰ ꝛ fiant forme sicut os da-
ctili ꝛ supponãtur. Suffumigiũ fit ex carpo
balsamo spica nardi vel gallia mus. vel ali-
pta muscata: ꝛ proprie ante horam coitus
frequenter. Liquor ad idem bibitus fit ex se
mine bautie: croco. distẽperatis cum vino al
bo veteri claro. Silr ꝛ vino de corticibꝰ mã
dragore ꝛ agni casti in ieiuno. Confectio
ad idem in ieiuno fit ex radice vel semine
bautie per se vel bene coquatur in vino aro
matico cum spica ꝛ peonia ꝛ gariofil. ꝛ pi-
stentur ꝛ incorporentur cum eodem. Sup-
positorium aliud sic fiat. ℞. ameos: spice añ
partes equales. terantur ꝛ incorporent cum
medulla ossis cerui vel vituli ꝛ supponan-
tur cum lana ante horam coitus frequenter.
Et similiter coagulum leporis quando per
miscetur cum butiro cocto ꝛ supponantur
cum lana: vel stercus vulpis distemperatuz
cum oleo ros. ꝛ suppositum cum lana ante
horam coitus frequenter: quoniam hec om
nia conferunt a proprietate: vt dicit Rasis
in diuisionibus ca. presenti. A qualitate ve-
ro conferens matricem delectando et eam
excitando est cinamomum ꝛ cubebe et aro-
maticum quodcũq;. Masticentur igitur cu
bebe in ore viri ꝛ cum saliua inungatur vir-
ga tota ꝛ proprie caput: quoniam apud coi
tum fortem inducit delectationem in mulie
re. Similiter ꝛ piretrum eodem modo ma-
sticatum, sub minori tamen quantitate ꝙ
cubebe: quia faceret pruritum. Similiter et
pillule facte ex cinamomo cubebe zinzi. spi-
ca gũmi arabici ana. ʒ.j. ambre musci ana.
granum. j. tritis et incorporatis cum vino
aromatico vel aqua in qua gũmi ara. fuerit
dissolutũ. Ipse nanq; masticate in ieiuno et
inuncte super virgam hora coitus fortem in
ducunt in muliere delectationem. Idem fa-
cit oleum de lilio vel de spica in quo pul.
cubebe aut cinamomum fuerit dissolutum:
et per dies aliquot reponitur donec olea

virtutem verũ assumpserint si cum eis apud coitũ virga liniatur. A qualitate vero cõferens matricez exiccando ꝛ eius retentiuam roborando est omne calidum siccũ cum aromaticitate non mordicante: sicut sunt balnea stiptica ꝛ fomentationes quas diximus in methodo ꝛ emperica euidenter. A qualitate vero ꝛ ꝓprietate conferens atq; omniũ vltimũ est succus peonie masculi vel femelle mixtus cũ puluere seminis eiusdem. Et supponatur continue diebus quinq; post menstruorũ purgationez: et post hoc fiat coitus modo ꝛ ordine supradictis. Experimentum completũ est vt mulier purget ante tempus menstruorũ cũ apozimate qd. R. mirabolanorum indorꝫ: kebulorum: emblicorũ añ. ʒ. vná. ros. rub. ʒ. ß. decoquant omnia in lib. tribus aque donec medietas consumat: tũc colletur ꝛ in collatura addatur zuccari ros. ʒ. j. detur totum ante diẽ cũ reiteratione dupla vel trina ante purgationẽ menstruorꝫ. Balneetur mulier quinq; diebus vel sex in aq̃s stipticis: sicut est aqua decoctionis ros. balaustiarum: gallarũ: mirtillorꝫ: peonie. ꝛ similiũ. ꝛ hora qualibet post balneũ exiccet vulua cum lintheo. Et supponat lana infusa in balsamo in quo dissolutus sit succus peonie vel puluis seminis peonie. vel in oleo ro. in quo dissoluta sint grana. xij. musci. ꝛ grana. xij. ambre. vel supponat aliud ex p̃dictis. Et sumat per superius omni die in ieiuno per mẽsem integrũ vnũ ex trociscis supradictis. vel sumat. ʒ. ij. pulueris facti ex semine fizeleos et ameos añ. par. equales. Et post hec omnia coeat hora cõpetẽti ꝛ modo ꝛ ordine supradictis ꝛ cõcipiet si per artez fuerit possibile quocunq; modo et filium generabit.

Canones.

Remedia localia in empiricis iã dicta meliꝰ operant si post menstruorꝫ purgationẽ cõpletã exhibeant quattuor vel quinq; diebus primis: qm̃ tũc natura corpus mundauit ꝛ ad opus naturale ꝓparauit: lꝫ oĩ alio tp̃e videatur aliqualr̃ cõferre. Affirmat Ras. in diuisionibus q; mala cõplexio hũida spermatis vel sicca nõ põt ꝓhibere generationem nisi parem inueniat in mẽstruo mulieris: tũc eñi fortis fit atq; vltimata eius malitia: ꝓpter qd̃ ait Gale. in cõmento illius amph. ij. parti. Quibuscũq; iuuenibus existẽtibus ꝛc. Affert etiã eodẽ libro cap. de sterilitate. q; generatio ꝓhibetur in viris ꝛ mulieribus absq; aliqua causarꝫ huiusq; dictarũ p̃mo ex ꝓprietate q̃ est in spermate vel menstruo: sicut est dispositio arboris nõ fructificãtis. Ubi sciẽdũ q; ꝓprietas siue forma specifica est duorꝫ generũ: vt docet Auic. j. cañ. fen. ij. ca. de eo qd̃ comedit ꝛ bibit. Est eñi in quibusdã forma substantialis vt in quibꝰ operatio ab ipsa proueniens oĩbus inest indiuiduis. verbi grã. Ois adamas attrahit ferrũ: ꝛ oĩs mula est sterilis. Nullũ nãq; accidẽs inest oĩbus indiuiduis nisi ꝓpria passio: q: accidẽtia cõmunia materiã cõsequunt: ꝓpria vo formã. In quibusdã vo ꝓprietas est forma accidentalis: vt pore in quibus operatio ex ipsis proueniens q̃busdã inest sue spẽi: q̃busdã vero non.

Pronosticatio.

Sterilitas nõ recipit curationẽ qñ ꝓprietatis: nõ hꝫ contrariũ. Itẽ si difficultas impregnationis fuerit ꝓpter verrucã vel apã durã vl' cancrũ in matrice nõ curat: q: causa remoueri nõ põt. Itẽ si fuerit ꝓpter fluxũ mẽstruorũ assiduũ vel retẽtionẽ curat faciliter. Itẽ si sperma viri fuerit ꝓiectũ in aqua clara et natet nõ fructificabit filr̃ si liquescat. Itez si vulua fuerit semp humida lubrica vnctuosa difficiliter cõcipit ꝛ faciliter abortit: ideo caueat a statione multa ꝛ a saltu ꝛ a cibis vnctuosis. Itẽ si matrix fuerit densa compacta nõ cõcipit. Itẽ si frigida ꝛ nimis rara nõ cõcipit. Itẽ i eodẽ si nõ accepit invtero ꝛ velis scire si cõcipere possit: conteges eã vestimentis: fumiga deorsum cũ aromaticis: ꝛ si quidẽ transierit odor per corpus ad os ꝛ nares cognosce qm̃ p se nõ generat. Itẽ dicũt alij q; si vterq; cõiugũ minxerit sup lactucã recentem ex illo fit sterilitas cuius vrina exiccauerit lactucã: q: in ipa est mala cõplexio.

¶ De impedientibus impgnationem et facientibus abortum. Caplꝫ. iiij.

Istud caplm̃ lꝫ repugnet oĩ legi est m̃ necessariũ ꝛ vtile. Mulier nãq; si añ tp̃s pubertatis conceperit vl' debilitata fuerit vl' gracilis vl' viro nõ ꝓportionata aut abortiet: aut hora partus succũbet ꝛ morieẽ cum fetu.

Methodus.

Illud phibet erectio mulier[z] p⁹ coitum velociter ⁊ saltus eius ad posteriora frequens ⁊ fortis cruribus dispassis: ⁊ descensus a gradibus velox donec in vuluã descenderit hũiditas. Et exaltatio capitis hora capitis cũ depssione coxarũ: ⁊ vir festinet in coitu ⁊ ancbas eleuet hora illa priusq̃ mulier spermatiset. Cõferunt p̃terea bibita et suppositoria qd̃ est: qꝛ si mulier ante coitũ assiduet per dies plurimos in ieiuno sumere ex semine sauine vel iuniperi vel rutbe vel sinapis vel piperis vel ceparũ vel alteri⁹ acuti donec odor sentiat in vrina nõ concipiet: et si conceperit: abortiet. Silr̃ si ante coitũ et post supponat oleũ de iunipero vel de salice vl' laterinũ vel laurinũ vel de salice vl' fel vaccinũ vel succũ rutbe vel absin: ℞. vel sauine vel iuniperi vel salicis cũ lana vel coto in fusis in aliquo eoꝝ ⁊ in vuluã bene ꝓfundato. Silr̃ etiã ꝓfert hora illa supponere aquã decoctionis azari vl' colloquintid. rubee tinctorum aloes scolopendrie tamarasci omniũ simul vel quorundã. Confert p̃terea suffumigatio post coitũ immediate ex mirrba serapino nuce cipressi posito q̃ntum eoꝝ sup carbones: ⁊ recepto fumo calidissimo per tratectoriũ intra ꝓfundũ vulue donec senserit lesionẽ. Silr̃ ⁊ impositis salis gẽme vel nitri vel aluminis tameni factis ex eis formis oblongis tanq̃ digitorũ. Confert etiaꝫ oĩ die in ieiuno potare per dies plurimos añ coitũ succũ rutbe vel iuniperi vel sauine vel salicis vel aquã decoctionis azari apij rad. leuistici sauine yreos granoꝝ iuniperi rub. tinctorum ⁊ similiũ. vel aquã salitã plurimam. Valet etiam si vir vnxerit apud coitũ virgaꝫ totam: ⁊ ꝓprie caput eius ex succo iuniperi vel rutbe vel ex aliquo predictorum: ⁊ cum eis dirigat virgam infra vuluam.

Emperica.

Electuarium sublime quo si militer vtatur oĩ die in ieiuno per mẽsem vnũ ante coitũ ⁊ nõ cõcipiet vel abortiet scd̃o mense vel tertio. ℞. granoꝝ iuniperi granoꝝ sauine piperis nigri añ. ʒ. j. rutbe sicce pullegij mẽtastri sicci añ. ʒ. ß. acori azari scolopendrie tamarisci rub. tinctorum ana. ʒ. ij. apij carui yreos añ. ʒ. j. terant oĩa ⁊ cõficiant cũ succo caricarũ coctarũ et expressarũ vel cũ melle: detur ex eis admodũ aueliane cũ vino decoctionis saluie vel alio liquoꝝ supradictoꝝ. Pillule ad idẽ. ℞. mirrbe piperis piretri aristologie rotunde semis cicute cẽtauree añ. ptes equales. Informent pillule sicut cicer cum succo prassij vel mentastri: ⁊ dent omĩ die tres vel quinq̃ in ieiuno. Sciendũ p̃terea q̃ lꝫ oĩa remedia dicta sint fortiora ⁊ in arte hũana cõpleta. Cautius tñ est cũ talibus nõ coire vel in eas spma nõ ꝓijcere q̃ p̃textu taliũ periculũ incurrere. Qꝛ nõ est possibile aliqd̃ spma tãte virtutis reperiri vt a nullo predictorum valeat impediri adeo: vt est sperma ꝓiectũ in balneũ aque dulcis tepide a malis hoĩbus repertũ sic mulierẽ impregnasse q̃ sedebat ĩ eo: vt dĩ. Auer. ij. colliget. qm̃ a ꝓprietate matrix attrabit sperma cui difficile est repugnare.

Canones.

Omne calidum acutũ mordicatiuũ cõfert in h̃ casu qualitercũq̃ fuerit applicatũ: qm̃ sanguinem amaricat menstrualẽ ⁊ vere odiosũ reddit ⁊ eius opationib⁹ displicentẽ si p interi⁹ sumat ⁊ spma genitiuũ inficit si p inferius ponat. Sciẽdũ etiã q̃ ista quattuor vrine ꝓuocatio menstruoꝝ inductio nõ differunt nisi ſm magis ⁊ minus ordine iam locato. Ideo dicta in capl'o cuiuslibet eorum subseruiunt cuilꝫ ipsoꝝ. Nõmia etiã fortis post cõceptionem: ⁊ proprie de sapbena pedis vel de basilica facit aborsum. Farmacia similiter fortis ⁊ acuta primo ⁊ secundo vel viij. vel. ix. mense exbibita abortire facit.

Pronosticatio.

Dicit Ipoc. v. pti. ampb. Mulieri in vtero babẽti ab aliqua acutarũ egritudinũ accipi mortale vt plurimũ ⁊ ꝓprie si fe. fit fortis aliter ſo minime. Idem in eodem. Mulieri in vtero babẽti si multũ venter fluat suspitio est abortiendi qd̃ intellige de quolibꝫ fluxu forti ⁊ proprie in corpore sicco. Item mulieri in vtero babenti si subito mamille graciles fiant: abortit. Item mulieri in vtero babenti si altera mamilla gracilis fuerit geminos babenti alterum abortit. Et si qui/

dem dextra gracilis fiat masculum: si vero sinistra: fiat feminam. Ibidem quecunq corpus moderate hntes abortiunt scdo mese iis cotilidones muscillaginib' plene sunt et no pnt tenere p gravedine fetu sed abrupunt. Ite mulieri in utero hnti tenasmon innatus abortus facit. Ite ide in eode. Mulieri i utero hnti lac ex mamillis multu flues fetus significat debile. Si vo ubera dura fuerint sanu signat fetu. Item mulieri in utero hnti si purgatioes exeat impossibile e fetu ee sanus qd vm intellige trib' salvis coditioib'. Prima qrus ut flux' menstruor fit plim'. Scda ut mulier sit gracilis macra no robusta. Tertia ut sit post tertiu mesem: qm pmo et scdo mese pnt adbuc mestrua piodice fluere: qm fetus puus exns adbuc modico indiget nutrimeto. Mulier naq pterea q semel passa est abortus et pprie difficile timorosus. scdo vo q si cocepit ex oi levi ca denuo abortit velut sunt saltus vociferatio aut frequens statio. Similiter et usus ciborum lubricorum.

¶ De facilitantibus ptum et educentibus secundinam. Caplm. v.

Resident fet' in mrice cruribus attractis vsus umbilicu et facie velata manib' suis qsi figura sphere copresse ita ut caput erectu habeat vs' caput mulieris et facie ad anteriora mulieris. Extat aut trib' paniculis involut' quor pmus est totu fetu et alios duos paniculos ivolues ad defendedus a supfluitatib' pessimis sanguinis mestrui q neq p materia gnationis neq augmetatiois neq nutritiois apte fuerint: sed states inter matrice et paniculum expurgant hora ptus fet' simul cum fetu. Et hic paniculis dr scdina: qm est necesse ut apd hora pt' scindat et exitu fet' assequat. Scds vo panicul' est velame fetus coopies ab umbilico ifra quo urina colligit et usq ad hora ptus retinetur ne sui nitrositate corroderet embrione et noiatur hilis. neq indiguit paniculo cogregate feces: qm fet' qdiu stat in alvo vetris no nutrit cibo solu digo in stoacho mris: imo sola digone scda vel tertia preparato q est epatis et venar: et hec fit p venas umbilicale orta ab umbilico fetus et transeu te p scdina ad circuferentia mricis oms qq ubi rami cu ramis venar ab epate mulier procedentiu hnt orificia colligata qbus sanguine purissimu ab epate mulier ad epar embrionis cursu recto traducut: vm et si super fluitates pme digonis aliq cogregent in embrione ipse tn sunt modice et cu digerunt industria nature ad intestina embrionis delegant ut ex ipsis assuefiat. Et p hoc accidit ut fetus qnq illico post ptum feces egerat liqdas citrinas. Terti' aut panicul' q altus dr est pte embrionis sup umbilicu curtu volues mollis atq tenuis: ut mebra fet' fragilia no oppmat sed a duritie scdine defendat et ne sudores sordidi imbibat embrione: appropinqnte vo hora ptus et pfecto embrione sentit ex ipso matrix dolore gravatiuu ordine nature regetis qre ipm obvolvit: ita ut caput ad os matricis decidat et pedes embrionis ad dorsum mulieris pvertatur: qm hic e modus levior fetum educendi: scs capite primo ad exteriora propulso et omnis alter difficilis est in necessitate.

Methodus.

Hanc igit pariedi hora cum mulier ex .xl. septimanaru numero noverit ptus vicinari intret omi die aliquoties an horas partus p meses integru balneu aque dulcis vel in q decocta sint mollificativa: sicut sunt malue viole et althea: non tn plonget in eo sessio. Iste naq mesis est tepus pariedi fm suam totalitatem: qm in ipso est embrio copletus: pprie tame circa fine. Et semp cum balneum exierit ungat spodiles dorsi atq ventrem totu ex oleo nardino vel camomillino vel de lilio. Et nutriat hora illa cibis mollibus: sicut sunt pultes sorbiles et iura piguia Cum aut hora partus ia advenerit no multiplicet revolutiones de latere sup latus: s; sup lecto sedes extendat pedes suos: deinde erigatur subito aliquoties sup eos. Et tunc humectetur os matricis oiquaq ex oleis tepidis predictis vel ex adipe anatis anseris et galline vel ex muscillagi. fenugre. se. lini. althee: quonia oia ista dolorem rupture mitigant leniendo. Et si difficilis fuerit scissionis secundina scindat ea obstetrix unguib' suis aut cutello parvo. Et si part' sit difficilis propter virtutis expulsive debilitate vel embrionis grossitiem lacerantem anum: ut anus et vulva efficiantur una via: dentur

in potu. R. de mirrba cu aq decoc. rutbe iunipi et sauine quos diximus de restrictione menstruorum ca. de empicis. Et si virtus sit debilis ex dolore detur in potu gallie mus. vs. par. tertie illius dissolutorum in vino aromatico vna vice post aliam. Uel detur aqua carnis vel vinum purum prout maxime delectatur. Et suffumigetur cum mirrba apposita vel castoreo recipiendo fumum cum trafectorio in profundum vulue quanto calidiorem poterit sufferre. Et fiat sternutatio cum condisi vel piper vel euforbio: quoniam statim eiciet fetum et secundinam. Si vero fetus mortuus ex strictura vel a principio mortuus fuerit: quod cognosces: quia mulier non sentit eius motum: et dum reuoluitur a latere super latus sentit quasi casum lapidis de loco ad locum: tunc fortioribus indigemus: quoniam non solum virtus expulsiua que est in matrice verumetiam leuitas embrionis viui partum facilem efficit: ... detur in potu trocis. de gummis positis ibidem et suffumigetur mulier ex eis. Ipsi namque statim fetum eiciunt viuum et mortuum et expellunt secundinam. Et sedeat mulier quasi continue postquam fetum nouerit mortuum in aqua decoc. mentastri sauine rutbe calamenti.

Emperica.

Dicit Auicen. iij. canon. fen xxi. de eductione fetus et secundine, quod suffumigium fetidum ad os et nares exhibitum: aromaticum vero apud vuluam a proprietate matricem deorsum trahunt et fetum educunt: preter solum vngulas asinorum quorum licet fumus sit fetidus a proprietate habet vt vulue applicatus fetum extrahat et secundinam quare confert suffocationi matricis. Item dicit Ras. in diuisionibus presenti ca. quod radix butbormarten. i. ciclaminis a proprietate partum efficit facilem si sicca ligetur hora partus super coxam mulieris. Sed dicunt alij quod si talo appendatur hora coitus prohibet conceptionem: quoniam matricem ad se trahit omnino quaque. Item si post partum fiat exuberans sang. emorrosaia restringatur: vt docuimus de fluxu menstruorum. Si vero menstruum retineretur vel diminute purgaretur tunc prouocetur: vt suo docuimus ca. Si vero dolor fortificaretur: detur in potu vicibus pluribus ʒ. ij. trifere magne cum vino calido vel aqua decoctionis athanasie. Et ex ea fomentetur vulua cum lana vel coto imbibito frequenter. Quod si non suffecerit narcoticon donabis: sicut trifera magna data cum aqua decoc. mandragore vel iusquiamine forte dolor prosternat virtutem.

Canones

Omnia prouocantia fluxum menstruorum cum fortitudine conferentia sunt presenti ca. quoniam virtutem retentiuam debilitant et expulsiuam confortant in matrice.

Pronosticatio.

Dicit Ypo. v. par. amphor. Mulieri que a matrice molestatur aut difficulter generanti sternutatio superueniens bonum siue per se: siue per artem. Apostema accidens in matrice tempore impregnationis est mortale. Si manus vel pes primo exierit vuluam malum. Oportet enim in partu salubri caput embrionis vt primo egrediatur vel manus ambe super caput extense: quare cum obstetrix situm eius euersum cognouerit: manibus vtrisque proposse transformet. Item si retineatur secundina post partum neque per se: neque per artem exierit: vel si partus vltra .xl. septimanas se tardauerit: fiet vt plurimum mortale. Item si menstruum retentum fuerit vel diminute purgatum ydropisim vel mollam vel suffocationem matricis inducit. Item si san. fluxus vlterius fuerit: neque restringi possit mortale. Item si dolor rupture in cbo. vel fuerit mortale. Item partus est difficilior in fetu mortuo: propter quod in aborsu est difficilior omnibus cum in eo neque matrix: neque fetus: neque tempus regulariter operantur. Item dicit Auic. iij. can. ca. de generatione embrionis. quod si partus fuerit in mense septimo possibile est fetum saluari in esse viuo. Si vero in mense octauo necesse est vt moriatur. quod est: quia sicut inter dies sunt dies septem et nouem cretici et beniuoli: dies vero sex et octo perniciosi. Similiter et in mensibus reperitur: quod totum fuit ex influentia corporum supercelestium: vt patet. iij. de creticis diebus. et proprie planetarum.

¶ De exitu matricis vel vmbilici. Caplm. vi.

Accidit quandoque in mulieribus vt earum matrix inferiora petat adeo: vt extra vuluam pendeat euidenter. similiter et vmbilicus et proprie post partum: quoniam a concauo matricis originatur. Fit ex aliqua quattuor causarum. Prima est vt apostema in matrice. Et signa eius atque curam dicemus suo cap. Secunda est partus la

cerāsvuluā:ita vt qñcꝫ an⁹ ⁊ vulua ꝯiūgant ⁊ debilitāt matricēꝫ. Tertia est mollificatio matricis ⁊ ligamētoꝝ atcꝫ carniū ei⁹ ex mala cōplexiōe frigida humida ꝓueniēs. Quarta vero est cā primitiua: scꝫ casus ⁊ ꝑcussio sup dorsi spōdiles aut sumē. Silr̄ ⁊ coit⁹ cuꝫ viro cu⁹ virga grossa ⁊ lōga ledēs fuit. Et hic exitus a q̄busdā appellat⁹ est ꝑcipitatio matricis. Signa ei⁹ patent ex re ipsa atcꝫ infirmi relatione super causa.

Methodus.

Cura eius eadē cōis ē ad oēs cās q̄ est vt a ꝑncipio si necesse fuerit ⁊ ꝓpꝛie in cā humorali digeratur ⁊ purget flegma: put docuim⁹ ca. de fluxu mēstruoꝝ. Et ꝯfert ad hoc benedicta laxatiua: post h̄ vo balneet ⁊ vaporet ⁊ fomētetur ex aq̄s calidis stipticis q̄lis est aq̄ cisterne q̄ sic fit ḃm Raſ. ℞. nucis cipssi costi spice celtice spice nardi mirrhe ro. mēte balaustie corticū granatoꝝ cupulloꝝ glādiū sorbaꝝ pꝛunoꝝ imaturoꝝ si ip̄s fuerit añ. li. ſ. ꝯtrita grosso mō ⁊ cōquassent ⁊ bulliātur in aq̄ pluuiali sufficiēti ⁊ fiat encatisma .i. balneuꝫ ab vmbilico īfra in aq̄ calida: ⁊ cū exierit vuluā diligēter exiccet cū pāno albo lineo molli. Et ſpgat super eā puluerē cribellatū. ℞. olibani gallaꝝ balaustiaꝝ antimonij acatie aluminis nucis cipressi añ. p. eq̄. Et si volueris: adde boli ar. mūmie cupullaꝝ glādiū ceruse masticis dragagāti añ. q̄tū ex ꝑdictis. ⁊ cū pānis calidis firmiter fasciet. Si vo matrix egressa fuerit reducat p̄mo manib⁹ calidis ad īteriora. Et si ꝓpter durititiē nō itroierit: mollificet cum vino aromatico tepido in quo butirū fuerit dissolutū. Deinde reducat ⁊ ponātur ventose due sicce sup duo inguina. Et iaceat mulier capite depsso ⁊ hāchis exaltatis p dies plurimos. Et emplet loc⁹ cū puluere iaꝫ dicto donec ꝯfirmet. Et si laceratū fuerit ip̄ꝫ pytoneon q̄d est iter anū ⁊ vuluā suat cū filo sericeo forti q̄tuor vel q̄ncꝫ foramib⁹ vt opoꝛtet. Si vo vmbilic⁹ solus exierit post ptuꝫ sumat tēta gracilis dura ⁊ īuoluat pān⁹ line⁹ mollis sup ipsaꝫ: ⁊ accipiatur. pul. cribellat⁹ thuris: ⁊ ꝯficiat cū albumine oui in moduꝫ mellis currētis ⁊ impleat ex eo vmbilic⁹ interius ⁊ liniatur exterius: ⁊ sic intromittatur. Valet etiaꝫ ad hoc puluis supradictus: in alijs fiat sicut ptius.

Emperica.

Cōiter operātes ꝑter ꝑdicta faciūt suffumigia aromatica sup⁹ ex thimo mac. gallia mus. alipta muscata ⁊ filijbus. Fetida vo p inferi⁹ ex assafe. pice liq̄da capillis capitis fimo ⁊ ſilib⁹. Qm̄ a ꝓprietate matrix ꝓsequit odorifera ⁊ fugit horribilia: ꝑter q̄ suffumigiū ex vngulis asinoꝝ cui⁹ est sp̄alis ꝓpꝛietas mricēꝫ ad se trahere ⁊ fetuꝫ mortuū educere: ī fit de marie feretibus vt dicit Aui. iij. can. fen. xxi. ca. de eductione fet⁹ vel secūdine. In q̄b⁹ etiā ⁊ ꝓpꝛie carnosi faciūt ēcatisma ex aq̄ frigida sine mora: q̄m ⁊ si frigida noceant matrici ⁊ ano ⁊ oib⁹ neruosis ꝑiculis: breuis tn̄ in eo mora pl⁹ est iuuamēti p antipistasim ꝯstringendo q̄ nocumēti p se alterādo: queadmodū in tetano. Itē ordinent dietā stipticā ex carnib⁹ laudabilib⁹ assis ⁊ piris coctaṅ. ⁊ ouis aſſ. ⁊ torterlis ⁊ etiā ex vino ru. pontico in cā frigidā vel cū aq̄ extinctiōis calibis vel lapid. igniti in cā cal'a ⁊ regimē subtiliet. vnguētū stipticuꝫ sic fiat. ℞. mūmie. balau. alu. nucis cipssi boli ar. thuris litbar. galbani bdellij sarcocolle masticis san. dra. añ. ʒ. ij. terant ⁊ dissoluātur oīa ad ignē in casola cū oleo ro. vel mirtino ⁊ cera sufficiēti ⁊ icorporētur ꝑfecte. Et pōt addi cerusa si dolor fuerit fortis.

Canones.

Qm̄ anus ⁊ vulua ex natura sua sunt frigida ⁊ orificia venarū expulsioṅ. p naturā ad op⁹ hoc fabricata q̄ est dicta de exitu ani ꝑsenti cap. subtil'r suffragat. Silr̄ ⁊ cuꝫ vtercꝫ exit⁹ fit p essentiā mollificatuꝫ necesse videt vt cura paralisis conferat iuuamentum.

Pronosticatio

Est eadē cū ꝓnosticatione exitus ani.

¶ De signis impregnationis ⁊ sexus fetus. Capitulum. vij.

Signa impgnatiōis certa put est possibile ī arte hūana sunt octo: vt dicūt raſ. ⁊ aui. c. isto. Primū ē vehemēs adherētia vulue sup virgā ⁊ ei⁹ corrugatio apud coitū gignitiuū. Scōm est siccitas vulue post talē coituꝫ maior debito ⁊ solutoꝛia q̄ nō in ea repit humi

ditas: quēadmoduꝫ accidit labijs oris ⁊ lin/
gue post cibū comestū in fame plīma. Et si
iiij. vel. v. añcessit purgatio regularis atq; cō
pleta: ꝑior erit tua significatio: qm̄ tal' purga
tio disponit plīmū ad ꝯceptionē. Tertiū est
ꝙ accidit mulieri pigritia ⁊ tarditas ⁊ decli/
natio ad somnū lōgū. Quartū est vt si qd mi/
sit in vuluā repit os mr̄icis adeo ꝯstrictuꝫ: vt
neq; stil' ingredi posset sine lesione: vt dicit
gal. in de ꝟtutib' naturalib'. Quintū est qm̄
post dies aliquot ⁊ ꝑprie post duos mēses vl'
circa id retinent̄ mēstrua ⁊ icipiūt mamille
igrossari ⁊ papille eaꝝ denigrari: lꝫ retētio
mēstruoꝝ qbusdā accidat statim a pncipio ⁊
ꝑprie mulierib' siccis ⁊ sanguineis. Sextuꝫ
est ꝙ post duos mēses vel tres aduenit appe
tit' corrupt' ⁊ nausea. Septimū est qm̄ post
mēses illos fit scoob ⁊ pān' in facie q est colo
ris mutatio quēadmodū a sole vel igne. Oc/
tauū est vrina subtilis ꝑpter viarū opillatio
nē alba aquosa in mulierib' frigidis ⁊ ꝑprie
in ꝑcessu ꝯceptōis in sūmitate cui' est nebu
la ⁊ est ei' liquor diuersi coloris sicut yris in
medio ei' ⁊ sicut cotū carminatū ⁊ cū cōmo/
uet̄: turbat̄ minime: sed q̄to magis ꝑcesse/
rit impgnatio magis rubescūt ⁊ turbantur.
Et est qñq; cū in vrinis pgnātiū appebūt q
dā granula ascēdētia ⁊ descēdētia alba gra/
cilia sicut athomi: vt dicit Aui. cañ. fen. scda
ca. de signis impgnatiōis ex vrina. Et pma
qdē signa q̄tuor sunt ꝑpria certa atq; effica
cia q nō faciūt errare cū sil' fuerit: reliq ꝟo du
bia sunt oia ⁊ ꝑbabilia. Signa fet' masculi
sunt: vt dicit bonitas coloris in facie mulier̄
iuxta debitū vel solitū ⁊ puitas appetit' coi
tus lꝫ oi mulieri accidat ardor ⁊ prurit' titil
losus in vuluā post impgnationē ex calidita
te fet' ⁊ siccitate vulue qd impiti dicunt desi
deriū fil' ⁊ igrossatio mamille dextre āplior
⁊ papille eiusdē rubificatio ⁊ sensatio graui
tatis in latere dextro: ⁊ oculoꝝ rubor ⁊ leui/
tas ad motū. Signa fet' feminini sunt signa
ꝯria q sunt pān' faciei plim' vl' color pallid'
seu plūbe' ⁊ appetitus ad coitū ⁊ iflatio ma
mille sinistre āplior cū denigratione papille
sue ⁊ multitudo desiderioꝝ maloꝝ ⁊ fastidij
⁊ grauitatis in latere sinistro ⁊ flux' sanguis
ex nare sinistra ⁊ plūbeitas oculoꝝ cū pigri
tia ad motuꝫ. Signa gemelloꝝ sunt cōplica
tio signoꝝ oim cū ꝑmixtione granoꝝ.

Emperica.

Si mulieri dē
tur ad potan/
dū sero post cenā cū vadit dormitū. ℥. ij. ydro
mellis cū. ℥. ij. aq̄ pluuial' ⁊ senserit p noctē
torsionē circa ventrē ⁊ ꝑprie īfra vmbilicum
tūc ꝯcepit. Et opꝫ vt ydromel ꝯficiat̄ ex p.
viij. aq̄ dulcis ⁊ par. mellis crudi mixtis neq;
bullitis: vt dicit gal'. Istud tn̄ itellige saluis
trib' ꝯditōib'. Prima ne sit apa in itestinis
vel vic' vl' humor acut'. scda ꝟo ne sit venter
cōstipat' ⁊ stercore plen'. tertia ne mulier ex
ercitata fuerit p diē sed tpate viuēs: tūc nāq;
somn' ⁊ qes pdictā ventositatem eleuabūt a
ciboꝝ multitudine ⁊ mellis cruditate ⁊ veri/
ficat ibidem cōmentator.

Canones.

Affirmat gal'. in
cōmēto illi' am/
pho. v. p. mulier
si q des masculū qd nullū singulare signoꝝ p/
dictoꝝ est oi quaq; certū. Pōt nāq; splē mu
lieris eē calid' magis q̄ epar q est ⁊c. Cōclu
dit̄ ergo ꝙ hec signa p certis nō sunt hn̄da sꝫ
soli deo est certū signū notū: qre medicus in
hmōi retineat suū ꝑsagiuꝫ donec signoꝝ cer
titudo cū multitudine clarescat. ¶ Sciēduꝫ
pterea ꝙ gemelloꝝ cōceptio fit hora vna: vt
plimuꝫ coit apud coitū: in quo spmatis for/
titudo ⁊ multitudo gradatiꝫ impellit̄ ad ma
tricē ꝫ velut bucella inglutit̄ post bucellā: ⁊ p
prie cū recipit̄ i cellulis diuersis in qb' abun
dātiā repit mēstrui sanguis attrahēdi. raro
aūt p supimpgnationē fieri ē possibile a pri
ma die ꝯceptiōis vsq; ad dieꝫ. lx. ad pl' qre ⁊
talis fiet ipsoꝝ exit' apud priuꝫ si alteruꝫ ipo
rū nō acciderit orbari. Gemelloꝝ aūt multi
plicatio septimuꝫ numeꝝ nō trāscendit: qm̄
⁊ pl'es nō repiuntur cellule seu interceptio/
nes matricis notabilr̄ distincte quarum tres
sunt in latere dextro: ⁊ tres in sinistro: vna ꝟo
in medio. verūtn̄ lꝫ homo sit aīal poligonuꝫ:
est tn̄ vt plurimuꝫ vnum fetū generās ex no
bilitate sue cōplonis. qñq; ꝟo. ij. vel. iij. pre/
ter ꝙ orbent̄. ꝙ si hunc numeruꝫ transcendit
per parum est quin oēs vel plures orbentur
vel moriantur.

Pronosticatio.

Huius capl'i est pnosticatio cap. de aborsu.

¶ De molla ⁊ inflatione matricis. Ca. viij.

Accidit quandoque mulieribus post retentionem menstruorum plurimam vel aggregationem spermatis et castitatem longam: vt ipsarum ventres magnificentur et surgant dispositiones omnes que sunt in pregnante. Et siquidem hoc fuerit a materia humorali mola dicitur. Si vero ventosa nuncupatur inflatio matricis: signa eius sunt signa discernentia inter ipsam et impregnationem que sunt: quoniam in hac passione est magnificentia ventris cum mollificatione mamillarum: et quoniam post menses quatuor non sentitur motus embrionis omnino vel si sentit quasi casum lapidem se de latere super latus: et quoniam ventris grauitas est in directo suminis magis quam apud aliquod laterum quorum omnium contraria dispositio reperitur in pregnante. Tertius signum est ex post appentibus: vt quia post menses nouem non parit sed remanet sicut est: vel si parit: parit post laborem plurimum frustum carnis diuersissimum cui non est forma generationis ex coagulatione vehementi materiarum predictarum: vel forte emittitur sanguis niger grossus vel ventositatum quantitas immensa et tunc residet venter et sanatur.

Methodus. Cura eius est cura retentionis menstruorum quam diximus: et si non suffecerit gradatim perueniatur ad illa que prouocant aborsum que etiam iam diximus ca. proprio supra. quoniam hec passio sanatur non nisi calidis acutis subtiliantibus et penetrantibus cum prouocatione. et si materia ventosa cognoscatur ex loci motione et sonorum raucorum multitudine ministrentur per interius et exterius carminatiua dicta. c. de coli. c. de colica ventosa etc.

Emperica. Accidit plerumque quod molla post mulieris sanguinee coitum cum viro frigidi spermatis quare attrahitur sanguis menstruus plurimus ad locum generationis et in rem duram carnosam condensatur: propter quod a spermate valeat regulari. Et sic deficit virtus informatiua spermatis eiusdem: et apud horam partus vel prius egreditur fetus orbatus. Accidit preterea mulieribus frigidis frequenter inflatio matricis post partum dura inflata sicut prius: nisi cum emplastris et vaporationibus succurratur que fiunt ex ruta origano sinapi nigella cimino saluia serpillo et similibus.

Canones. In cura huius passionis oportet vt obseruetur ordo. primo namque exhibeatur calida subtiliatiua per superius in potu. Post dies xv. xiiij. vel circa id applicetur calida mollificatiua in emplastris. Deinde post dies. iiij. vel circa id flomia de saphena pedis si corpus sit carnosum et exhibeantur acuta prouocatiua per inferius et hec omnia scripsimus ca. de restrictione menstruorum. Et si predicta omnia non suffecerint: balneetur mulier diebus pluribus ab vmbilico infra in aqua decoctionis malue altee e fenugreci rute sauine iuniperi mentastri nasturcij. et ante introitum balnei per duas horas detur. ʒ. ex trociscis de mirrha vel de gummis quos diximus ca. eodem. C. de empicis. vel pul. dict. ibidem cum vino albo veteri amaro et egredietur quod intus est si deus voluerit.

Pronosticatio.

Molla si antiquata fuerit vel post remediorum rationabilium administrationem non exierit materiam grossam difficilem portendit. Molla preterea si antiquatur idropisim asclitem inducit mortalem. Post mollam preterea rarum est vt mulier impregnetur: quod si conceperit vel aborsum vel morbidum fetum parit propter debilitatem matricis vehementem. Molla difficilioris est curationis quam inflatio: verumtamen inflatio si perduret curam non recipit sed remanet per totam vitam. quod si ipsius malitia vltimetur ydropisim inducit tympanistem tiozosam.

De precocatione matricis. Cap. ix.

Accidit quandoque mulieri post retentionem menstruorum diuturnam vel abstinentiam a coitu et proprie si fuerit multi sanguinis et spermatis et mulier consueta vt eius matrix gustaret et lesionem percipiens secundum quodam naturali quorum omne membrum spermaticum siue carnis forme sentit sibi nociua. Et si plerumque sensu careat animali: vt patet in pulmone cerebro et epate et renibus atque splene quorum quedam substantia non sentit sed nisi mediantibus paniculis eorum corpulentiam inuoluentibus. similiter neque adeps: neque pinguedo: neque aliquod membrum carniforme sentit sensu animali. Matrix autem cum sit membrum neruosum vtrarum sensationum predictarum nocumentum percipiens in se constringitur et cum materias per deorsum expellere nequeat opillatione prohibente conatur sursum eijcere quare sentit mulier quedam eleuari a sumine ventris vsque ad os stomachi comprimitur dyafragma et prohibetur anhelitus et fit sin

copis et cadit q̄si mortua. et tūc nō sentit̄ ei⁹ pulsus: neq̄ anhelit⁹ vel difficile pcipit̄ coto subtili narib⁹ applicato. Et q̄nq̄ suffocatur et morit̄. et q̄nq̄ sanat̄ post laborē et desperationē: et hāc passionē vocam⁹ matricis pfocationē. Signa ei⁹ sunt signa epilepsie pter q̄ mulieri nō deficit rō sua: neq̄ egredit̄ spuma ex ore sicut i epilepsia s̄m accidit hec passio subito et cōtorquent̄ mēbra sicut in epilepsia Et oīa signa distinctiua passionū q̄bus priuatur corp⁹ sensu et motu. iā dixim⁹ ca. d̄ epilepsia. Et significatio est quā rōne astātiū pcipies: sc̄ q̄n āncessit retētio mēstruorū difficilis vł abstinētia a coitu p⁹ ɔ̄siderīū itēsū

Methodus.

Cura eius est duplex. vna est hora poxisimi q̄ est vt fricētur plāte pedū vehemēter cū sale et aceto acutissimo et ligētur cope ligatura forti. Et fricent̄ labia vulue vehemēter cū digito vel candela noua hn̄te figurā vulue iuoluto pāno lineo imbibito i oleo nardino: vł de lilio in quo dissoluta sint tria grana musci vł ambre vel in oleo balsami et pfundantur he fricatiōes vt tangāt os mrīcis et assiduet̄ donec mulier sentiat: et si non sufficit sternutatio fiat cū cōdisi vel pipe: et ponat̄ vētosa magna sine scarificatiōe sup pectinē et vociferet̄ in aure ei⁹. Et suffumigētur os et nares cū assafetida vel pilis adustis vulua v̄o cū gallia muscata vel thimiama. Cura v̄o alia est an̄ poxismū et post q̄ est vt puocent̄ mēstrua pposse sicut docuimus et coeat freq̄ter. q̄ si coire noluerit: vtat̄ omni die electuarijs et pulverib⁹ sperma diminuētibus sicut est. ℈. j. seis agni casti sumpta oi die in aqua cal'a vł vino limphato: et alia q̄ diximus cap. de satyriasi. C. de empericis: et regimen subtiliet in quanto proposse.

Emperica.

Dicūt experti q̄ apud paroxismū nihil melius repies: q̄ vt vir cū muliere coeat et fricationē plonget donec resurgat et moueat̄. Asserit pterea Aui. iij. can. fen. xxi. c. de eductione fetus et scd'ine q̄ pprīū fendorū suffumigiorū p supius appositorū et aromaticorū p inferi⁹ ē hora poxismi mrīcē deorsū trahere et ei⁹ supfluitates educere pter q̄ exungulis asinorū quorū spālis est pprietas oīquaq̄ mrīcē deorsū trahere et eius supfluitates trahere et menstrua prouocare siue p inferi⁹: siue per exterius superius applicentur.

Canones.

Nō festinet̄ ad sepulturā taliū nisi post duos dies: vt di. Ras. q̄n pōt calor nālis tāto tpe in interiorib⁹ corpis occultari et a materieb⁹ frigidis euacuari pter q̄ suffocet̄ l3 exterius anhelitu et pulsu minime valeat dephēdi. p⁹ hoc vero tempus nulla visa est suscitari.

Pronosticatio.

Mulier si per sternutatoria moueat̄ vł sternutet: bonū. An̄ ypo. v. pti. amph. Mulier q̄ a matrice molestatur: aut difficulter generāti sternutatio supueniēs bonū. Itē si post fricationē vulue positis reb⁹ odoriferis: sanguis vel mucositas effluxerit salubre. Itē si nihil pbificaliū remediorū ptulerit post dies primū ipā3 derelinq̄s. Itē q̄to magis retentio menstruorū vel spmatis pcesserit antiq̄ta tāto piculosior fiet. Item magis accidit hec passio mulieribus sanguineis vel flaticis ex multitudine materierum. Cholericis v̄o ex sensus bonitate: melicis ex debilitate: et s̄m hoc vt magis in vere vel hyeme minus aūt in estate aut autūno. Fit pterea magis corpib⁹ delicatis et ociosis strictas venas habētibus q̄ laborantibus cum multitudine.

¶ De apatib⁹ et cācro matricis. Cap. x.

Apostema v̄o fit ex decursu superfluitatū p venas capillares et arterias et spōgiositates mēbrorū debiliū q̄ sui q̄titate soluunt eorum vel eius cōtinuū et sui caliditate alterāt eius cōplexionem naturalem et sui substātia virtutē et opationē mēbri deijciunt cū putrescunt: verum q̄n matrix est membrū solidū neruosum: rarum est vt materie grosse frigide in ipsam penetrent: vt plurimum autem subtiles acute: quare fit hoc apostema magis ex cholera: vel sanguine q̄ flegmate vel melancholia. Causa vero antecedens est retentio menstruorū vel plectoria corporis totius. causa v̄o primitiua est quandoq̄ casus et pcussio sup all3atim et sumē vētris vel difficultas part⁹. Signa apostematis in matrice sunt feb. cōtinua acuta valde et pulsus velox

spissus: fit̃ et anhelitus et vrina pauca rubea vel citrina et nigredo lingue cum dolore capitis et alienatione velut in freneſi: quoniã matrix extat neruis plurimis cerebro colligata. Et certior significatio est ex dolore circa summẽ allꝫatim dorsi et ex difficultate egestionis et vrine. Ista nãq sunt ꝓpria signa apatis matricis vesice renũ et ani: vt dicit Ypo.v.p. amph. In ano flegmon. patien. ⁊c. vñ quanto calidior materia fuerit signa fiẽt fortiora quãto vero frigidior remissiora. Terminatur aũt hoc apa queadmoduꝫ vel stomachi vel epatis aliquo triũ modorꝫ. aut enĩ resoluitur aut saniatur: aut induratur. Et si induretur aut p cõgelationẽ: et hoc est p paruꝫ. aut per adustionẽ: et hoc est vt multuꝫ. Si p adustionem aut ãtiquatur adustio et vltimatur: et cãcer appellatur. Aut nõ antiquatur nec vltimatur adustio et fit apa duruꝫ vel schirosis noiatur. Est quoq scirosis apa durũ cuius subtile resolutuꝫ est et grossum remanet nõ adustũ vel parum adustum. Cancer vero est apa calidũ durũ cuius subtile exhalauit et grossum adustũ est melãcholia nitrosa. Et cãcer quidẽ curationẽ nõ recipit pfectã: nisi cũ abscisione mẽbri totalis si fuerit mẽbrum possibile trũcari: finaũt mẽbra vicina putrefaciet et mortẽ finaliter inducet. Et sic appet q cancer ꝯsequitur apa calíduꝫ induratũ verũ et frequẽtius fit p se incipiẽdo ex cõgestione melie nõ naturalis aduste in membro quocũq. Signa aũt terminationũ oim istarũ predictarũ passionũ et tpa eã mẽsurãs plene iã diximus ca. de apatibus stomachi et epatis. pter q signa cãcri in matrice seu alio mẽbro sunt: qm siue fiat cõsequẽdo siue p se incipiẽdo atq a principio rei est qm incipit res nigra liuida dura velut faba vel cicer habens circa radices venas nigras vel liuidas circũquaq mẽbro vehemẽter insertas p quas melia adusta fluit ad locũ cũ ardore et pulsatione et pruritu. Et he vene sunt cã q̃re cãcer nõ curatur pfecte nisi cuꝫ mẽbri mutilatiõe. Cũ aũt cãcer ꝯfirmatur: neq antiquatur: apitur et vlceratur et virus fetidũ corrosiuũ et sic mẽbrũ et eius opatione destruit et demũ aliorꝫ donec finaliter mẽbra destruat nobilia et mortẽ inducat. Sũt aũt eius labia nõ alba mollia velut vlceris saniosi: sed dura liuida tuberosa velut vlceris fistulosi. Et nõ differt hoc apa a lepra p aliquã causarũ essentialiũ sed solo subiecto: qm vt ait Auic.iiij. can. fen.vij.ca. de signationibus lepre cãcer est lepra pticularis: lepra vero est cancer vlis corporis. Et hic qdẽ cãcer si fit in capite dicitur a modernis noli me tangere. Si vero in pectore seu vẽtre dr herpestiomenus. Si vero in extremitatibus et ꝓpte in cruribus dr lupus. vñ versus In facie noli mediis in ptibus herpes. Si fit in extremis dr esse lupus. Et lꝫ cãcer accidere posset oi mẽbro: sermo tñ est d ipso psenti ca. pcipue de eo q fit i mrice eẽ receptaculũ supfluitatũ pessimarũ ex qbus et cancer generat.

Methodus.

Cura apatis in matrice est vt a principio fiat flõmia diuersiua de basilica dextra vel sinistra in brachio: put dolor ad alterũ lateruꝫ magis declinabit. Et extra hatur san. plimus si virtus toleret et corpus fit carnosuꝫ. Sequẽti vero die flõmet saphena pedis et adhibeantur repcussiua p interius et exterius frequẽter: iniiciãtur ergo p vuluã cũ clisteri aq de coc. plãtagis: solatri: semputiue: lentiũ excorticatarũ vel bis coctarũ prima aqua deiecta postq in ea dissolutuꝫ fuerit aliqd olei ro. et muscillag. psillij vel cãphore. Inũgatur etiam sumẽ vẽtris et vulua tota vsq ad pfundum ex vnguẽto populeon subtiliato cuꝫ oleo ro. vel lacte papaueris in quo cãphora et psiliũ fuerint dissoluta. Emplẽtur ex ro. vio. plãtagine extremitatibus rubi solatro semputiua malua coctis in aq pfecte et incorpatis cuꝫ oleo ro. et farina ordei. Epithimetur etiã locus intus et extra aq in q dissoluta fuit cãphora et pul. sandalorꝫ. Sumat illis diebus i aurora sirupũ ro. vel viol. cũ aq frigida. Vtatur p diẽ zuccaro ro. vel vio. trisandali rosata nouella et filibus. Nutriatur lactucis portulacis pulmẽto auene vel ordei cũ aceto. Sorbeat ius casei: bibat aquã ordei vel aquã decoctiõis prunorꝫ damascenorꝫ ficcorꝫ vel pomorꝫ sapidorꝫ vel aqua frigida pura crudificat apa: et sic regatur cũ frigidis p dies q̃tuor donec calor et febris mitigentur et apa euitetur si fuerit possibile. Si vero dolor capitis vel insomnietas affuerit: succurratur vt suis dicemus caplis. Et si nõ aliter saltẽ cũ narcoticis vt scripsimus cuꝫ de freneſi loqbamur. Si vero p hec oia non euitetur apa: imo p hoc dolor et fe. augmẽtari ceperint: tũc post diẽ quartuꝫ et ꝯfirmato iã apate et iam

p̄cedēte augmēto fiat applicatio resolutiuo rū. Si vero dies aliquot trāsierunt neq̧ dolor cessauerit ex resolutiuis. Scias q̧ apa tēdit ad collectionē quare pcedēdū erit ad maturatiua ⁊ saniei ḡñatiua put diximꝰ ibidem. Et facta sanie atq̧ exitui pata. Solicitādū est de vlcere ⁊ ruptura si apa p se ruptū non fuerit neq̧ sanguis neq̧ sanies visa sint egredi p vuluā ⁊ vlcera pcedendū ad abstersiua ⁊ mūdificatiua vlceris sicut est aq̄ mellis iniecta cū clisteri. deinde ad exiccatiua ⁊ cōsolidatiua q̄ dicent̄ ca. de vlcerib' in mrice. Si vero fe. ⁊ dolor minorari cepit p̄ter q̧ visa sit euacuatio sensibilis oīno ⁊ remaneat tumor ⁊ grauitas circa sumē q̄ q̄nq̧ tactu pcipitur si sit magna: tūc ad mollificatiua te transferas: q̄m apa sclirotisat̄. ⁊ hec oīa scripsimus plene ca. dicto. q̧ si fiat tibi notū apa induratū esse cācrū ex signis q̄ docuimꝰ: distingue tūc cū matrix abscindi nō possit pp̄ter eiꝰ in īterioribꝰ latitantiā egrū desolatū derelinquas. q̄m vt ait Ypo. vi. p. amph. Quibuscūq̧ cancri abscōditi fuerint nō curare melius est curati nāq̧ citiꝰ pereūt nō curatis multū. verū si egro placuerit curā facies blanditiuā atq̧ mortis dilatatiuā q̄ est vt egrū dormire nō pmittas q̄ntū sit possibile ⁊ ab oī re calefaciēte defendas ⁊ corpꝰ eiꝰ mūdifices semel in mēse vel bis cū medicinis lenibꝰ euacuātibꝰ meliā adustā vt sunt sene epithimū ⁊ silr̄a q̄ diximꝰ ca. de melia. Et vnguat̄ locꝰ cū vnguēto albo d̄ cera facto ⁊ cerusa ⁊c. Cū aūt cācer vlcerari cepit in vltimo malitie tūc igit̄ vti ɔuenit linitionibꝰ p̄dictis frigidioribus: q̄m dolor fiet fortior. Addat̄ ergo in vnguētis p̄dictis aliq̄d opij vel iusquiami vl' mādragore. Et si addat̄ aliq̄d croci pbibet̄ mēbri mortificatio ⁊ ex stupefactiuis ⁊ beatificabit̄ opatio. Et in hoc casu multū cōfert iniectio collirij albi cū lacte mulieris q̄d scripsimꝰ auctoritate Ra. ca. de obtalmia. q̄m vlcerationē retardat ⁊ dolorē mitigat euidēter

Emperica.

In apate matricis cōsueuit supuenire accidēs timorosū scʒ retētio stercoris ⁊ vrine cui succurrimꝰ cū positione egri in balneū aque dulcis vel aq̄ decoctiōis viol. althee camomille fenugre. se. lini: q̄m ventrē lenificat: vias elargat ⁊ dolorem sedat. Et pbibeat̄ eger hora illa a potu donec egestio ⁊ vrina egredi videātur. Et eodē balneo vti cōuenit in cura resolutiōis ⁊ pp̄rie ab vmbilico īfra in cura vero repcussiōis nequaq̧. Vnguētū q̄d inunctū circa sumē ⁊ all'atim ⁊ suppositū cū lana vel coto intra vuluā duritiē omnem matricis mollificat. ℞. adipis āseris anatis et galline ana. ℥. j. butiri recentis. ℥. iij. armoniaci bdellij. an̄. ℥. ß. olei de semie lini vl' camomille. ℥. ij. dissoluātur gūme in oleo ⁊ liq̄fiāt cū adipe ⁊ butiro ad ignē in casola: pterea colent̄ ⁊ reseruet̄. Et si vis acuere: adde galbani oppoponaci. an̄. ℥. ß. Itē vnguētū mollificatiuū si aliud p̄sto nō sit ɔficit̄ ex dyalthea. p. j. populeō. p. ß. dissoluēdo butirū ⁊ adipē in casola simul ad ignem: postea deponēdo ab igne ⁊ dyalthea ⁊ populeō cū eisdem pfecte mixtis. Et si volueris: dissolue p̄dictas gūmas in butiro ⁊ adipe ad ignem ⁊ fiat sicut priꝰ. Empl'm mollificatiuū ɔficit̄ ex mal. bismal. althea absinthio. an̄. m. j. seie lini farina fenug. seie althee. an̄. p. j. farine ordei q̄ntū volueris coctis oībus in aq̄ ⁊ pistatis pfecte et incorporatis cū oleis ⁊ adipibus iā dictis ⁊ acuatis cum gūmis eisdem.

Canones.

salis cõmunis. añ.ʒ.ß.aloes:baccarum lauri:piretri:ſe.caulium.añ.ʒ.ij. In fine addat ſtercus recens columbarum vel caprarum et actu calidum applicetur frequenter. Et cũ eodem lixiuio calido mixto cum aceto acutiſſimo vel vino veteri amaro vaporetur ⁊ fomentetur ⁊ epithimetur locus frequenter donec tota materia fuerit resoluta:neq; obliuiſcere emplaſtrorum frigidorum ſtipti. ſupra coxam ⁊ genu poſitorum ne humor nou⁹ attrahat. Et ſi poſt iſta reliquie alique apparuerint inuenis apponãtur ſanguiſuge vl' v.vel.vij. a genu infra ⁊ donec earum vlcera fuerint conſolidata nullatenus abluantur. Si vero poſt ligaturam fortem ⁊ ſtiptica predicta crus denigrari ceperit ⁊ formicare pretermittantur ponatur per dies aliquot ⁊ liniatur ex oleis ⁊ vnguentis calidis ne forte membrũ paraliticetur:deinde veniat ad methodum iam dictam. Si vero per omnia predicta varices nõ ceſſauerint:imo latenter poſt dies aliquot ⁊ menſes redierint opus erit inciſione venarum: quare dimittitur ad cyrurgicum. Nutriatur carnibus laudabilibus ⁊ vino albo ſubtili. Euitet cibos ſanguinem groſſum generãtes: vt ſunt.carnes que venando capiũtur ⁊ carnes bouine vel caprine ⁊ caro porcorum antiquorum fumigata ⁊ ſalita ⁊ vinũ dulce rubeum:⁊ panis azimus ⁊ panis de ſiligine ⁊ caſeus ⁊ ſimilia. Caueat a labore cruris vel ſtatione perdurante. Caueat a lẽtibus ⁊ milio et riſo ⁊ ſimilibus:et caulibus ⁊ cõfectionibus de melle ⁊ cibis aſſis vel frixis omniquaq;. Vtatur petro.feñ.ſicla ſpinargijs ⁊ ſimilibus ſubtilibus ⁊ ouis ſorbilibus ⁊ brodijs piſorũ ⁊ pultibus ſubtilibus ex furfure ordeo farre vel auena conditis cũ lacte caprarum vel amigdalarum dulcium vel butiro ſine plurimo ſale. Cura elephantie eſt vt ſicut de cauſa calida flebotomet primo baſilica modo ⁊ forma dictis in varicibus. Et poſt flebotomiaʒ purgetur vt diximus capitulo de arthetica capitulo de cauſa calida. Si de cã frigida digeratur a principio flegma: vt docuimus ibidem de cauſa frigida. Poſt hoc vero frequenter fiat vomitus omni menſe ſemel aut bis duobus dieb⁹ ſuper ſe ſucceſſiue cum oximelle ſquillitico ⁊ aqua tepida vel aqua decoctionis radicum raphani.ſeminis atriplicis ⁊ aneti ⁊ modico aceti acutiſſimi ſuper repletionem ciborũ diuerſorum acutorum ex oleribus ⁊ leguminibus conditis cum cepis ⁊ ſinapi. Poſt tales autem purgationes famem ⁊ ſitim tolleret propoſſe ⁊ quieſcat omni tempore ſuper lecto molli crurib⁹ exaltatis. Poſt remedia dicta ꝓcedendũ eſt ad localia que ſunt fere eadem in vtraq; cã. Flebotomet ſaphena que eſt int⁹ ſup talum ⁊ extrahat ſan.niger groſſus.deinde ventoſet crus totũ cũ ſcariſicatione ꝓfundata:⁊ emplaſtretur cũ emplaſtro reſolutiuo ſupradicto in varicibus donec crus totũ minoret. Et ſi reliquie videãtur remãſiſſe:apponãtur ſanguiſuge ſicut diximus ibidem.neq; abluatur crus donec earũ morſus ⁊ vulnera ſcarificationum perfecte cõſolidentur. In fine vero rei confortetur crus totum cũ emplaſtro ſtiptico ex medicinis calidis ⁊ frigidis cõmixto. ℞.plãtaginis abſinthij ro.añ.m.ſ.decoquãtur in aqua pluuiali ⁊ vino rubeo pontico ⁊ exprimãtur ⁊ piſtent ⁊ incorporent cũ puluere iſtarũ rerũ. ℞.acacie mirrhe mirtillorũ aloes gũmi arabi.nucis cypreſſi.ana.ʒ.ij.⁊ calid̃.firmetur fortiter cum faſcia lata ſuper locum. Epithimetur cum lixiuio facto ex cinere quercus ⁊ ſambuci ⁊ abſinthij ⁊ ſtipitum caulium atq; vitis addito modico aceti. Si vero predicta oĩa nõ contulerint:fiat emplaſtrum rubificatiuũ dictum ca.de arthetica.C.de canoñ. Et ſi illud iterum nõ proficit:perforetur crus in duobus locis maxime diſtãtibus a neruis et chordis cum acu ferrea ignita traducta cum eo filo laneo quod omni die de extremo in extremũ refricetur donec materia tota reſluxerit:neq; extrahat donec perfecte diſſoluatur. Et ſunt qui loco eius faciũt cauteriũ ſilo ferreo ignito ſub iũctura generali ꝑ duos digitos ex altero laterũ interi⁹ vel exteri⁹ profundãdo vſq; ad os:neq; dimittũt cõſolidari per annũ vnum vel duos ponendo in vlcus pillulas ex cera ⁊ pilis lane confectas vel folia ſambuci. Nutriatur ſicut diximus in varicibus.

Emperica.

Elephantia ſi fuerit recẽs mollis ⁊ parua curatur quãdoq; cũ emplaſtris ⁊ remedijs macerãtibus corpus craſſũ ſicut fit cũ linit corpus totũ ex ſtercore colũbino vel caprino

vel vaccino distemperato cum vino veteri amaro. Et deinde ponatur eger in stuphas calefactam ex ligno sambuci et quercus ⁊ vitis: ⁊ sudet sudore plurimo preter q ex aqua abluatur. Ad idem facit si membrum vel corpus totũ sepeliatur in stercore predicto vel in arena calida: ita vt caput pectus euententur ⁊ venter ⁊ crura macrescant ex calore. Et plura huiusmodi scripsimus caplo de ydropisi asclite ⁊c.

Canones.

Rationabile vt/ detur vt emorroydarum ⁊ mẽstruorum prouocatio in corpore consueto post euacuationes vniuersales est conferens plurimum in cura varicum atq elephantie cum per eas sanguis melancholicus adustus et nõ adustus sublimiter expurgetur.

Pronosticatio.

Dicit Ipo.vj.parti.amphho. Quicunq caluí fiunt ijs varices valde magne nõ nascuntur. Quibuscunq vero caluis existẽtibus ⁊c. Si spleneticis vel quartanarijs varices aut elephantia superuenerint: tollit egritudinem Item varices ⁊ elephantia in corpore cõsueto preseruant a multis malis passionibus scz lepra: cancro: ydropisi: splenetica ⁊ melãcholia ⁊ similibus. quare nullatenus restringantur subito sed gradatim purgationibus et diuersionibus pluribus prius factis. Item varex si antiquatur non curatur nisi per incisiones. Elephantia vero si antiquatur ⁊ magnificetur atq induretur nullatenus curatur. Item infrigidatis inniue ⁊ incarceratis cõsueuit superuenire elephantia que difficile curatur. Item elephantia de causa calida et cum pustulis patentibus difficilior est ea que fit a causa frigida quoniam lepram minatur affuturam.

¶ De doloribus dorsi ⁊ spatularum. Caplm.iiij.

Dolor autem in dorso aut fit a causa accidente intrinseca et hec est quadruplex. vna quidem humor sanus extendens venam hilim interius sup spõdiles dorsi ad sursum vsq in deorsum quã equitat arteria ad orti facit sicut dñs iumentum: licet in exterioribus corporis fit ecõuerso vbi vena tegit arteriã per totũ sicut seruus dñm Sic nãq sapiens natura venas ⁊ arterias fabricauit ⁊ simul remisit per singulas ptes corporis donec in ramos deueniant capillares quibus materiã efficiens tribuat nutrimenti. Scda causa est humor calidus cholericus acutus pũgens neruos ⁊ musculos qui transeunt super dorsum. Tertia est humor frigidus ex flate vel melancholia grauans et constringẽs neruos ⁊ ossa que ibi sunt plurima frigida per naturam. Quartum est dolor renũ ex opilatione vel arena. Aut fit a causa pmitiua ⁊ extrĩseca. ⁊ hec similiter est quadruplex. Prima est coitus superfluus. Secunda est labor diuturnus instando vel corpus recuruando vel onera portando. Tertia casus ⁊ percussio. Quarta qualitas aeris frigidi congelans. Signa eius pter sanguis multitudinem sunt dolor extensiu9 pter sang. cũ pulsatione ⁊ caliditate apud tactũ ⁊ vrina grossa ⁊ habitudo viuida carnosa ⁊ antecessio ocij ⁊ quietis pdurans cum assiduatione rerum sanguinem multiplicantiũ famosarũ. Et cura eius est vt a principio fiat flñmia in die ⁊ nocte de basilica dextra ⁊ sinistra simul si virtus ⁊ etas cõsenserint vł dextra tm̃. Et extrahat̃ sanguis plurim9 pro posse repcutiat̃ materia cum fomẽtaria dorsi toti9 ex aqua ro. aceto succo semp uiue ⁊ filijbus. ⁊ iaceat eger supin9 sup terrã frigidam ⁊ sup folijs populi salicis nenupha. vitiũ rubi plantaginis solatri rof. si fit tẽpus. Et si nõ suffecerit: pijciatur in aquã frigidam vel semp uiue. In augmento vo fiat scarificatio pfunda in natib9 ⁊ spatulis: in statu fomẽtetur ⁊ emplet ur ex floribus camomille mellilotti seis lini rof. coctis in aqua ⁊ expssis ⁊ tepide positis frequẽter sup locũ. In declinatione vo si necesse fuerit: fortificet̃ emplastrũ ex additione folior ⁊ semis aneti. Nutriat̃ cibis acetosis ⁊ bibat aquã frigidã vel aquã decoctionis macianorũ ⁊ prunor aut ordei aut iulep. A carnibus vo ⁊ vino abstineat oĩno ⁊ famẽ toleret ppossé. Siti vo extinguat cũ potibus iã dictis prout necessitas postulauerit. Signa ei9 pter humorem acutum cholericũ seu flegma salsum sunt vrina citrina subtilis dolor pungitiuus fortis cum caliditate de loco ad locum ⁊ habitudo macra

citrina ⁊ antecessio ciborum acutorũ ⁊ expositio corporis ad solem calidum frequenter. Cura eius est vt a pñcipio purgetur cum.ʒ. vna vel.ij. medulle cassiefistule vel mãne vel tamarindorũ dissoluta in aqua decoctiõis prunorum collando ⁊ dando in aurora totũ vel cum.ʒ.ß.electuarij de succo roß. vel stomaticon laxatiui dando cuꝫ aqua calida ante diem. Deinde digeratur residuum materie cũ sirupo roß.vł viol.vel.oxizaccara ⁊ era dicetur cum pillulis de reubarbaro dictis capitulo de cathbarro. Et fiant repercussiones dicte in causa sanguinea. Sed fortior sit earum vsus adeo vt si necesse fuerit cũ eis aliquid opij dissoluatur. In alijs vero partibus fiat sicut prius. Dietetur ex cibis ⁊ potibus frigidis predictis sed non angustietur fame: neq̃ siti sicut in predictis immo bibat aquam frigidam q̃tum vult. In fine vero si reliquie remanserint: flebotbometur basilica dextra: quoniam educit multitudinem et infrigidat corpus vehementer ⁊ euidenter. Signa eius propter humorem crudum flegmaticum vel frigidum melancholicum sunt habitudo squalida vł macra plumbea et vrina est alba grossa viscosa vel subtilis radiosa: ⁊ quia dolor aduenit paulatim et perdurat tempore longo assidue. Et sedatur post exercitium modicum ⁊ moderatum et forte antecessit nauseatiua satietas assidua ⁊ potus vini plurimi ⁊ proprie in ieiuno. Et solet hec species doloris accidere in febre flegmatica vel quartana: quoniam circa spondiles ⁊ spatulas multiplicatur humor frigidus cũ sint mẽbra neruosa ossuosa frigida per naturã. Et in hac specie sentit̃ grauitas corpꝰ cõstrigẽs cũ horripillatione sicut accidit ambulantibꝰ in niue. Cura eiꝰ est vt a principio fiat vomitus frequens si sit possibile cũ oximelle ⁊ aq̃ calida tepida vel cũ aqua ⁊ aceto modico addito salis ⁊ olei vel cũ aqua decoc.raphani ⁊ aneti post repletionẽ stomachi ex cibis ⁊ potibꝰ diuersis vel purget̃ cũ.ʒ.ß.bñdicte laxatiue si vomitus nõ sit possibilis sicut accidit habẽtibus pectus strictũ ⁊ caput debile cũ gracilitate colli. Deide digerat̃ residuũ materie ⁊ educatur sicut diximus cap̃.de arthetica frigida. Post purgatiões diuersas vngatur collum ⁊ spina dorsi vnguento marciaton vel agrippa ad ignem vel solem calidũ frequẽter in ieiuno: vel liniatur cum oleo de castoreo vel de costo: vel de benedicta ⁊ alijs calidis stipticis dictis ibidem. Nutriat̃ carnibꝰ laudabilibus assis vel elixis cũ feniculo petro.conditis cũ sinap̃. Sorbeat earum iura inspissata cũ vitellis ouorum condita cũ speciebus calidis aromaticis. Bibat vinum album vetus purum vel mellicratũ. Abstineat a potu aque frigide o ino ⁊ piscibus quibuscunq̃. Signa eius ꝑpter dolorẽ renũ similiter ⁊ curam cõplete iam scripsimus: vbi de renum passione loquebamur. Signa eius ꝑpter coitum superfluũ sunt narratio infirmi cum vrina subcitrina subtili oleaginea in superficie ⁊ dolore circa locũ renum ⁊ cõcauitatẽ oculorum ⁊ habitudo sicca cũ dolore fetido citrino. Et cura eiꝰ est postpositio coitus omnino ⁊ somnus: ⁊ quies ⁊ omnia que diximus capitulo de macie renum. quod si non sufficit: recurratur ad capitulum de satiriasi per totum. Et si hoc iterum non sufficit ⁊ corpus marasmetur: ad capitulum de febre ethica transeatur. Signa eius ꝑpter laborem assiduum sunt: quia accidit plurimum onera portantibus ⁊ nauem trahentibus ⁊ athletis. Cura eius est quies ⁊ somnus super lecto molli tempore longo: vt ait Ypo. Uerum si labor antiquatus fuerit debilitans substantiã neruorum ⁊ ligamentorum ⁊ iũcturarũ oĩm confortẽtur cũ balneis et vnguentis calidis stipticis cum aromaticitate dictis ca.de paralisi.⁊ de arthetica.ꝑ totum. Et ad idem confert proprie balneuꝫ vulpinum dictum: ita vt post balneuꝫ vngatur spina tota cum vnguẽtis marciatõ agrippe vel de adipe vulpino. Signa eiꝰ ꝑpter casum vel percussionem patent ex relatione patientis. Et si epar vel splen vel renes lesi fuerint: vel vena rupta: exibit vrina rubicunda sicut sanguis. Cura eius est vt flebothometur basilica vel mediana eiusdem partis. Deinde bibat aliquid aque frigide mixte cum aceto: quoniam agitationem humorum prohibet excellenter: et ponantur epithimata et emplastra repercussiua famosa super locum ex roß.⁊ solatro et semperuiua et lentibus excorticatis et aqua ro. et aceto et bolo armenico et terra sigillata ⁊ sang. dra.et balaust. et cortic. granatoꝝ et alijs q̃

nota sunt aliqd scieti: donec mebru cotusum ab apate securet. deinde ponantur resolutiua supradicta in ca sanguinea. In fine vo vngatur spina tota et empletur cu stipticis dictis in ca. de palisi. et de artbetica. Signa eius ppter frigiditatez aeris cotinetis sunt qz accidit post ablutione in niue vel ablutione in aqua frigida. Talis nanqz frigiditas qnqz mebra denigrat et cadere facit ppter mollificationez caloris naturalis: et ppzie in extremitatib9 mebroz distatiuz a corde et epate que sunt fons caloris naturalis. Et cura ei9 est eade cuz cura doloris ex bumore frigido dicta supi9: pter qz non est op9 euacuatib9: sed calefacietib9 pfortatibus pdictis: veru si mebruz aliqd fuerit mortificatuz necesse est vt abscindatur si fuerit possibile ne forte membra mortificentur vicina.

Emperica.

Emplastrum copletuz anodinum et mitigatiuuz ois doloris in quacuqz particula corporis scripsimus ca. de dolore dentium ca. de empericis.

Canones.

Dicit Ipo. vj. p. apb. Quibuscuqz dolores a dorso i cubitos trasesut flomia soluit. Qd itellige verum in oi ca bumorali: qm illa flomia vel euacuat sanguinez vel multitudinez: vt dicit Aui. ca. de flomia. Et si vo dolor dorsi descederit versus inguina vel vmbilicuz soluitur cu farmacia. Qm vt ait Ipo. vndecuqz natura repit illic et educere conuenit.

Pronosticatio.

Dolor spotane9 in dorso sepi9 fit a frigida ca raro et raro a calida: et iteru frequeti9 ex flegmate qz melia. Silr et a sanguie frequenti9 qz cbolera: qm ppzaru est vt in mebris frigidis bumor calid9 oneret. Dolor dorsi ex multitudine sanguis ilico pducit ad apoplexia vel paralisim: nisi cuz flomia forti subito succurrat. Dolor dorsi de ca calida cito pmutat ad resolutionez vel pnicies. De ca frigida psueuit pdurare. Item dolor ex bumore crudo plurimo si pduret apoplexia sup totuz vel palisim sup mebru vicinu psignat. Ite dolor ex casu vel pcussioe supra dorsuz catus inducit qnqz paralisim in manu vel pede vel digito: qm a nucba oriutur nerui motiui trasetes ad mebra iucturalia sibi deputata: qm tuc no tm mebro palitico remedia fiat apponeda: sed et spodilibus dorsi: vt dicit Gal. iij. de iuuamentis membrorum.

De gibbositate pectoris et dorsi. Capitulum. v.

Accidit plerunqz spondilib9 dorsi et ossilaro pectoris qd tborax dicit ad qd funiculi costaz veraruz terminant vt incuruetur int9 et exteri9 et feda corpis faciat figuraz cu accurtatione colli et eleuatioe bumeroru atqz exsuccatioe coxaru. Et si ista corpis tortura fuerit ante et retro gibbositas appellatur. Et fit ppter aliquaz qtuor caz. Prima est ossiu pdictoz teneritas et mollities silr et ligamentoz ei9: sicut accidit pueris et infantibus: qre no possunt molez capitis et grauitate ppria sustetare. Scda est vetositas grossa frigida ligameta spondiliu diuidens. Tertia casus et pcussio sup locu. Quarta est apa latitas in pfundo dorsi vl costaru qd sui magnitudine ligameta ppellit ad extra et spondiles dissocat: et ppzie post ei9 terminatione ad duritiez et in corpe laxo raro p natura siue fuerit apa calidu: siue frigidu: siue comixtu.

Methodus.

Signa ei9 ppter ligamentoruz et ossiu teneritate sunt qm maxime adueniit infantib9 et pueris et est sine fe. et calore nisi fortassis dolor assidu9 febre accedat. Et cura ei9 est vt fasciet dorsum et pect9 totu cu fascijs latis mollibus oi tpe alligatis firmiter donec dorsi spondiles pseruent a fletu et vociferatione et sessione et statioe erecta pposse: multiplicet cib9 Sm numeru no Sm magnu: vtat cibis solidis si fuerit possibile. Et ppzie extremitatib9 porcelloz: qescat oi tpe sup lecto molli in altero lateruz vel dorso. Et si dolor extesiu9 fuerit: emplet dorsum ex florib9 camomillie coctis in aq pluuiali et vino rub. stiptici colin qb9 pul. tburis et masticis fuerit dissolutus: deinde diligeter expssis et tepidis alligatis sup dorsum et pect9 cuz fascia pdicta: sed no tangatur corpus ex alio liquore. Si vo illud no suffecerit: rectificet corpus ligando ipsum fortiter inter duas regulas planas solidas subtiles stupa interposita carminata.

Et si stupa imbibat in liquore iā dicto ⁊ diligenter expressa sup tegulas firmet melior fiet opatio. Et si illud iterū nō suffecerit: firmet sup locū emplm̄ stipticū cōstrictiuū extreme fortitudinis dictum ca. de ruptura siphac. Et dimittat sup locū decem diebus. Deinde reiteretur ⁊ dimittat diebus q̄nq; ⁊ iterū remoueat: ⁊ hoc fiat totiēs donec corpus a tortuositate pfecte seruet. Signa eius pp̄ter ventositatē grossam frigidā inflatiuā sunt: qm̄ post dolorem dorsi assiduū accidit dorso vel pectori. Et si vrina fuerit alba: grossa: lactea ⁊ etas: ⁊ cōplexio: ⁊ tēpus anni flegmatica verior erit significatio. Cura est vt si fit cū humoris vitio digeratur materia flegmatica ⁊ euacuet cū medicinis fortibus frequētatis quas diximus ca. de colica vētosa. Post hoc fiāt localia sup dorsum ⁊ pectus. Et si nō suffecerit: pueniat ad emplastrū rubificatiuū dictū de arthetica ca. de canone. Ista tn̄ remedia semp firmentur vehementer super locū cū tegulis ⁊ fascijs latis ⁊ fortibus. Et si dolor augmētaret pp̄ter vesicationē ex emplastro postponat per dies aliquot ⁊ inūgat cū vnguēto albo ⁊ cū vnguēto de cerusa vel oleo ro. Deinde reiteretur sicut prius: in fine vō rei ⁊ cū cā fuerit remota fiant oia localia dicta. Nutriat cibis calidis ⁊ vino veteri: famē ⁊ sitiā toleret. Sudet in stupha sicca in ieiuno: habitet oi tpe in aere calido: vtat sepius ante diem dyacimino: dyatriūpipeon: tyriaca metridato ⁊ electuario anacardino posito cap. de apoplexia. Et ex spēbus vtat piretro pipe cardamomo. Signa eius pp̄ter casum ⁊ pcussionē patēt ex relatione patiētis. Et cura eius est vt a principio fiat flebothomia diuersiua de basilica: ⁊ alia singula que diximus ca. de doloribus dorsi ex casu vel pcussione. Postq̄ vō loc⁹ fuerit securatus ab apostemate p repcussiones frigidas stipticas illic dictas pueniatur ad remedia localia torturā respicientia: sicut p ordinem scripsimus in prima causa. Signa ei⁹ pp̄ter apostema sunt febris ɔtinua acuta cū dolore assiduo in dorso ⁊ pectore. Cū vō pertrāsierint: sedatur feb. cōtinua: sed remanet dolor ⁊ incipit dorsum ⁊ pectus eleuari. Et si apostema fuerit calidū febris dolor ⁊ rubor acuētur. Si vō frigidū fe. dolor ⁊ rubor diminuentur: sed tumor ⁊ grauitas augmentantur ⁊ vrina fiet rubea: grossa. Cura ei⁹ est vt si apud principiū apostematis fueris vocatus: pcedas p ei⁹ quatuor tpa: sicut in apate pectoris vel stomachi: qm̄ omnium apostematū methodus curatiua vna est ⁊ eadē. In declinatione vō ⁊ cū iam terminatū est: ad iuduratione pcedas alternatim cū emplastris ⁊ vnguētis mollificatiuis ⁊ resolutiuis: ita tn̄ vt dorsum cōtinue fasciet inter tegulas supra dictas: neq; cā dispositionis negligatur in mollientiū atq; resoluentium applicatione: que plene diximus in ca. de apostemate stomachi. In fine vō totius intende soli dispositioni cū ligatiōibus ⁊ emplastris stipticis dictis in prima cā. Si vō nō fueris vocatus anteq̄ gibbositas cepit apostemari: postponas curas apostematis: ⁊ intende cure sclirosis primo et gibbositatis secundo vtriq; simul alternatim.

Emperica.

In pueris ⁊ p pte si causa nō fuerit fortis antiqua sufficit q̄nq; cerotū confectū ex armoniaco lapdano aā. p. equa. dissolutis insimul ad ignē lentū: ⁊ incorporatis in mortario cū pistello donec fiant sicut dyaquilon ⁊ extēsis sup corio albo molli ⁊ cū tegulis leuibus ⁊ fascijs latis sepius reuolutis firmatis sup locū. Et si forti⁹ volueris facere: adde in causa calida dragantū acatiam bolū armenicū terrā sigillatā balaustiā cortices granatorū cupullas glandium. In causa vō frigida adde bdellium oppoponacum tbus masticem viscum de querc. sequuntur.

Canones.

In causa dubia omnia simul misceantur: quoniā neruus ⁊ cartilago ⁊ ossa atq; ligamenta in complexione frigida. sicca per naturam conueniunt. Neq; in modo substantie differunt ex radice: sed s̄m gradū duriciei ⁊ soliditatis cōsequens videtur vt rupture vel dislocationi alicuius eorum equales medicine conueniant quare dicta ca. de ruptu. siphac. ⁊ capitulo de arthetica. precedentibus sublimiter suffragantur.

Pronosticatio.

Gibbositas si fuerit recens parua difficile

curatur: si vero antiqua ꝯfirmata nullatenus recipit curationē. Item in pueris ꝛ iuuenib⁹ facilius tollit̄ ꝙ adultis vel ī senibus indura tis. Item si corpori catharroso per naturam gibbositas accidit: cadit i empima suffocās cor tpe nō longo. vnde Ypo. vj. par. ampho. Quibuscūꝙ gibbi fuerint ex asmate: aut tus si ante iuuentutē peunt: qm̄ calor naturalis acuit̄ ꝛ eius euētatio minorat̄. Itez gibbosi tas thoracis periculosior est ea que in dorso: qm̄ cōprimit pulmonem. Silr̄ ꝛ si tumor ad interiora pcesserit periculosior est ea ꝙ si ex eat ad interiora. verū quōcūꝙ se res habue rit pulmonē angustabit. Interior nāꝙ mo tuz ei⁹ ſm latū ꝓhibet: exterior vero ſm longū Itē oēs gibbosi sunt asmatici: quare vitā suā vt plurimū ex improuiso terminát ante sene ctutē. Itē sunt vt multū iracundi: luxuriosi ꝛ elati: qm̄ in eis calidum cordis effreniter in flāmatur. Itē gibbositas accidens in spōdi lib⁹ colli extat oīm ꝑiculosissima: cito nāꝙ suffocat vult squinātia. vnde Ypo. Si a feb. habito cōuertat̄ collū ꝛ vix deglutire possit tumore nō existente mortale.

¶ De laboribus spontaneis curren tibus. Capitulum. vj.

Accidit frequenter vt neꝙ exerci tio: neꝙ casu: neꝙ ꝑcussione ꝑce dēte subito sentiat qs dolores for tes in crurib⁹ vel brachijs vel pe ctore vel spatulis seu mēbris alijs exteriori bus: q̄ si fit ex apostemate: vel vulnere recen ti: et talis dolor dr̄ a medicis labor sponta neus: queadmodum laxitudo ꝓpter exerci tium accidens labor dicitur accipiendo: pro ut dicit Gal. in cōmento illius ampho. La bores spontanei narrant morbos. Fiunt au tem ex humoribus superfluis currētibus per musculos neruos qui sunt in ambitu corpis totius sui caliditate pūgentibus: sui frigidi tate subito cōplexionem naturalez membri immutātibus ꝛ sui ꝙtitate continuū soluē do. Sunt ꝑterea trium generū vt Gal. asse rit ibidem. Primū nāꝙ genus est labor vlce rosus: scz cum materia peccat in quali. Se cundū labor extēsiuus: scz cū materia peccat in quāto. Tertiū apostemosus cum peccaue rit simul in vtroꝙ. Signa laboris de causa calida sunt calor ad tactū medici cum rubo re ꝛ dolore pungitiuo mobili de loco ad lo cum ꝛ videtur ꝙ sit materia furiosa. Signa de causa frigida sunt vrina alba: grossa vel lactea: et dolor grauatiuus fixus vel parum mobilis cum priuatione ruboris ꝛ coloris circa locum. Et si stupor vel formicatio sup uenerit in membro verior fiet significatio. Similiter ꝛ habitudo corpis si fuerit squa lida et etas ꝛ complexio ꝛ tempus anni fle gmatica ꝛ antecesserit satietas assidua ex ci bis et potibus frigidis viscosis cum indige stione diuretica ꝛ potus vini in hyeme plu rimi seu ilico sup cibum fluctuare faciendo: significatio fiet magis certa. Signa autē di stinctiua laborum spontaneorum ab aposte mate statim a ꝑncipio in quacunꝙ particu la corporis intus accidit fit pulsus velox fre quens spissus: ꝛ sequit̄ febris: ꝛ tumor for tassis apparebit aliqualis ꝛ vrina fiet rubea vel valde citrina que nullatenus labores as sequunt̄: nisi fortis dolor humores ꝛ spirit⁹ inflāmet et fe. per accidens inducat: ꝛ ꝓprie effimeram cū qua signa digestionis minorā tur in vrina. ꝛ si corpus consuetū fuerit hu iusmodi sustinere labores periodice: ꝛ pro pter post negligentiā flebothomie vel balnei vel exercitij consueti restrictionē menstruorū vel emoroydarū vel fluxū ventris cōsuetum vel san. nariū vel sudorē verior fiet distinctio.

Methodus.

Cura dolo ris a causa calida ē vt si sang. in culpa cognoueris ex habitudine vi uida carnosa ꝛ vrina rubea ꝛ grossa fiat ilico flebothomia fortis de basilica ptis opposi te ſm longū vel latū: deinde de basilica par tis eiusdē. Si vero cho. vel flegma salsum in culpa deprēderis ex habitudine macra citri na statim vēter soluat̄. cū ℥. ß. stomaticon la xatiui vel electuario de succo. deīn cū aq̄ ca lida: ꝛ post purgationē fiat sequēti die vl' ter tia flōmia ptis eiusdē. A principio nāꝙ rei nō cōpetit flōmia: qm̄ vt ait Aui. primo cañ. fen. quarta cap. de flebothomia. Dietet̄ ex cibis frigidis acetosis. Abstineat a carnibus et vino proposse. Sitim ꝛ famē toleret ꝛ ex erciteur omni die i hyeme donec sudet. In fine vero rei totius balneetur in aqua de coctionis florum camomille maluarum

bis maluarum fumiterre violarũ foliorũ salicis ac populi ac vitis albe nouelle mellilotis et seis lini vel sudet in stupha sicca calefacta donec oẽs reliquie resoluant̃. ¶ Cura de cã frigida est vt a principio minoret̃ materia cum purgatione facta ex bñõ. laxatiua vel yerapigra vel pillulis cochijs. Deinde si virtus ꝛ habitudo cõsenserint: fiat flebotbomia supradicta. In remedijs ṽo localibus fiat sicut prius pter ꝙ nõ est opus tanta fortitudine in repcutiendo qm̃ dolor nõ est adeo vehemens sicut in cã cal'a. Et fortassis materia si grossa fuerit: induraf ex eis quare in resoluendo apud statũ ꝛ declinationẽ nõ sufficerent resolutiua leuia pdicta: imo pcedendũ foret ad gũmas cal'as q̃ sunt armõiacũ galbanũ euforbiũ bdelliũ serapinũ. Et si necesse fuerit ad empl'm rubificatiuũ dictũ capl'o de arthetica. In fine ṽo rei balneet̃ in aqua decoctionis origani costi serpilli absinthĩ. saluie sauĩe mẽtastri arthemisie iuniperi. Et si fortificare volueris: adde aluminis lib. j. sulphu. lib. ß. salis cõis lib. ij. in decoctione: vel balneet̃ in aquis tynarum multotiens ante cibum dietet̃ cibis calidis siccis. Abstineat a potu aque frigide ꝛ piscibus. Sitim ꝛ famẽ toleret ꝓposse. Exercitetur omni die post assellationem debitã vel consuetam ꝛ ante cibum donec sudet omniquaqꝫ.

Emperica.

Cõiter operãtes in cura laboris cuiuscũꝙ faciunt statim a principio flebotbomiã supradictam quoniam licet nõ euacuet eligendo velut farmacia tollit tñ multitudinẽ neqꝫ medicine antecessio videt̃ necessario ꝑmittenda: qm̃ regiminis malitia ꝛ ciborũ varietas cũ consuetudine fluẽdi illud nõ requirũt: queadmodũ apud regimẽ electiuum sanitatis tẽporibus Gal'. ꝛ Ipo. ad quorum mutationẽ loquũtur rectores posteri ꝛ eorũ interpretes. Post flebotbomiã vero si tempus ꝛ egri voluntas cõsenserint: digerunt ꝛ euacuant materias radiciter tam in cã calida ꝙ̃ frigida. put in capl'o de arthetica dixi mus. ¶ In fine ṽo rei vel etiã a pncipio si materia fuerit pauca fomentetur particula ex vapore aque calide decoctionis florum camomille mellilotis rosẽ. viol'. in causa calida. Sed iunipi absinthij abrotani arthemisie sauine in causa frigida: recipiendo vaporem membrũ vndiquaqꝫ pãnis coopertum vel faciant egrũ sudare in hyeme in stuphis obturatis calefactis ex vaporibus aquarũ iam dictarum extinguẽdo lapides ꝛ calibes ignitos vt vapores acuentur. Et post hec oĩa si alique videantur reliquie remansisse inũgunt cũ vnguentis calidis stipticis dictis ibidẽ vel marciatõ vel agrippa dialthea ꝛ silibus puris vel cõmixtis donec materie cõsumpte fuerint ꝛ membrũ confortatum ne alias amplius recipiat vel retineat superfluitates.

Canones

Ad ꝓseruandũ corpora ab huiusmodi laboribus ꝛ ꝓprie periodicis consuetis confert maxime flebotbomare ꝛ farmacare ipsa ante tps paroxismi ꝑ dies decẽ vel plures: ꝛ ꝓprie in pncipio veris ꝛ fine autũni. Et iterũ cõpletꝰ ptractãs dicit. Uomitũ aut f. õm iaꝫ in brachio faciẽdã cũ dolor est supra singulũ. Farmaciam vero vel flebotbomiam in pede faciendam cũ dolor fuerit infra singulum. In hoc nãqꝫ loco ꝑ farmaciã oẽm euacuationẽ intellexit. Sciendũ pterea ꝙ labor spõtaneus cum sit passio neruorũ ꝛ lacertorũ q̃ sunt membra singularia motui voluntario subministrãtia nõ est incõueniẽs si remedijs palisis ꝛ spasmi ꝛ arthetice mediceẽ: sic scꝫ vt calida frigidis ꝛ frigida calidis applicentur primũ canonẽ in medicina fouentes. Cõtraria contrarijs curantur.

Pronosticatio.

Dicit Ipo. ij. par. amph. Labores spõtanei narrant morbos. Et morbi quos nũciãt sunt apata ꝛ fe. ꝛ ꝓprie si fuerint fortes frequentes. Item fe. continua in qua labores huiusmodi frequenter accidunt: consueuerunt crisim facere salubrem per apostema creticum in inguinibus vel post aures vel sub ascellis qm̃ hec tria sunt emũctoria corporis totius. Item si quis tpe sanitatis consueuerit pati labores spontaneos in membro aliquo feb. superueniens terminare consueuit vt plurimum ꝑ apã creticũ in eodem. Item si quis conualescens in feb. conualescentia non vera neqꝫ corpore purgato per artem vel naturã

membrum laboriosum ex cā antecedente vel primitiua recidiuā minatur vel apa in eodē. Vñ Ypo. ibidē. Quibuscūqꝫ resurgētib⁹ ex morbis si aliqd laborauit ibi apostases fiūt In quo cū dei auxilio librū pmū cōplem⁹ad votū: qm̄ ipse largus est dn̄s q̄ iuste petētib⁹ nil abnegat:nec retardat. Cui grās agētes dicam⁹ cū Aui.j.canon.fen.j.cap.de humori bus. Ipi sit laus omibus factorib⁹ meliori.

¶ Explicit primus liber collectorij Bertrucij.

¶ Incipit scd̄s liber collectorij Bertrucij.

¶ Proemium secundi libri.



Erambula uimus curā morbor̄ particula riū iuxta posse cū eor̄ accidēti bus timorosis q̄ curā ad se tra hunt vniuersaliū atqꝫ suor̄ accidētiū curaꝫ acceptare ꝓm doctri. Aris. vl̄ia pticularibus pferēdo. Vñ notādū ꝙ in sciētijs q̄druplex gen⁹ reperit̄. Primū est vl̄e phor̄ qd̄ est vl̄e causalitate:quēadmodū de⁹ ꝛ intelligētie et corpa celestia cū suis motorib⁹ diuersis. Et hoc q̄dē vl̄e prius est apud naturā:posterius ꝟo apud hoiem cū ad ipm ois nr̄a cognitio finitet̄. Scd̄m est vl̄e logicor̄ qd̄ est vl̄e pre dicatiōis. ꝛ posteri⁹ dr̄ quēadmodū genus ꝛ species ꝛc. Et ipsum quidē contrariū est po ri:qm̄ est posterius apud naturā:prius vero apud hoiem cū ex ipo ois nostra cognitio de riuet̄. Tertiū est vniuersale mathematicorū qd̄ dignitas nūcupat̄:quēadmodū pma pn cipia siue dignitates. verbi grā. Omē totuꝫ est maius sua parte ꝛ ipm quidē est mediuꝫ pdictorū:qm̄ est apud hominē ꝛ naturā pri us cū ab ipso vnaqꝫ veritas roboret̄. Quar tū vero est vl̄e medicor̄ qd̄ vl̄e subiecti capa citate noiat̄:qualia sunt fe. decoratio: venefi cium:solutio ꝯtinui:dislocatio fil̄r ꝛ apa:qm̄ vel totū corpus simul occupāt cū insunt ve lut feb. ꝛ veneficiū vel apta sunt quibuscūqꝫ corporis partib⁹ aduenire velut cōtinui so lutio. fil̄r ꝛ apa vel pluribus partib⁹ simul vel diuisim:quēadmodū dislocatio iunctura rū. Et hoc quidē vl̄e postremū est predicto rū:qm̄ ꝛ apud naturā:simil̄r ꝛ apud hoiem posterius est quēadmodū totū integrale sci tur posterius sua parte. Scripturi itaqꝫ de morbis vl̄ibus nō loquemur nisi de tribus q̄ sunt fe. venenatio ꝛ decoratio. Alia vero ma nuali derelinquemus operationi. Verū qm̄ de talibus aliquid boni scribere difficile est. Est nāqꝫ fe. morbus periculosior qui est vt ait Gal̄. viij. de ing e. sant. qm̄ acutissima q̄li tate corpus afficit:singulasqꝫ partes inficit et opus ꝟtuti denegat:neqꝫ medicine pstat apparatū. Et qd̄ oim difficilius est abrupit pnosticantiū sentētijs medicātis aīm pira ctaret:idcirco diuine pietatis auxiliū deuo to corde sedulus interpello:quatenus scribē tis calamū taliter manuducat:vt nec in feb. cognitione deuiet:nec in curatione erret: ne qꝫ in futurorū presagio vacillet:offerens si bi verbuꝫ Gal̄. scriptū. iij. lib. de medicinis simplicibus. parte pemiali. In primis deuꝫ protestor cuius nomen sit benedictum.

¶ De diffinitione ꝛ diuisione feb. Capitulum primum.

Ebris est calor oīno contrari⁹ naturali: ꝓpter qd̄ ꝛ feruor in cōmensuratus ethymologisa tur. Hec aūt cōtrarietas attē ditur in tribus. Primo quidē in forma ꝛ essentia: qm̄ calor naturalis est calor mixti ꝓm ꝙ mixtū. Calor fe. vero est calor elemēti ꝓm ꝙ elementū:qm̄ est calor naturalis in igneū pmutatus:vt di. Gal̄. in cōmen. illius amphο. Que crescunt ꝛc. Scd̄o differūt in fine ꝛ opere:qm̄ natura lis calor opationes oēs in nobis pficit ꝛ cor pus custodit. Calor vero febrilis destruit et corrūpit. Tertio ꝟo in efficiente atqꝫ in mo tu:qm̄ calor naturalis moue̅t a circūferētia ad centrū per viā vnionis. calor vero fe. a cē tro ad circūferentiam per viā segregationis mixti in simplicia elementa: propter qd̄ ꝛ a phis calor putredinis appellat̄:vt pat꞉. iiij. metheoror̄. Nō possunt autē predicti duo calores eidē subiecto inesse siue conferre cuꝫ natura sit contrarior̄ eideꝫ subiecto vicissim inesse:quapropter sicut calor naturalis pri mitiuus est in corde cū sit fons vite ꝛ ab ipo procedat per venas ꝛ arterias in mēbra cor poris vniuersa vitā ipsis tribuens ꝛ virtutē ita esse oportuit ꝛ in fe. verū cum calor natu ralis sit temperatus atqꝫ in medio existens: quoniam omne naturale est temperatum: et omne temperatū est naturale. vt ait Gal̄.

f. de accidenti. Concludit evidenter ergo quod quemadmodum calor febrilis ab ipso recedit per excessum: ita frigiditas complexionis equalis ab ipso recedit per defectum. Et ista dicitur apud medicos ethica senectutis. Ex quo omnibus talis a Gal. f. de fe. descriptio fe. colligitur aggregans omnia genera causarum. Quoniam fe. est calor innaturalis primo accensus in corde procedens ab ipso per venas et arterias mediante spiritu et sanguine in totum corpus nocens sensibiliter eius operationi naturali: non sicut calor ab ira vel exercitio vel ab igne: nisi cum fuerit ulterius permutatus. Neque resistendum est tali diffinitioni per hoc quod dicitur calor innaturalis quemadmodum faciunt sophiste putantes calorem naturalem in corde esse rem aliam a calore innaturali eiusdem: quoniam illud a superiori reprobatum est artifice. f. quod duo accidentia solo numero differentia simul in eodem reperiri possint subiecto: quare sciendum quod sunt unus et idem velut in carbone ignito donec inflammetur. Similiter neque obiiciendum quod in feb. epiala et lipparia calor fe. non expanditur per totum: quoniam illud fit per accidens et a causa prohibente: prout explanabimus cum de eis differemus. Cuius quidem simile accidit in primo principali principio fe. cuiuscumque et proprie humoralis: quoniam tunc corpus infrigidatur exterius: et quandoque supervenit rigor super totum: ita ut ex hoc stulti putent esse paroxismum feb. interpollate: quem frigus et rigor et horripilatio consueverunt antecedere priusquam fe. superveniat vel materia putrefiat. Talis namque corporis frigiditas non accidit nisi quia natura febrilis caloris sentit et sue cause nocumentum percipiens per totum revocat sua propria instrumenta: spiritum scilicet et calorem et san. ad cor: ut ibidem unita roborentur contra morbum: quare per accidens depauperantur extrema calore et colore. Ex predictis ergo ostenditur quoniam et si epar vel stomachus vel cerebrum vel splen et universaliter omnia membra corporis inflammentur preter quod cor sit inflammatum non fiet vera feb. quemadmodum etiam si epar et membra singula infrigidentur preter cor dicetur ethica senectutis vel ydropisis vel cachecia. Quapropter sequitur ut omnis fe. sit calor innaturalis corporis totius: sed illud nequaquam convertatur. Concluditur etiam quod certe ex nullo accidentium cognosci possit fe. preter quam ex actione lesa virtutis vitalis que pulsu percipitur arteriarum: quoniam immediate se diffundit a fonte et stipite in rivulos atque ramos: propter quod ait Gal. lib. suo de pulsibus. Pulsus est preco fidelis super dispositiones cordis qui non fallit: potest namque urina tingi plurimum: licet non sit in corde feb. omnino. Dividentes autem febres dicamus quod omne accidens dividitur penes suam materiam subiectam per quam diffinitur in abstracto vel concreto. Subiectum autem febris concretum est corpus humanum vivens cum morbus sit passio viventis: ut ait Aristote. in lib. de causa longitudinis et brevitatis vite. Hoc vero corpus tribus tantum partibus integratur que sunt membra: spiritus et humores. Quarum prima corpus constituit. Alie vero due in esse vivo et operatione conservant. Sic igitur sunt tres prime febris species sive differentie: quia si calefactum esse sit in membris et eorum humiditatibus secundis. Calefieri vero in spiritibus et humoribus primis constituetur feb. ethica. Si vero calefactum esse sit in spiritibus: calefieri vero in membris et humoribus constituetur febris effimera. Si vero calefactum esse sit in humoribus: calefieri vero in membris et spiritibus constituetur febris humoralis que et putrida nuncupatur. Istarum autem subdivisiones pertractabimus inferius sigillatim cum in propriis capitulis de qualibet loquemur. Signa febris in eo quod feb. sunt caliditas corporis totius apud tactum maior debito et solito sine causa manifesta. Et pulsus maior fortior velocior atque spissior quam fit per naturam. Similiter et anhelitus et actio lesa in omnibus operibus nature. Apud actionem vero lesam virtutis naturalis impeditur appetitus et digestio: evacuatio stercoris et urine: veruntamen diversificantur hec omnia accidentia per species feb. diversas predictas: prout suis capitulis enarrabimus. Et feb. quidem similitudinem similiter et differentiam trium predictarum tales nobis tradidit Gal. medicorum princeps. primo de feb. et eius interpres Avicen. quarto canon. fen. f. Et quomodo est cum lebes calidus calefacit aquam in se et aerem extra se quod est exemplum feb. ethice. Et etiam cum aqua fervens effunditur in lebetem et ipsum calefacit et aerem vicinum quod est exemplum feb. putride. Et etiam cum

lebes ⁊ aqua frigida calefiũt ab aere calido qđ est exẽpluʒ fe.effimere. Et ex hoc scire potes in opꝫ quod facilꝰ est curare fe. effimerã ꝙ putridã: sicut ⁊ putridã ꝙ etbicaʒ prime speciei: neqꝫ confirmatã cõpare volueris fe.putride in vltimo malitie cõfirmate. Dicunt pꝛterea medici ꝙ fe.putrida est fe.fiens qm̃ esse eiꝰ depẽdet a sua cã. Febris vero ethica ⁊ effimera sunt morbi facti qm̃ post earũ impressionẽ amplius a cã non dependent. Ipse nãqꝫ sunt vt plurimũ a causa pmitiua cuius qđẽ nulla: vel modica repit intẽtio in curando. Fe.vero putrida fit vt plurimũ a cã antecedẽte ⁊ cõiuncta: quare medicatio pcipua repitur in causa: vt ait Gal.viij. de ingenio sanitatis. fe.ergo facta vna intẽtione curatur q̃ est alteratio. Febres vero fiẽtes duabꝰ indigent intentionibꝰ que sunt euacuatio ⁊ alteratio pfecta. Quelibet pꝛterea fe.si nõduʒ impressertt eiꝰ dispositionẽ in corpꝰ ⁊ fit imprimere pata ex quacũqꝫ leui causa d̃r febris futura fieri. Et indicatio eiꝰ in cura pcipua sumit̃ ab actu pseruatiuo q̃ consistit in rectificatione talis cause vel eius euacuatione.

¶ Ulterius sciendũ ꝙ fe.est essentialiter mala cõplexio calida put ex dictis pꝛobatũ est Est tñ ⁊ mala cõplexio sicca per accidens ⁊ ex consequẽti: qm̃ oĩs caloꝛ cuʒ excesserit: exiccat queadmodũ et frigiditas humectat vt dicit Gal.loco pꝛedicto. q̃re ⁊ res siue sint cibi: siue medicine opʒ vt sint frigide hũide cum vtute. vñ ait Ipo. pma pt. amphō. humide diete oĩbus febꝛibꝰ conferũt explicans qualitatem dubiam subticens vero certam propter bꝛeuitatem.

¶ De febre effimera
Capitulum secundum.

Febris effimera pꝛout in pꝛioribꝰ ostẽdimus ẽ mala cõplo calida diuersa corpis totiꝰ accensa tñ pmitus in corde hñs radicẽ ⁊ calefactũ esse in spiritibꝰ ramos vero ⁊ calefieri ĩ humoribꝰ atqꝫ mẽbꝛis nocẽs sensibiliter actioni naturali: sʒ qm̃ vt ait Gal. pmo de fe.melioꝛ febꝛiũ distinctio est q̃ sumit̃ ex suba. Idcirco p speciebꝰ fe.effimere discernẽdis spm̃ capiamꝰ dicẽtes ꝙ qm̃ triplex est spũs scʒ vitalis naturalis ⁊ aĩalis: nõ quidẽ q: differãt essentiali forma vel efficiẽte vel materia sed solo fine: siř ⁊ modo cõplonis. Ubi gratia. Omnis nãqꝫ spũs est p essentiã corpꝰ mixtuʒ clarũ subtile calidũ vergens in similitudinem supcelestiũ corpoꝛũ. vt ait Auic. in lib. de virtꝰ cord. Est etiã a corde ⁊ ĩ cordis sinistro vẽtriculo gñatus sm̃ formã subalem et cõplexionẽ pfectã ex sanguine purissimo in vẽtriculo dextro aggregato: verũtñ qm̃ sub hac forma ⁊ cõplone non poterãt imediate operatiões oẽs corpis exercere: qm̃ eius caliditas supfluens pꝛohibuit opationes aĩales: hũiditas vero deficiens opationes naturales transmisit ipm sapiens natura ad mẽbꝛa duo pncipalioꝛa pꝰ cor. s. cerebꝛũ ⁊ epar vt in ipsis nouũ gradũ cõplonis induẽs pꝛedictis opationibꝰ aptaret̃. ¶ Hoc igit̃ calefactũ esse aut stat infixũ spũi vitali q̃ pꝛioꝛ est atqꝫ calidioꝛ ⁊ simplicioꝛ oĩm: aut naturali qui cõpositioꝛ: aut aĩali qui oĩm est maxime restrictꝰ atqꝫ tẽperatus. ¶ Si quidẽ infixũ fuerit pmo spiritui vitali ꝯsurgũt quattuoꝛ spẽs. Pꝛima qđẽ pp̃ter irã inflãmatã. Scđa pp̃ter tristitiã cõstringentẽ. Tertia pp̃ter aerem calĩm perurentẽ. Quarta pp̃ter aerẽ frigidũ opillantẽ. ¶ Si vero calefactũ eẽ fuerit infixum spũi naturali cõsurgunt q̃nqꝫ species. Pꝛima quidẽ pꝛopter famẽ vel sitim inflãmantẽ. Scđa pꝛopter cibum vel potuʒ calefacientem. Tertia pꝛopter nauseatiuaʒ satietatem oppꝛimentem. Quarta pp̃ter vẽtris fluxum vel stipticitatem superfluenteʒ. Quinta pꝛopter negligentiam exercitij vel balnei consueti vel flebotbomie vel sudoꝛis oꝛificia venarum oppillantem ad qđ etiam reducitur omnis res opillans ⁊ per interiꝰ vt cibus ⁊ potus grossus viscosus. Et per exterius balneum in aquis tinarum vel decoctionis herbarum opil. Et si calefactum eẽ fit infixum spiritui animali surgunt sex species. Pꝛima quidem pꝛopter solicitudinem angustantem. Secũda pꝛopter vigilias perdurantes. Tertia pꝛopter excedentem somnum. Quarta pꝛopter catharrum calidum adurentem vel frigidum constringentem. Quinta pꝛopter aerem calidum cerebꝛum colliquantem vel frigiduʒ constringentem. Sexta pꝛopter exercitium et laboꝛem fatigantem. ¶ Signa autẽ feb. effimere communia sunt pulsus non valde velocioꝛ neqꝫ frequentioꝛ naturali consueto: similiter et anhelitus. et quoniam in ipsis dyastoles ma

ior est ꝙ sistoles cũ necessitas euacuandi fit adducta ꝑter ꝙ necesse sit fumũ caprinosuz. Et vrina nõ ꝑdit signũ digestiõis a ꝑncipio neqꝫ tingit vehemẽter ⁊ tactus quidem corporis est calid⁹ a principio q̃ manũ pungit: ỽm statim remittit si man⁹ in loco steterit tꝑe non lõgo: neqꝫ lingua ẽ vehemẽtis siccitatis vel aspiritatis vel magnitudinis ⁊ sitim ei⁹ extinguit magis aer frigidus ꝙ aq̃. Et ex signis circũstantib⁹ sunt post appentia: q̃m in ꝑncipio fe. nõ accidit horripilatio vl' pauca. neqꝫ in declinatiõe fit sudor oĩno vel pauc⁹: rorudus: subtilis. ¶ Signa ỽo ꝓpria cuiuscunqꝫ tra hũtur cõplete ex infirmi narratione siue antecessione cause ꝑmitiue cuiuscũqꝫ supra dicte quã decet medicũ diligẽter indagare.

Methodus.

Cura feb. effimere Ꝫ oẽs ei⁹ spẽs fere est vna ⁊ eadẽ in gñe qȯ est: vt habeat intẽtio sup alleuiatione causa ꝑmitiue q̃ fe. inducit cũ administratione rei oĩno ꝯrie do nec intẽperies inducat q̃m vt ait Ipo. In oĩ motione corporis cũ cepit q̃s laborare statiꝫ quiescere remediũ est: nec in hoc cadere põt error apud aliquẽ sciẽtẽ in medicĩa ꝑter quã in duab⁹ spẽbus q̃ vlteriorem curã ad se trahunt. Pria quaꝝ cã est q̃ fit ex nauseatiua sacietate in qua q̃deꝫ opꝫ cãm decidere ⁊ post hoc dispositionẽ alterare: vt ait Gal. viiij. de ingenio sanitatis. ỽbi grã. q̃m si crapula fit in stõacho qȯ scies q: recẽs est: neqꝫ aũ tꝑs longũ assumpta. Sil'r ⁊ sentit patiẽs dolorẽ grauatiuũ apud ꝑtẽ ventris supiorẽ cũ eructuationib⁹ diuersis tũc nõ euadet alterum duoꝝ modoꝝ q̃m vel ẽ cibus nõdũ corrupt⁹ plurimũ sed põt reduci ad benignũ: qȯ scies ex eructuatione saporẽ cibi retinẽte q̃re det dyatriũpipeon dyagallãga cuꝫ vino veteri amaro puro ĩ modica tñ ꝙtitate ne forte fe. dispositio augmẽtaret: ⁊ post hoc abstineat a cibo ꝑ duos vel. iij. dies ⁊ dormiat ꝓposse vel exercitet donec tota crapula digeratur ⁊ redierit appetit⁹. ⁊ fiãt oĩa dicta ca. de debilitate stõachi. Uel cib⁹ est corrupt⁹ qȯ scies qȯ eructuatiões sunt fetide horribiles fumose quidẽ si corruptio ꝓcesserit a calido excedente: acetose ỽo si a frigido deficiẽte quare statim educat a principio ꝑ vomitũ: vt docuimus ca. de bolismo. ¶ Si ỽo cibus ad intestina descẽderit distinguẽdum fere fiet in hac materia: q̃m stat adhuc in supioribus ⁊ gracilib⁹ qȯ scies q: cessant eructuationes ⁊ dolor sentit circa vmbilicũ ⁊ antecessit causa ꝑ longũ tẽpus post cibũ assumptũ quare si fit beniuolus cũ dyatriũpipeon sicut prius: q̃m ⁊ in intestinis gracilib⁹ quodãmȯ perficitur digȯ prima: vt ait Gal. viij. de ingenio sanitatis. ca. de fe. effi. ex satietate. ¶ Si ỽo fit maliuolus torsiones ⁊ angustias cũ vigilijs educãtur statim a ꝑncipio cuꝫ medicina leui sicut stomaticõ laxatiuum ⁊ beneȯ. et yerapigra vel cũ clisteri lenitiuo dicto ca. de stipticitate vẽtris. vel cũ suppositorijs dictis ibidem. vel cibus descẽdit ad intestina grossa iferiora q̃re tũc educat ꝑ clisteria siue crud⁹: siue corrupt⁹ fuerit. ¶ Scd̃a ỽo spẽs difficilis est q̃ fit ex opillatione orificioꝝ venarũ capillaris ⁊ pororum cutis in qua q̃dem necesse est vt medicus statim a ꝑncipio sagaciter ꝓcedat ne forte in fe. putridã cõuertat ad quã maxime prona est ꝓpter ꝓhibitiuaꝫ humoris transpiratiõnẽ. Primo igitur materias euacuet cum fleobothomia quidẽ si san. solus vel oẽs humores simul eq̃liter dominent quod scies ex habitudĩe carnosa vl' plectorica ⁊ vrina rubea vel cõfusa ⁊ colore corporis viuido vel turbido. Cum farmacia vero si vnus humor solus alius a sanguine vel duo dominẽtur. Quod scies ex vrina citrina subtili vel karopos grossa ⁊ regimine precedente: post euacuationeꝫ ỽo poros aperiat cum balneo aque dulcis tepide vel aq̃ decoctionis florum camomille in quo totũ corp⁹ leniter fricetur tempore longo: in ieiuno ex farina fabarũ vel furfure vel sale: sil'r ⁊ ꝑ interius cũ sirupo acetoso vel oximelle ⁊ cibis subtilibus: ita tñ vt si opillatio fortis fuerit quod scies quia feb. ⁊ anxietas nõ est fortis sed modica: leuiorib⁹ insistendũ ẽ medicinis.

Emperica.

In cura omnis feb. effimere ꝑterꝙ ĩ illa que fit a fame: vel siti: vel exercitio excedente cõferre videtur euacuatio cum fleobothomia vel farmacia iuxta electionem predictam. Similiter et dieta tenuis in ꝙto atqꝫ quali quoniam et si non quelibet feb. effimera fit cuꝫ materia plurima sine repletione in qualibet: tamen ipsarum leditur virtus digesti/

tia quare cibū simul plurimū vel grossus nō pōt elaborare.neqꝫ per hoc timendū est de virtute cū temp⁹ fe.sit breue:vt infra iam dicetur. In declinatione vero cuiuslibet ipsarum cōpetit balneū aque dulcis tepide:qm̄ calorem fe.alterat ꝛ reliquias insensibiliter resoluit. Sciendū preterea q̄ in fe.effimera predicta quādoqꝫ surgunt accidentia mala que sunt dolor capitis vomitus fastidiū sitis ꝛ similia quibus succurrendū est put in singulorum capitulis docuimus pro posse.

Canones.


Dicit Ga.viij.de ingenio.sani. q̄ ppriū feb. effimere est non trāsire tertiū diē q̄ si cessauerit die scd̄a breuior ꝛ leuior dicet̄. Si vero pma die cessauerit verissima atqꝫ purissima nūcupat̄ cū nomen fe.effimere tēpus vnius diei a grecis interpret̄:nec est aliqua febris effimera q̄ dies tertiū transire possit pter q̄ in fe. putridā cōuertat̄ excepta ea q̄ fit ex opillatiōe orificiorum venarū ꝛ pororū que quidē durare pōt vsqꝫ ad diem quintā.q̄ si tunc natura resoluit in putridā est conuersa quare ꝛ hec fe.nō est vere effimera:sed quasi media inter effimeram ꝛ putridā iudicatur. Dicit etiā Ga. ibidē q̄ ppriū est fe.effimere nō habere periodos neqꝫ paroxismos qm̄ periodus a materia dependet hūorali pter q̄ in feb. effimera ex opillatione q̄ quidē periodos h̄z. Vbi gratia qm̄ si materia opilians fuerit grossa flegmatica fiet periodus diurna. Si vero cholerica subtilis fiet periodus de tertio in tertium. Si melā̄ca de quarto in quartū. Si san.affligat assidue velut synocha cum acerbatione apud aurorā. Istis nāqꝫ alterationū tribus materia parū post parū opillat:ꝛ parū post parū euaporat. Dicit preterea Gal. ad istud propositū q̄ ad apa intrinsecum in quocunqꝫ membro nō pōt accidere feb.effimera. Ad apostema vero extrinsecū ꝛ proprie paruū et in aliquo emunctoriorum nō sequit̄ nisi fe. effimera qd̄ est qm̄ in eis nō peruenit vapor putridus ad cor cum sua substantia sed cum virtute ꝛ alteratione sola quod est proprium effimerarum.

Pronosticatio.

Solicitandum in cura feb.effimere statim a principio quoniā si diem quartā vel quintam ad plus transierit feb.putridā [illegible]bit. Itē si fe.effimere calor ꝛ feb.ꝛ omnia accidentia de die in diē minorētur salubre. Si vero calor fortificet̄ ꝛ pulsus diuersificetur et dyastolis minoretur cū augmentatione sistolis ꝛ vrina tingatur:neqꝫ in ea signa digestionis perseuerent cū fetore corporis ꝛ omnium existentium amplius debito significant:qm̄ apud diem quartum vel quintū cōuertitur in putridam timorosam si nō superuenerit sudor roridus:aut vomitus spontaneus:aut fluxus ventris:aut exitus sanguinis narium:aut alia euacuatio sensibilis eradicans causam antecedentem febr. putride fieri future. Itez si in apostematibus interioribus signa fe.effimere pure apparuerit paruitatem apostematis et salutem significant. Econtra vero si ad apostemata exteriora velut in emunctorijs signa febris alteri⁹ apparuerint preter q̄ in febre effimera magna apostema,timorosum significat. Unde ypocrates.iiij. particu.amphorif. In bubonib⁹ omnes fe.male exeptis effimeris. Item corpus sanguineum per naturam si febriat feb. effimera propter nauseatiuam satietatem pronum est labi in feb.putridam timorosaz et proprie si ventrem habuerit constipatum et demum in etbicā perniciosam. Item corpus flegmaticū per naturam febricitans fe. effimera ab estu sol' vel negligētia purgationis et exercitij consueti pronum est labi in feb.putridas cronicas malignas nisi apud diem tertium vel quintum euacuatio superuenerit sensibilis copiosa. Item corpus melancolicum per naturam maxime potens est om̄i febri effi.resistere et hoc quidē rōne cōplexionis quemadmodum corpus temperatum id potens est facere ratione fortitudinis virtutis. Item corpus calidum siccum p naturam facilius a feb. effimera curatur q̄ corpus frigidum et humidum per naturam quemadmoduz et facilius labitur in ipsam. Vn̄ Ypo.ij.parti.Amph. In morbis minus periclitant̄ egrotātes ꝛc. Itē fe. effimera propter opillationē venaꝝ ꝛ poroꝝ corpis ē oībus alijs difficilior in cognoscēdo atqꝫ curando:vt di.Gal.viij.de inge.san. qpropter ad ipsaꝝ cognitionē pleni⁹ hn̄dā scire cōuenit: quoniā hoc genus fe.nō accidit corporibus

extenuatis s3 repletis ad ipaꝝ curationē ꝟo
purgationib⁹ stati a pncipio fortib⁹ insistēdū

¶ De febre ethica ꝛ eius spēbus.
Capitulum tertium.


Ebris ethica vt ī pncipio dif
finitiõis fe. ostēdim⁹ est mala
cõplexio eqlis cal'a: sicca hñs
calefactū eē in cordis suba p
mo ꝛ suba alioꝝ membrorū
ex cõsequenti: calefieri vero in
humorib⁹ ꝛ spiritibus. Fit aūt hoc gen⁹ fe.
raro p se incipiēdo: vt pl'imū autē cõsequen
do egritudines alias. Cū autē fit per se inci
piendo fit ab ira assidua vel labore vel fa-
me vel coitu cor ꝛ mēbra inflāmāte atq; exic
cante. Cū vero fit cõsequendo fit altero duo
rum modoꝝ: qm̄ aut consequit̄ egritudines
vniuersales: ꝛ hoc vt plurimū. Dis nāq; fe.
putrida cū perdurat: ꝛ ppꝛie in corpore cho
lerico vel melico transit in ethicā: aut conse-
quitur egritudines pticulares: ꝛ sic accidit
post debilitatē quinq; membroꝝ principa-
lium: pcipue cordis pulmonis epatis ꝛ sto-
machi atq; renū cum sup aliquo ipsoꝝ ma-
la cõplexio calida fit lõgo tēpore durauerit:
vt ait Gal'. iij. de inge. sani. Et in isto quidē
sermone cõprehēdendo intestina ꝛ venas et
meseraicas qm̄ stomacho ꝛ epati alligant̄.
Sunt autē feb. ethice tres species siue gra-
dus. Primus quidem incipiēs ꝛ est cū humi
ditas scda q ros dr mēbroꝝ circūfluens de-
pascit̄: quemadmodū ꝛ cū lucerna depascit
oleū circūnatans: ꝛ hec est cura cõis facilis:
sed cognitionis summe difficilis. Secunda
vero pcedens: ꝛ est cu3 humiditas scda que
cambium dicit̄ membris imbibita cõsumit̄:
quēadmodū cū lucerna cõsumit oleū imbibi
tū in lichinio. Et ipsa est facilis cognitionis
difficilis ꝟo curationis. Tertius autē est per
ficiens cū humiditas tertia que glutē dr mē
broꝝ substantiā cõglutinās inanitur: quēad
modum cū lucerna inanit humidū radicale
lichinij: et hec est manifeste cognitionis: sed
impossibilis curationis. Qm̄ l3 humidū flu-
ens restaurari possit: humidū tm̄ radicale ne
quaq;. ppter qd ait Aui. iiij. can. pn̄ti ca. q
si tria spēs ethice posset curari: posset senex
per naturā iuuentutē induere ꝛ se in esse vi
uo ppetuare. Signa ppria fe. ethice trahū
tur a rebus quinq;. Prima quarū est calidi-
tas corporis infixa quā eger nõ sentit vel pa
rum. Et cum medicus manū apponit: sentit
a pncipio calorem lentū nisi fe. putrida com
plicet̄: sed si manus diutius immoret̄: sentit
augmentū caloris velut puncturā acuū cu⁹
contrariū est in fe. effimera ꝛ putrida. Scda
est qm̄ hec feb. nõ habet paroxismos nec exa
cerbationes aliqua horarū diei: immo est fi
xa equalis tēpore assiduo: nisi forte per acci-
dens. ꝟbi gr̄a. Quoniam vt ait Gal'. l. de fe-
bribus. Feb. ethica semp fortificat̄ p duas
horas cibo assumpto: l3 diuersis horis inor
dinatis. Et ideo quoniā tunc calor bullit ex
aduentu humidi nutrimentalis super mem
bra velut cum aqua spargitur super calcem
viuam. Tertia est pulsus: spissus: velox: dur⁹
debilis subtilis ꝛ longus ex caliditate ꝛ sic-
citate arteriarū ꝛ cordis cum debilitate vir-
tutis: quapropter si filum humidum circun-
datur brachio citius exiccabitur apud arte-
rias. Similiter ꝛ si vnguentum vel liquor li
niatur super corpus totum citius exiccabi-
tur apud thoracem. Quarta est vrina velut
corporis sani: ꝛ proprie in principio verum
cum processerit: fit vrina citrina intense cum
oleagineitate superficiei: et cum maxime p-
cesserit: fit aquosa cum vnctuositate plurima
propter caloris innati extinctionem ꝛ humi
ditatum radicalium membrorum ꝛ sperma
ticorum consumptionem. ¶ Quinta ab ha-
bitudine corporis trahitur: vt si cum predi-
ctis corpus de die in diem extenuetur sine cā
manifesta ꝛ vigilie superfluant cum prostra
tione appetitus ꝛ desiderio assiduo attra-
hēdi aerem frigidum. ¶ Signa autem di-
stinctiua trium specierum predictarum sunt
additio ꝛ remissio signorum predictorū. ver-
bi gratia. quoniā si signa priora omnia fue
rint recentia atq; remissa est prima species.
Si vero fuerint fortiora et facile apparen-
tia: ita vt vrina sit oleaginea ꝛ adeps ventris
ꝛ musculorum minoret̄ ꝛ oculi concauentur
fiet secunda species. Cum vero fuerint vlti
mata ꝛ facies fuerit tornatilis ꝛ caro muscu
lorum omnino cõsumpta donec ossa ꝛ nerui
apparere ceperint pter consuetudinē ꝛ cutis
fuerit tensa velut coriū ad ignem calefactu3
et arefactum que cum extenditur: redit cum
plurima tarditate: et vox fiat gracilis et ve-
ne apparentes vacue a sanguine: tunc erit

tertia species mortis vicine presaga.

Methodus. Feb. ethica cū sit febris facta in humiditatib⁹: vt diximus caplo de diuisione feb. auctoritate Gal.x. de ingenio sanitatis solis indiget alteratiōib⁹ ad frigiditatē et humiditatē nec est opus euacuatiōe cause: qm̄ post suū esse nō dependet amplius a causa nisi forte p accidēs: vtpote qn̄ cōsequitur ad feb. putridā illa remanēte. ¶ Hec autem alteratio cōplete trib⁹ rebus pficitur q̄ sunt balneū cibus ⁊ inunctio. In aurora igitur ⁊ post somnū ⁊ digestionē duplicem cōpletam surgat a lecto suo morose sine strepitu ⁊ exoneret ventrē suum si fuerit possibile ab egestione ⁊ vrina tunc intret balneum humectatiuū lenitiuū quale est pprium balneū aque dulcis tepide, sub aere tēperato ⁊ fortius illo est aqua decoctionis, maluarum foliorum salicis populi et cucurb. papaue. et nenuphar. viol. et ordei depilati. Et iterum fortius est balneū ex lacte dulci recēti: aut ex lacte ⁊ aq̄ simul mixtis: ⁊ ex balneis humectantib⁹ vt di. Mesue in suo de appropriatis. ca. de spasmo. est qd̄ fit ex aq̄ dulci ī qua cocta sunt capita ⁊ pedes edorum ⁊ agnorū et arietum pinguium: propter quod ⁊ quādoqꝫ fiunt clisteria cum hmōi et conferunt vehemēter: ⁊ in tali balneo leniter fricetur sine mora in ipso: quoniam nutrimentū digestum trahit ad membra et corpus rubificat atqꝫ dilatat queadmodū mora longa in balneo ⁊ fricatio aspera cum sudore corpus reddit euaporabile. Cū aūt balneū exierit vnguat pectus ⁊ spina tota ex oleo cōi: ⁊ ex oleo viol. ⁊ cū populeon ⁊ cū butiro recenti dissoluto cum lacte recenti mulcto. Et post vnctionē fundatur supra totuꝫ corpus aqua tēperata multa vergēs parump ad frigiditatem: tūc quiescat et dormiat vndiqꝫ pannis cōtextus sup lecto molli sub aere tpato vergente ad frigiditatē ⁊ hūiditatē aliqualem quam attrahat cum anhelitu suo preter q̄ corpus non tangat circūquaqꝫ. Talis nāqꝫ ordo balneatiōis et vnctionis corpus impinguat: calorem feb. alterat et naturalem conseruat. Et si corpus fuerit catharrosum nō fundatur aqua predicta super caput: sed super corpus residet omniquaqꝫ. Et si aer habitatiōis sue nō fuerit hmōi p naturā fiat talis per artē fundendo aquā ros. ⁊ sternendo folia viridia ppli ⁊ salicis ⁊ vitis albe. Cuꝫ aūt bn̄ quieuerit ⁊ dormierit sup lecto suo exercitet parūper in camera donec calor naturalis excitat⁹ fuerit ⁊ appetit⁹ comedendi redierit tūc absorbeat aliqd lactis dulcis recētis p se vel cū mica panis de simila ⁊ ppē si cōsuetus sit in vsu lactis ⁊ in ipo delectet: neqꝫ sumat cū eo cibū aliuꝫ: qm̄ de facilimo corruptibilib⁹. vt dicit Gal. vij. de ingenio sanitatis sunt lac sang. sperma q̄re in stomacho calo ɔuertit in fumositatē in frigido ad acetosum ⁊ sic nō nutrit: sꝫ corpus aggrauat ⁊ virtutē ledit naturalē. Si igit lac corrūpi nō cōsueuit in stomacho suo qd̄ scies ex eructuationibus oportet vt sugatur ex mamillis priusq̄ alteret ab aere cōtinente. Quod si fieri nō est possibile detur illico cū mulsuꝫ fuerit cū modico zuccari si stomachus sit calidus vel modico mellis. si stomachus sit frigidus: neqꝫ cōueniens est in hoc oē genus lactis: immo precipuū oib⁹ est lac mulieris propter omogeneitatem sui ad nostrum corpus: et post hoc lac asine: quoniā omniū est subtilissimum ⁊ minime caseat in stomacho et post hoc lac capre paste ex herbis frigidis humidis et bono feno et post hoc vacce et post hoc lac ouium. Sed oportet vt ipsius pars superior tunicosa separetur cū coclear i postq̄ per vnam horā constiterit: vel oportet vt ipsum cum ferro vel lapide ignito donec acescat. aliquantum vstuletur et partes eius butirose consumantur que sunt in eo plurime facilis inflammationis et cum huiusmodi balneo et sorbitione lactis alternatim regatur per tres dies sine omni cibo alio donec virtus confortetur: tunc nanqꝫ ad cibos alios gradatim transferatur. Si vero non sit consuetus in vsu lactis: neqꝫ stomachus in ipso delectetur. sorbeat post balneū loco lactis ex iuribus edorum vel pullorum coctis cum portulacis lactucis cucurbi. vel similibus: vel sumat ex pultibus ordei vel farris vel auene conditis cum lacte amigdalarum dulcium et penidijs: vel sumat micā panis lotā bis vel ter in aqua frigida. Et opꝫ vt oīs cib⁹ eorū sit actu frigidus cū administrat. Et cū post dies aliquos p huiusmodi confortatus sit: nutriatur cancris fluuiali

bus vel piscib⁹ petrosis assis supra prunas vel elixis cōditis cum vino granatoꝝ donec ad vsum carniū pcesserit edorū agnorum et pullorum. ¶ Ex fructibus vtat̄ pomis sapidis ꝛ piris ꝛ citonijs assis ꝛ pineis ꝛ amigdalis dulcib⁹ et auellanis mundatis ꝛ nutritis per noctē in lacte dulci ꝛ sic cū balneis ꝛ vnctionib⁹ ꝛ sorbitionibus p̄dictis alternatim factis oī die naturali bis vel ter regatur tēpore longo donec fe. extinguat̄ ꝛ corp⁹ resumatur. Tūc caueat oīno a coitu tra ꝛ labore. sed gaudeat solatijs ꝛ tripudijs ocio ꝛ qete et somno plurimo ꝓposse. Si vō calor fe. intensus fuerit quēadmodum accidit in specie secunda: epitbimet̄ pectus ꝛ cor cum pecijs lineis infusis in aqua in qua dissolut⁹ sit puluis ro. ꝛ sandaloꝝ actu frigidis vel refrigefactis si corp⁹ ex eis rigorē senserit. Et in hoc casu p̄cipit Rasis in almā. vt induāt camisias sandalatas et ꝓpue cum exeūt a balneo in quib⁹ dormiāt tempore longo. Et vngatur pect⁹ ꝛ spina tota cum vnguento isto actu frigido. ℞. populei. ℥. ij. olei viol. olei ros. salicis olei nenuphar. aā. ℥. ß. muscillaginis dragantī muscillagiū. seminis citoniorum ꝛ malue. aā. ʒ. ij. cere albe. ℥. ij. cōficiantur oīa simul in forma vnguēti: qm̄ consumptionē corporis ꝓhibet excellenter. Et alienetur in ei⁹ medicinis cāphora qm̄ licet sit frigida vehemēter exiccat. Hec est ergo methodus fe. etbice ratione sui. Unde sequunt̄ ipsam qnq̄ accidentia que curam ad se trahunt ꝛ sunt sitis vehemens fluxus ventris ꝛ stipticitas. Ad sitim igitur extinguēdam vtatur ante cibū per duas horas trocis. de camphora dictis ca. de ptisi. Et fiant oīa dicta ca. de ptisi. ¶ Ad fluxum ventris vtatur trociscis de karabe dictis ibidem: ꝛ in hoc casu precipuū est lac vstulatū ꝛ pultes ex eo facti cum riso vel farre vel auena: qm̄ stipticat et nutrit ꝛ alterat ꝛ confortat. ¶ Ad stipticitatem ventris vtatur prunis cerasis vuis maturis ficubus ante cibū ꝛ si necesse fuerit leniatur cū suppositorio ex penidijs vel sapone vel lardo vel cū aqua dulci calida in qua dissoluta fuerit manna cassiafistula tamarindi. Sed nequaq̄ pcedatur ad acuta quoniam febrem inflāmarent ꝛ virtutem deijcerent. ¶ Extat preterea febris etbica plerumq̄ cum putrida vel egritudine alia complicata quā sequitur ipsa remanēte: et tunc fiet cognitionis a. q̄ curationis difficilioris ꝓpter intensionē et multitudinē ꝛ virtutis oppressionem. Oportet igitur vt dicta in hoc casu et dicta in sequētibus capitulis vbi de febre putrida loquemur debite misceant̄. Ita vt si fe. etbica dominari cognoscatur ex corporis arefactione plurima magis insistamus alteratiuis q̄ euacuatiuis. Si vō fe. putrida dn̄ari cognoscatur ex vrine cōfusione et corporis plectoria magis euacuationib⁹ insistamus: in neutra tamē neutrā partium negligamus sed vtrisq̄ gradatim parum post parū intēdam⁹: q̄ vt meli⁹ fieri possit virtutem cōfortem⁹ cū cibis sufficientib⁹ appropriatis ne deficiat in via. Et in hoc casu penit⁹ alienādus est lactis ꝛ aque frigide vsus: qm̄ materias putridas augmentaret postq̄ eis admisceret̄ in stōacho vel intestinis: sed loco ipsi⁹ ptisana colata capiat̄ vel iulep vel mellicratū prout materia calida vel frigida postulauerit.

Emperica.

Electuariū restauratiuum quo corp⁹ etbicum impiguat̄ ꝛ infrigidat̄ sic fit. ℞. succi liquir. dragagāti gūmi arabici ros. san. al. et rub. aā. ʒ. ij. se. portulace semis papaueris al. seim cōmuniū frigidoꝝ mūdatoꝝ seis maluarū seis bōbacis excorticati seis citoniorū. aā. ʒ. iiij. spodij reubarbari berberis. aā. ʒ. iij penidiō. amili. ordei depilati pineaꝝ amigdalarū dulciū auellanarū excorticatarū. aā. ℥. ß. zuccari albissimi. lib. iij. Et sunt q̄ addunt lactis papaueris ꝛ vini granatoꝝ. ℥. ij. ꝓpt infrigidationē. ꝛ sunt qui addūt succi cācrorum fluuialiū elixoꝝ in aqua dulci ꝛ post cōtusorum in mortario ꝛ expssoꝝ: vel succi tortucaꝝ vel succi limaciarū vel succi pullorum vel edorū vel agnoꝝ lib. ß. ꝓpter resumptionē. Et fiat ex oibus electuariū durū vel confectio mollis vel zuccarū ros. put egri desiderīū postulauerit ꝛ pōt addi aliqd ex spēb⁹ dulcibus nō acutis sicut sunt cinamomum gar. spica propter aromatizationē de quo sumat patiēs p⁹ exitū cibi a stōacho ꝛ añ balneū ꝛ bibat p⁹ ipsaꝫ aquā zuccari frigidā vl̄ aquā purā. Electuariū ad refrigēdū ꝛ īfrigidādū fit ex hmōi mixtura. ℞. zuccari ro. si vēter sit fluid⁹ vl̄ zuccari viol. si sit stipticus

diadragāti triasand.añ.ꝑ. ℥.electuariū du cis quartā par.illi⁹ si stōach⁹ sit debilis in di gerendo addunt aliqui.

Canones.

Rationabilr dubitat virū in cura feb.ethice debeat balneū añcedere cibū vel ecōuerso videtur ꝙ sic auctoritate Gal.vij.ꝛ.x.de ingenio sanitatis.quē in methodo sum⁹ assecuti sui: tō suffragat ꝙ balneū antecedat: qm̄ si cib⁹ antecederet balneū rapet crudus ad mēbra. Sed hui⁹ cōtrariū videt: qꝛ cū cibus restauret:balneū ꝟo maniat ꝛ corpus ethicum restauratiōe sola indigeat nō euacuatiōe videt ꝙ cibus sit balneo p̄mittēdus. Dicendū aūt videt ꝙ qōlibet pōt cuilibet añferri: vt est d mēte Aui.iiij.cañ.fen.j. Verūm in hoc accidit distinctio: qm̄ in hoc corpe necessaria est restauratio:silr ꝛ alteratio. Si igit medicus intēderet restaurationi:vtpote si corp⁹ sit cōsumptū ꝛ virt⁹ debilitata cōuenit vt cibus p̄mittat. Si ꝟo intēderit alterationi: vtpote si febris sit intēsa ꝛ multū ꝓcesserit:ita tñ vt virtus adhuc tolerare possit cōueniens sit vt balneū p̄mittat. ¶ Sciēdū tñ ꝙ cib⁹ q pōt ꝓcedere balneū nō est quicūqꝫ neqꝫ qñcunqꝫ offerēdus: sꝫ dꝫ esse modic⁹ q̄titate ꝛ facilis digestiōis ex sua substātia ꝛ q̄litate: velut est lac recēs vel succus ptisane vl' ius carniū laudabiliū: scꝫ pulloꝝ ꝛ edoꝝ. Et dꝫ offerri per tres vel q̄tuor horas ante balneū vt pfecte digerat: neqꝫ crudus virtute balnei ad membra capiat. Ex q̄bus appere pōt ꝙ corpus ethicū pōt trib⁹ vicib⁹ cibari in die naturali ꝛ vicib⁹ totidē balneari: sed non plurib⁹ si rōnabilr ꝓcedat: scꝫ p̄ma in aurora: scđa i vesperis: ꝛ tertia in media nocte. Ita tñ ꝙ be hore āticipētur ꝛ retardent ſm elōgationē diei sup noctē in estate vl' ecōuerso in hyeme Dicit ꝓterea gal.x.de inge.sanitatis.ꝙ malus opꝫ esse tp̄e humectādi q̄ infrigidādi ꝓpter frigiditatē esse q̄litatē actiuā valde: q̄re medic⁹ ītēdat ꝛ extēdat multū humectatiua sup infrigidatiua cū ꝟtute. Subdit ibidē ꝙ lꝫ oīs cib⁹ ꝛ pot⁹ ꝛ aer cōtinēs corpa ethicoꝝ sit actu frigid⁹ offerēd⁹: nō tñ opꝫ vt sit frigidus vltimate velut est aqua frigida: qm̄ et si febrili dispōni ꝯferat mēbra destruit nutritiua. Aqua nāqꝫ si frigida potet ꝛ i stomacho remāserit frigida tp̄e longo digestionē ꝓhibet: ventositatē eleuat ꝛ trāsire morat ꝑ meseraicas ad epar: vt ait Ipo. iij.regiminis acutoꝝ. Est tñ cū aqua frigida potata ilico inflāmat ꝛ febrē accēdit: ꝛ q̄nqꝫ fluxū ventris: ꝛ ꝓprie in ventre cholerizāte. Sit igit aqua ipsoꝝ silr ꝛ potus alij ꝛ cibi tēperati cū vergentia ad frigidū: qꝛ ꝛ alterāt actu ꝛ virtute: neqꝫ conuenit vt sint tepidi: qm̄ tepida sunt facile vomitiua.

Pronosticatio.

Prima spēs ethice facile curat: sed difficile cognoscit.scđa spēs facile cognoscit: sed difficile curat.tertia spēs est cognitionis manifeste: sed curationis impossibilis oīquaqꝫ. Itē ethica febris marie accidit infra annū.xviij. ꝛ.xxxv.qm̄ est tp̄s feruoris: quare in ea corp⁹ cito marasmat ꝛ moritur. Ante ꝟo hāc etatē ꝛ post q̄nqꝫ curatur facile vel palliat tp̄e longo: ꝛ ꝓprie in mulierib⁹ ꝛ sanguineis ꝛ flegmaticis ꝑ naturā.vñ Ipo.v.ꝑti. amph. Ptisis fit maxime etatib⁹ a.xviij.annis ⁊c. Itē fe. ethica vt plurimū interficit in autūno: qm̄ est siccum tp̄s inordinatū ꝛ ꝓcessit estas calida resolutiua humiditatū naturaliū influentiū ꝛ radicaliū.vnde Ipo.iij.ꝑ.amph. Autūnus ptisicis malū. Itē si cepit appetit⁹ ꝓsternit: crura īflari: vēter influere: capilli cadere: cutis arescere siue arefieri: ita vt splēdeat velut ꝑgamenū in quo nō apparēt ruge oīno ꝓpinqu⁹ erit morti.vñ Ipo.v.ꝑ.āph. A ptisi habito dyarria supueniēs mortale. Itē solicitudo in ꝓnosticatione ethimologiarū: qm̄ morīēdo loquūtur: ꝛ loquēdo moriunt. Itēꝫ fe.ethica facil⁹ accēdit in corpe cholico ꝑ naturā vel sexū vel etatē ꝛ facil⁹ curat: ꝛ difficil⁹ curat ꝛ accēditur in flatico. In corpe vero sanguineo vl' melācholico medio modo se hꝫ vt patet.ij.ꝑ.amph. In morbis min⁹ piclitātur egrotātes. Itē fe.ethica si fuerit cōplicata cū fe.putrida ꝛ egritudine alia quacūqꝫ difficilioris est curationis q̄ si sola preter q̄cum yposarcha.

¶ De ethica senectutis. Cap.iiij.



Ec egritudo nō est fe.sed propter silitudinē noīs ad fe.ethicā: silr ꝛ dispositiōis q̄ cōsistit in extenuatione: ꝯsumptione: ꝛ arefactiōe corporis ab Aui.

sub sermone fe. ethice collocat. Est aut ethica senectutis mala cōplexio frigida sicca dominās sup cor ꝛ corp⁹ totū ex qua fit habitudo macra rugosa cū colore pallido vel plumbeo velut in corpib⁹ senū accidit p naturā: ppter qḋ ꝛ ethica senectutis dr. Fit autē hec passio aut p se incipiendo ꝛ hoc vt raro: aut cōsequendo egritudines alias: ꝛ hoc vt plurimum. Et cuꝫ fit per se incipiendo fit propter frigiditatem corporis naturalem ꝛ epatis siccitateꝫ. Hec nāqꝫ duo mēbra principalia sunt fons ꝛ origo duaruꝫ qualitatū principalium quibus virt⁹ naturalis pficit ꝛ vita conseruat. Cor quidē caliditatis: epar humiditatis: velut accidit pprie in corporibus melancholicis p naturā vel etatē vel solicitudineꝫ perdurantē. Et sicut accidit illi symee de qua loquitur Gal. v. de interioribus. qꝫ sine causa manifesta extenuabatur quacūqꝫ die donec ꝛ moreretur: quam dum pcepisset anathomiꝫari nihil humiditatis reperit in capsula cordis. Et ex hoc cognouit quomodo cor ppria humiditate priuatuꝫ quā sibi natura tribuit ne ppter motum assiduum ꝛ calorē spirituuꝫ consumeret: deficit necessario in sua substantia ꝛ opatione. Cuꝫ auteꝫ fit consequēdo fit ppter debilitatem stomachi ꝛ intestinoꝝ ꝛ meseraicaruꝫ assiduā perdurantem: qm̄ scꝫ super eadem dn̄atur humiditas cruda extranea ppter indigestionē ꝛ crapulam pdurante: velut accidit pueris post vsum fructuuꝫ plurimoꝝ ꝛ adultis ꝛ senibus habētibus natural' vel ex tempore virtutem stomachi defectaꝫ. Signa ethice senectutis in cōi sunt habitudo macra pdurans assidue cuꝫ colore fedo ꝛ debilitatione virtutis quaqꝫ die preter solitū manifesta. Et est qn̄qꝫ cum appetitu sufficienti: qn̄qꝫ vo cum pstratiōe appetitus: ꝛ proprie cū stomachi frigiditas ꝛ virtutis eius debilitas cū humoris multitudine vltimant. Signa aūt distinctiua p se incipiendi vel aliud cōsequēdi trahunt ex narratiōe patiētis sup debilitatem stomachi digestionis vel ei⁹ priuatione ꝛ antecessione egritudinum cronicaꝝ: sicut de fe. quotidiana ꝛ quartana ꝛ similia.

Methodus.

Intētio curatiōis huius egritudinis duobus perficit. s. humectatione ꝛ calefactione: ꝛ hec proprie sunt cum balneis ꝛ vnguentis: quare curat oīno cura feb. ethice preter qꝫ opus est calefactiuis. In aurora igit post somnuꝫ ꝛ digestionē completā ꝛ stercoris euacuationem: balneet in aqua dulci tepida in qua cocta sint malua althea arthemisia calamentū balsamita vel in qua cocta sint capita ꝛ pedes edoruꝫ ꝛ agnoꝝ ꝛ arietū pinguiū in qua fricent leniter cuꝫ farina fabaruꝫ excorticataruꝫ vel furfuris sine mora in ipso: qm̄ duꝫ mēbra rubere ceperint atqꝫ dilatari ex nutrimēto attracto p balneū ꝛ fricationē ilico cessandū est: ne forte balnei vel fricationis supfluitas poros dilataret ꝛ corpus inaniret. Tunc igit inungat pectus ꝛ spina tota cuꝫ dyalthea mixta cū modico populeon vel cū oleo nardino vel butiro recēti sine sale: ꝛ post vnctionē fundat sup corp⁹ totum aqua dulcis tempata vel frigida si ex ea nō senserit horrorē. Et ponat i lecto molli in quo pannis mollibus vndiqꝫ coopertus dormiat ꝛ quiescat sine sudore. Preterea vo parump exercitet sub aere tempato donec calor naturalis fiat ꝛ appetit⁹ excitent: ꝛ tūc comedat ex cibis facilis digestiōis calefacientibus moderate: sicut sunt iura pulloꝝ ꝛ edorum ꝛ agnoꝝ annaliuꝫ inspissata cū vitellis ouoꝝ ꝛ cōdita cuꝫ ꝫinꝫibere cinamomo croco cardamomo: ꝛ sicut sunt oua sorbilia ꝛ pisces petrosi recētes assi vel elixi cōditi cū spēbus aromaticis nō acutis. Et sicut sunt bucelle panis de simila cōdita cū butiro: nec cibum vna vice multiplicet donec digestio stomachi pfortet. Postqꝫ aūt cibus talis digestus fuerit qḋ est apud horā vesperoꝝ redeat ad balneuꝫ supradictuꝫ. Et sic regat p plurimos dies cum balneis ꝛ vnctionibus ꝛ cibationibus alternatis bis vel ter quacunqꝫ die naturali: donec corpus pfecte resumat ꝛ dispositio pmutet: queadmodū plene scripsim⁹ ca. de cura fe. ethice. Qḋ si stomachus ꝛ vrina fuerint humoribus crudis repleta digerant statim a principio ꝛ educant: prout docuim⁹ caplo de sto. debilitate. Et post hoc perueniat ad balneationē supradictā. Et cū ad sanitatem redierit debitā vel ꝯsuetā abstineat a coitu vel labore supfluo ꝛ vigilijs ꝛ ira ꝛ solicitudine pposse. Gaudeat ocio tripudijs ꝛ qete: exercitetur omni die gradatim ante cibum incipiendo motū a debili tendendo ad

fortem redeundo ad debilē. Sed post cibus exercitari nō cōuenit oīno aut parūper: vt .s. cibus ad fundum stomachi descendat pter ꝙ ad eius latera cōquasset. Ex fructib⁹ vtat pineis mūdatis ⁊ amigdalis dulcib⁹ ⁊ auellanis ⁊ fisticis ⁊ ficubus ⁊ vuis maturis. Et qñqꝫ si vēter restrict⁹ fuerit: sumat ante cibū ex prunis cerasis: sed eoꝝ vsum deuitet assiduū: leniat qñqꝫ cū cassia fi. tamarindō. manna: sed nō cum acutis.

Emperica.

Regimē istius egritudinis ē regimē impinguationis corpis macri frigidi debilis melī ci per naturā. Hoc aūt regimē maxime compleť cū cibis ⁊ medicinis sanguinē ⁊ spma multiplicantib⁹: vt sunt pisces laudabiles ⁊ dyasatyrion ⁊ dyātbos: q̄re dicta ca. de defectione coitus. ⁊ q̄ dicenť ca. de igrossatiōe corpis macri. sublimiť suffraganť. Ex cibis pterea multū ⁊ subito nutriētib⁹ est lac butirosum recenter mulsum q̄le est vaccinū vel ouinū: quēadmodū ⁊ lac nō buttirosum in cura fe. ethice cōmēdať: velut ē lac muliebre vľ asininū ľ caprinū. Opꝫ aūt vt q̄ ex lacte nutriť ⁊ impinguari voluerit sit ī ipo cōsuet⁹ ⁊ ī ipo stomachus ⁊ os egri delecteť: qđ si nō fuerit corrūpeť in stomacho calđ quidē ad fumosū ⁊ frigido ad acetosuꝫ: quare nō nutriet: sed eructationes ⁊ angustias inducet. Ars autē lac conseruandi ne corrūpať extra stomachū vel in stomacho hec est vt sugať a mamillis qđ si abominabiľe fuerit: sorbeat ilico cū mulsum fuerit p se vel cū mica panis de simila pter ꝙ ali⁹ cibus oīno ei nō misceať: nisi forte stomach⁹ fuerit cholerie⁹ tūc ꝯuenit vt aliq̄d zuccari tabarzeth misceať: vel flegmaticus: tūc ꝯuenit vt aliq̄d mellis purissimi misceať. Si vo lac recēs haberi nō sit possibile poterit hoc mō p horas sex vel circa id in bonitate sua cōseruari: videlꝫ vt ilico cū mulsuꝫ fuerit ponať in vase suo ligneo bñ obturato in aqua calida temperata: quoniam naturalem facit calorem remanere.

Canones.

In cura huius egritudinis tēpus calefaciēdi breue: tps vo humectādi lōguꝫ valde qđ est: qm̄ hūiditas ē q̄litas tarde ipzimēs ī corp⁹ ⁊ siccitatē deuincēs: ppť qđ ait gal. vij. de inge. sanitat. ꝙ facili⁹ ē hūidū exiccare ꝙ̄ siccum hūectare: verū cuꝫ caliditas fortis exiccet: cōuenit hūc patiētē abstinere a reb⁹ acutis: vt sunt pip allia sinap. Siľr ⁊ ab acumib⁹ vt acetū ⁊ agresta succus berber. ⁊ a cibis vallde salitis vel fumigat.: nisi forte qñqꝫ ex eis parū gustauerit ad ꝓuocationē appetitus: sed nutriať reb⁹ dulcib⁹ aromatizātib⁹ facilis digōnis: sicut est vinū rubeū dulce clarū: Siľr ⁊ claretū: qm̄ solū dulce nutrit vel ppuruꝫ vel prednans in mixto: vt ait gal. iij. de simp. i. medicinis. Sciēdū pterea ꝙ cū ethica senectutis nō sit aliud ꝙ̄ defectio v̄tutis nutritiue: necessariū ē vt in ei⁹ cura rectificationi ⁊ ꝯfortatiōi mēbroꝝ naturaliū insistamus: ⁊ ppzie circa stomachū ⁊ epar cum vnguētis ⁊ emplis calidis stipticis aromatic.: que suis capi. tractauimus proposse.

Pronosticatio.

Ethica senectutis maxime accidit āte. xviij. annū ⁊ post. xxv. ānū mō q̄si ꝯtrario fe. ethice: qđ est qm̄ āte tps. xviij. ānoꝝ est humidū radicale adhuc plurimū cui nōdū accidit diminutio de qua curādū sit: q̄re calidū naturale remanet oppssum ad qđ deseruit plurimū humidū insluēs nutrimētale: ⁊ ppzie in pueris gulosis. Sed post tps. xxv. annoꝝ qđ est termin⁹ pfectiōis ⁊ ꝯsistētie diminuiť humidū radicale atqꝫ depasciť a calore: q̄re deficiēte pabulo deficit ⁊ calor naturalis. Iteꝫ hec egritudo maxime accidit corpib⁹ melicis p naturā vel regimē vel etatē ⁊ qñqꝫ flaticis. Itē hec egritudo vt plimuꝫ succedere cōsueuit egritudinib⁹ cronicis apud declinationē: qm̄ tūc est in eis san. modic⁹ ⁊ calor naturalis defect⁹ ex egritudine p̄cedēti: q̄re sagaciter succurať. Itē ethica senectutis est tardioris terminatiōis ad morē citioris vo ad saluteꝫ: cui⁹ ꝯtrū in fe. ethi. repiť. Sunt ei⁹ pterea tres spēs siue grad⁹: quēadmodū ⁊ fe. ethice. q̄rū pma est facile curabilis: ſꝫ difficile cognoscibilis. scđa vo ecōuerso. tertia aūt nulli⁹ latet cognitionē ſꝫ nequaꝙ̄ recipit curationeꝫ: quēadmodū neqꝫ seniuꝫ naturale: neqꝫ dr̄nt ij grad⁹ nisi ſm magis ⁊ min⁹ vel antiqui⁹ ⁊ recētius. vñ Ipo. ij. p. amph. Que ex multo tpe extenuātur corpora tarde reuerti consueuerunt.

¶ De cura fe. putride. Capl'm. v.

Licet oīs fe. ꝑ naturā rei sit calor putredinalis ꝛ oīo calori naturali ꝯtrarius: vt ostēdimꝰ ca. de diffi. feb. verūtn̄ apud medicos illa fe. ꝓprie dr̄ putrida: cuꝰ calefactū esse est in humoribꝰ. calefieri vero in spiritibus ac mēbris q ꝛ fe. hūoralis nūcupaꝶ. Ad sciam aūt pfectā nois ꝛ diffinitiōis fe. putri. dicamꝰ: qm̄ ista. iiij. hn̄t se ꝑ ordinē: vt dicit gal'. xj. de inge. sani. Primo nāqꝫ humoralis materia collecta ex cibis ꝛ potibꝰ supfluis in corpe replet ip̄m ꝫm vasa sui q̄ntitate ꝛ aggrauat ꝫm virtutē sui q̄litate. Deīn vero talis repletio ꝛ grauitas poros cutis ꝛ ora venaꝝ capillarium opillat. tertio vero talis opillatio trāspirationē ꝛ euētationē caloris naturalis ꝓhibet. q̄rta aūt calor naturalis hūoris ex hoc ebullit neqꝫ regulaꝶ a natura q̄re fumuꝫ caprinosum a cētro eleuat ad circūferentiā velut accidit in stercoribꝰ ꝛ aliis rebꝰ cuꝫ putrescūt: qm̄ ꝑueniēs corporal'r ad cor ip̄m inflāmat vltra sui debitū. Deinde ꝓcedēs ab ip̄o ꝑ venas ꝛ arterias i corpus vniuersuꝫ febrē putridā inducit. ¶ Cā igiꝶ feb. putride triplex est. s. primitiua āns ꝛ ꝯiūcta: que ꝛ sunt cause oīm morborꝫ: neqꝫ sunt plures alie. ¶ Primitiua q̄dē est cā extrinseca veluti estꝰ solis carētia exercitii vel balnei vel euacuationis ꝯsuete. Sil'r ꝛ āncessio crapule ꝑdurantis ꝛ ꝓprie ex rebꝰ facile putrescētibꝰ vt sunt lac ꝛ fructꝰ olera ꝛ pisces. Et sicut est motus inordinatꝰ sup cibuꝫ ꝛ assumptio vini plimi vel ꝯfectionū calidaꝝ fumosarū post cibuꝫ. ¶ Antecedens vero est cā intrinseca mediata cuncqꝫ facta fuerit imediata vocabiꝶ ꝯiūcta cā. verbi grā. humor vel cibꝰ supfluus aptus putrescere donec ꝛ iam putrescat. ¶ Ad cōpletū igitur intellectū fe. putride ꝛ suarum specierū: dicamus ꝙ ꝫm Gal'. p̄mo de differentiis febriū. Differentie multipliciter requirūtur. ¶ Prima quidē ex materia ꝛ hec est melior illarū distinctio: qm̄ aut est hūor simplex: aut mixtꝰ: ꝛ siquidē simplex sic fient quattuor species. Pria ex sanguīe. Scda ex cholera. Tertia ex flegmate. Quarta ex melancholia. ¶ Si vero cōmixtus sic fiunt diuerse species q calamo scribi nō possunt nisi in genere prout diximus ca. de cura febriū putridarū ꝛ cōpositarū. ¶ Scda diuisio fe. putride est ex forma afflictionis: qm̄ aut eiꝰ materia est intra venas ꝛ arterias ꝛ sic fit fe. cōtinua q semp affligit: aut est extra venas et sic fit feb. interposita q q: certis ꝑiodis fluit ad minerā putredinis idcirco quietem interponit. ¶ Tertia vero diuisio ipsarū q est maxime necessaria cognosci a medico ipam curare volenti est ex qualitate materie ꝛ mō cursus eiꝰ in pugna cōtra naturā que est: qm̄ materia aut est acuta calida: ꝛ sic feb. facit acutam: aut frigida grossa ꝛ sic febrem facit cronicā: aut medio modo ꝛ sic fe. facit tropicam seu cōuersiuā. Hanc aūt ꝓposse pertractabimus capl'o de significatione fe. an terminanda sit per crisim vel sine crisi: quoniā nō est possibile ipsaꝫ pfecte intelligere sine crisis cognitione. ¶ Signa fe. putride cōta que nō faciunt errare cū simul fuerint sunt hec pulsus velocior ꝛ frequētior debito vel cōsueto in quo sistoles maior est ꝙ dyastoles ꝓpter minorē necessitatē expellendi fumū capnosum ꝙ euacuandū calidū: sil'r ꝛ anhelitꝰ inordinatus ꝛ vrina rubea cōfusa in q nō apparet digō statim a ꝑncipio vel parū apparet ꝛ ꝓprie cū materia fuerit pauca. vbi grā et virtus fortis cuꝫ regimine bono ꝛ tactus quidē corpis apud manū medici sentiꝶ calidus mordax acutus vaporosus ꝛ ꝑmutatio lingue ad sapores alienos sine cā manifesta cū siti ꝛ fastidio ꝛ anxietate plurima ꝛ lassitudine mēbroꝝ corpis totius ꝛ ꝑmutatione somni ꝛ vigiliarū in ordinē nō cōsuetū ꝛ dolore capitis pulsatio ꝛ fetor exeūtium plus debito ꝙ cōsueto. ¶ Signa distinctiua fe. putride an sit cōtinua vel interposita non pn̄t trahi nisi ex plus apparentibus: quoniaꝫ in principio omnis feb. putride sentit patiens horripilationē ꝛ rigorē: hec tamē est in fe. cōtinua propter reuocationem caloris naturalis ad interiora propter sensationē nocumenti. Sed in fe. interpollata ꝓpter sparsionem materie nondū putrescentis: apte tn̄ putrescere super membra sensitiua musculosa que sunt in ambitu totius corporis. Simil'r ꝛ in declinationibus eorum fit vt plurimū sudor exuberās diurꝰ vaporosus vel alia euacuatio sensibilis manifesta: nisi forrassis materia sit pauca ꝛ benigna ꝛ virtus fortis insensibiliter ipsam resoluens: quare oportet vt talis distinctionis signum capiatur ex

afflictiõe fe. vbi gratia. Si desint aliqua bo rarũ in infebricitationẽ ⁊ quietẽ pfectaꝫ ve erit interpollata. Si vo nunq̄ pfecte desit eius afflictio: lꝫ exacerbet magis vna horaꝝ diei q̄ altera vendicet fe. cõtinua pportiona bilis. Nõ si oi tpe equalr̃ affligat velut sino cha dr̃ fe. cõtinua nulli interpollate fe. inter posita pportionata pprijs differemus.

Cura feb. putridaruꝫ in generali

Methodus.

duob⁹ pficit̃ instrumẽtis: dieta videlꝫ ⁊ medicina. Opatio nãq̄ manualis ad ipsarũ curã nõ ptinet: nisi cũ fuerit cũ apate: de q̄b⁹ nos iã expediuim⁹ li. j. verũtñ de his duobus instrumẽtis actores medicine ⁊ maxime Ipo. ⁊ gal'. canones scripserũt vtiles atq̄ necessarios diuersos. Nos vt eoꝝ dicta breuiter pstringam⁹ nihil vtiliũ ptermittentes pposite tractem⁹ q̄stiones. Prima quarũ est de dieta q̄lis. s. ⁊ qua hora diei vel morbi sit auferẽda a medico methodũ obseruãti. Ad qd̃ videt̃ rñdendũ q̄ canõ pfect⁹ de modo cibationis in fe. putrid. q̄buscũq̄ iã ptinuis q̄ interpollatis cõplectẽs oẽs regulas actoꝝ gñales hꝫ septẽ ptes. Prima quarũ est q̄ in nulli⁹ feb. paroxismo seu exacerbatiõe dãd⁹ est cib⁹: neq̄ ilico ante ipm: neq̄ ilico post ipm: nisi forsan sis accidẽs aliqd̃ magnũ timorosum ad hoc necessitauerit. verbi grã. Sincopis q̄ cõsueuit q̄busdã accidere vel defectio in principio paroxismi vel augmẽto: vel statu vel declinatione: nõ solũ pp̄ter inanitionẽ: sedꝫ pp̄ter feb. molestiã: quare tũc q̄libet horarũ cib⁹ erit offerẽdus. Et adhuc magis si sit pp̄ter inanitionẽ. Hic cib⁹ opꝫ vt sit paucus facile transmutabilis habẽs virtutẽ alterãdi atq̄ cõfortãdi potentẽ: sicut est mica panis pluries lota in aq̄ frigida vel vino albo claro pontico limphato. Et si sic est intẽtio vomẽdi in paroxismis fe. iterpollataru de cho. vel flãte: qm̃ in eis facilior fiet vomit⁹ si cibus offerat̃. Et hãc partẽ cañ. tradidit nobis Ipo. p. j. aph. cũ dicit in paroxismis subtrahere opꝫ: apponere eñi lesio est. qd̃ Gal'. ptractãs ibidẽ in cõmento ait. Qm̃ duꝫ cibus subtrahit̃ calor totalr̃ sup materiã morbi puertit̃ ⁊ paroxismum abbreuiat bono fine. Scd̃a ps cañ. est q̄ magis debem⁹ eligere vicinitati declinationis paroxismi vel exacerbatiõis si opꝫ q̄ principio q꞉ calor naturalis minus impedit̃ facta pugna q̄ ante pugnã: pp̄ter qd̃ ait Ipo. primo reg. acutoꝝ. Dãd⁹ est cib⁹ postq̄ calor in calcaneũ declinauerit. i. postq̄ calor fe. expassus fuerit pfecte a cẽtro cordis ad circũferentiã oĩquaq̄: sicut fit in declinationib⁹ oĩm fe. ⁊ paroxismoꝝ. Tertia ps est lꝫ principiũ paroxismi debeat magis fugi q̄ declinatio regularis: est tñ in casu qñq̄ necesse fieri si molestificant̃ accidẽtia: vtpote sui capitis vel debilitas plurima: nõ tñ facta pp̄ter inanitioneꝫ: sed pp̄ter fe. molestiã supuenire cõsueuerũt in declinatiõe: qm̃ vlr̃ in oĩ fe. hora puentẽtior ⁊ trãquillior est eligẽda. Aliter nãq̄ nõ digereret̃: sed corrũperet̃ ⁊ maliciã feb. augmẽtaret. Quarta ps est q̄ hora crisis ⁊ p totuꝫ statũ donec tota crisis cõpleat̃ in fe. habẽtib⁹ verã crisim est tenuissima dieta vtẽdũ. vñ Ipo. Qñ egritudo est in statu tenuissima dieta oportet vti. Tenuissima autem dieta vt dicit Gal'. in commento illius amph. j. p. Tenues ⁊ certe diete. psistit in oĩno nihil dãdo de cibo: istud tñ fallit qñq̄ in casu verbi grã. Si accidẽtia cretica fuerit malitiosa virtutẽ deijciẽtia: tũc nãq̄ cib⁹ in hora stat⁹: immo ⁊ hora crisis nõ est denegãdus cũ virt⁹ sit a medico a cũctis pseruãda. Sciẽdũ tñ q̄ accidẽtia crisis duoꝝ sunt generũ. q̄daꝫ sunt signa crisis tm̃: sicut dolores capitis: anxietas alienatio: difficultas anhelit⁹: ⁊ rigor ⁊ silia p q̄ nihil euacuat̃ de materia: ⁊ ex talibuꝫ apparitiõe ⁊ ex vtutis fatigatiõe nõ dꝫ dari cibus apud crisim: qm̃ impediret̃ natura. Signa nãq̄ talia nõ fiũt ex vtutis defectione: sed ex pugna materie ptra malitiam morbi quã patit̃ in ei⁹ sepatione post digõnẽ absq̄ expulsiõe subita ad exteriora. Alia vo signa sunt ⁊ cura crisis: sicut est sudor flux⁹ nariũ: flux⁹ vẽtris: vomit⁹ dyarria vrine. ⁊ gñalr̃ oĩa p q̄ euacuat̃ aliq̄d de materia a corpe. Et ex tali defectione vtutis facta p aliqd̃ istoꝝ vel plima opꝫ simul cibare egruꝫ in statu vel in ipsa crisi. Ista pterea q̄rta ps cañ. lꝫ sit vera in statu fe. acute cuꝫ determinatiõe iã dicta: nõ tñ pp̄ter hoc est va in statu oĩs fe. Fallit nãq̄ in tribus casib⁹. Primo quideꝫ in statu sumpto penes digestionẽ tm̃ sine difficultate accidentiũ: vt dixim⁹ ca. de pleuresi. Scd̃o vo in statu q̄ extẽdit̃ vltra spaciũ q̄tuor dieꝝ qm̃ sicut dr̃ primo de crisi. ⁊ sicut pꝫ de an-

xto in cōmēto illi⁹ amph. poxismos ꝛ cōsistē-tias ꝛc. Status qñqꝫ durat p septē dies: sed dieta tenuissima nō dꝫ dari nisi p spaciū. iiij. vel. v. dieꝝ ad plus: ꝛ maxime in pcessu morbi cum virtus est tā debilitata: vt patet per Ypo. ꝛ gal. in tota prima p. amph. Tertio fallit in statu quē nō sequit declinatio: qꝛ morituri solis pnosticis sunt relinquēdi. Quinta ps cañ. principalis est ꝙ si fe. putrida curanda sit fe. acuta simplr̄ q̄ terminat in die. xiiij tunc ab hora status vsqꝫ ad finē crisis ꝛ principiū declinationis est vtenduꝫ dieta tenuissima: sed in principio ꝛ augmēto dieta absolute tenui. Si xo sit fe. pacuta q̄ terminat in die septima dieta tenui est vtendū. Si xo sit fe. pacuta q̄ est in q̄rta die futura ē facere crisim: tūc a principio vsqꝫ ad finē dieta tenuissima est vtēdum. Et hāc partē cañ. tradidit nobis Ypo. s. p. amph. cū dicit. Quibus cōtinuus est stat⁹ ꝛ continuo ꝛ tenuiter refici ꝛc. Est autē dieta tenuissima: vt dicit Gal. ibi. Tenues ꝛ certe diete ꝛc. cū tot⁹ cibus auferī aut solū mellicratū aut iulep vel succus granatoꝝ afferī. Dieta tenuis cū ptisana collata vel mellicratū nō aquosum offerī. Est autēꝫ tenuis absolute cū ius pulloꝝ vel ptisana nō collata vel cib⁹ grossus in substātia: paru⁹ tm̄ in quātitate donaī. Et ex ↄtrario intellectu isti⁹ cañ. cognoscim⁹ qm̄ fe. putrida cronica vel tropica est a principio grosse dietāda put signat nobis Ypo. parti. s. amph. cuꝫ ait In tenuibus diebus peccant egrotantes ꝛc. In ista tm̄ q̄nta parte sunt cōditiones obseruāde: scꝫ cōplexio: ↄsuetudo: etas: tp̄s anni: regio: habitudo corpis: virtus: qm̄ si oīa ista aut plurima inclinēt ad cibum erit dieta minus subtiliāda. verbi gratia. Cōplexio cholerica cōsuetudo gulosa etas iuuentutis pueritie. In istis nanqꝫ casibus Ypo. cañ. nō debent obseruari. Sexta pars cañ. principalis est ꝙ si possibile fuerit: dietetur cum paroxismus vel exacerbatio feb. non prohibeat hora sanitati consueta: quoniā tunc natura magis in cibo delectatur. Septima pars est ꝙ sicut tp̄s digestionis prime cibi in stomacho non est idem apud oēs homines tempore sanitatis: vt ait Gal. cōmento illius amph. v. parti. Si inebriatus ita neqꝫ tēpore egritudinis: ꝛ ideo tarde digerenti plus temporis reseruetur. Licet autem de hora digestionis nō possit dari certa ꝛ vniformis mensura: cōiter tamē ꝛ vt plurimū requiritur spacium decem horarū inter cibū ꝛ cibuꝫ ad minus. Canones autē pprios quibuscunqꝫ fe. putridis interpollatis aut continuis acutis vel non acutis: dicemus capitulis singularū

Questio secunda est de secundo instrumēto curationis feb. putridarum qđ est medicina qua horarum egritudinis ↄueniens fit morbi materiā euacuare ꝛ cuꝫ quali medicina: ꝛ proprie in fe. acutis: qm̄ in illis maior cadit timor. Ad quā videī taliter respondendū ꝙ cōsiderādo debitum pcessum artis. Et videtur ꝙ nō dꝫ euacuatio fieri digesta materia excepto solo casu furoris: quod nobis Ypo. s. par. amph. in pmo canoñ. vbi dicit. digesta medicari ꝛ mouere nō cruda: neqꝫ in pncipijs nisi materia fuerit furiosa: multa vero nō sunt furiosa. Redditur aūt materia furiosa quinqꝫ modis. Primo quidem ex sui qualitate: vt si sit calida cholerica subtilis ꝛ noscitur rebellis quaꝫ sine nocumēto nō pōt expellere: vt est cholera ppīe ꝫinaria vel prassiua. Scđo ex sui substātia quā natura phorret a forma specifica: vt melācholia adusta q̄ dū fundiī sup arenā ebullit ꝛ ab ea fugiunt musce. Tertio ex sui q̄titate: vt in sinocha inflatiua vel sinocho putrescēte: qꝛ timeī suffocatio calidi naturalis vel ruptura venarū. Quarto pter dolorē psternentē virtutē: vt in colica vel yliaca vel arthetica. Quinto ppter nocumentū cadens in mēbro nobili necessario p toto: vt in squināntia ꝛ frenesi. In oībus em̄ istis euacuamus ilico digestioneꝫ nullatenus expectando: verūtm̄ in hoc cadit distinctio nō modica que plurimū est necessaria atqꝫ vtilis medico operanti. Et est sicut dicit gal. xj. de inge. sa. ꝛ Aui. iiij. cañ. fen. j. ꝙ duplex est euacuatio. s. minoratiua ꝛ eradicatiua. Euacuatio minorationis hꝫ fieri in principio vt natura reddaī potentior sup residuū materie ad digerendū ꝛ expellendū. Et lꝫ principiū sit triplex. s. principiuꝫ digestionis: ꝛ principiū qđ est spaciū triū dierū: ꝛ principiū qđ est punctuꝫ indiuisibile tp̄is quo primū cepit eger sentire nocumētum: vt distinguit Gal. in cōmēto primi pno. Intelligo tm̄ hic spaciū triuꝫ dieruꝫ: nisi fortassis feb. esset cronica in qua principium digestionis vlterius perdurat. Ista etiam euacuatio

minoratiua qñqз fit cũ flñmia ꝓprie ſi ſol⁹ ſan. peccauerit velut ↄtingit in fe. ſan. vel ſi oẽs humores ſimul dñarint velut in qbuſ/dã fe. cõpoſitis ⁊ erraticis. Uerũtñ gal'. xj. de inge. ſanitatis ꝑcipit hanc euacuationẽ fie/ri in oĩ fe. cuз flñmia ⁊ ꝓprie in corpe ſan. iuuene carnoſo. Et hoc q̃druplici de cã. p̃mo q̃deз ꝓpter ↄſuetudinẽ. ſcđo ꝓpter miorem eius timorẽ. tertio ꝓpt ei⁹ ſubitũ appatuз. q̃rto q2 ⁊ ſi nõ q̃litati cõferat: ꝓfert tñ q̃ntita ti: qm̃ educit multitudinẽ. quare põt fieri a principio oĩs fe. pu. ↄtinue vel iterpollate: ⁊ hoc ꝓprie in corpe habente ſan. multitudinẽ preterq̃ in cauſone ⁊ tertiana pura: qm̃ ex ea timetur ebullitio ⁊ furor cholere ⁊ p̃terq̃ in fe. flegmatica pura: qm̃ in ea timetur fle/gmatis incrudatio ⁊ morbi prolongatio cũ debilitate virtutis. Fit aũt euacuatio minoratiua cuз farmacia qñ alius humor ſolus a ſanguine vel duo ſimul dñantur: velut acci/dit in ſummo cauſone ⁊ tertiana pura ⁊ q̃rtana pura vel notha ſimpliciter. Sil'r ⁊ fe. fl'atica pura vel non pura. Iſta tñ farmacia nõ debet eſſe quecũq3 medicina ſed tñ leni/tiua ſicut eſt ea q̃ ſoluit lubrificando vel lu/bricũ faciendo: vt caſſia fi. mãna tamarindi viole prana ſuccus granatoꝝ dul. Non aũt q̃ ſoluit cõprimẽdo ſicut mirabolã: qm̃ poſt ſolutionẽ derelinquũt ſtipticitatẽ qđ eſt periculoſuз in om̃i feb. niſi fortaſſis fuerit cum fluxu ventris ſupfluo: neq3 q̃ ſoluit attrahẽ/do ſicut ſcamonea agaricus turbith: qm̃ habent virtutẽ venenoſam q̃ virtutẽ membro/rum naturaliũ debilitat ⁊ fe. inflãmat ⁊ de/ſtruit loca ſana: vt ait Auicen. caplõ p̃ſenti: Uerũtamen ⁊ in hoc cadit diſtinctio neceſſaria: quoniam ⁊ ſi ratione p̃dicte venenoſitatis nocumenta p̃dicta inferant: ꝓſunt tamẽ in alto ſcз euacuando vel minorando cauſaз feb. quare eiſdem cõuenit vti qñq3 in principio fe. ⁊ ꝓprie reub. ⁊ turbith ⁊ dyagredio cum ſint minus venenoſe tũc ſcз qñ videm⁹ q̃ plus adueniat ex eis iuuamenti q̃ nocu/mẽti. Et hec oĩa plene trahunt̃ ex. ſ. amph. prime pti. In acutis paſſionibus raro et in principijs farmacijs vti ⁊ hoc prius dĳudi/cantes benefacere. Similiter et ex alio. ij. particule. Inchoantibus morbis ſi quid vi/detur mouendum moue. ¶ Euacuatio vero eradicatiua habet fieri apparente digeſtione ꝑfecta: quapropter ait. Ga. xj. de ingenio ſañ. q̃ neq3 ſcreatiua: neq3 vrinatiua: neq3 ſudorifera: neq3 feceſſiua donabis niſi materia apparẽte prius quodãmodo digeſta. ⁊ Auicen. p̃nti ca. dicebat. Opз igitur vt in principio oes ſirupũ ace. ſiue ſimplicẽ. in augmenmento vero ſiue ſtatu ſirupũ aceto. ſiue cõ/poſitũ dabis. In iſta tñ euacuatiõe eradicatiua cadit diſtinctio ⁊ neceſſaria. Et eſt cum virtus ꝑ ſe ſuffecerit: tũc nõ debet fieri per artẽ ſed nature cõmitti in hora criſis: vt di/cit Ipo. ſ. ꝑ. amph. Ea quoruз criſis fit aut facta eſt equaliter ⁊c. vel virtus ſola nõ ſuffecerit et hoc dupliciter q2 vel hũc defectũ precognoſcim⁹ ante ſtatũ ſcз q2 ſcim⁹ ex debili/tate v̾tut̾ q̃ ipa motura eſt imꝑfecte ad criſim apud ſtatum: ⁊ tunc debemus euacuare in augmẽto vt natura poſtea ſuper reſiduũ valeat criſim ꝑfectã fidã ⁊ cõpletã: tãm oĩno eradicãdo vel hũc defectuз nõ p̄cognoſcim⁹ ante ſtatũ ſed ſolũ p̄cognoſcim⁹ ipſum p̃ſente criſi qđ eſt hora ſtat⁹ ⁊ ꝓprie circa finẽ ei⁹ ⁊ hoc regul'r: q2 vel certe ſcim⁹ mẽſurã illi⁹ defect⁹: ⁊ tunc debemus euacuare hora criſis ⁊ auxiliari nature nõ tñ quõlibet ſed ꝑ eandeз regionẽ cuз natura. v̾bi grã. ſi natura cupit facere ſudorẽ da in potu iulep calid. ⁊ pone veſicas plenas aqua calida circa corp⁹ totuз atq3 ipſum pãnis calidis lenib⁹ mollibus coopi ⁊ p̄cipue vt ei⁹ aſtantes dirigãt anhelitũ v̾ſus lectuз egri. ſi aũt cupit facere fluxũ ſan. nariuз intinge ſetas porcinas intra nares ⁊ emunge eas. Si v̾o vomituз pone digitũ vel pẽnaз oleo tepido inunctã intra gulaз ⁊ da in potu aquã tepidã cum aceto. Si v̾o fluxũ ventris ilico fac ſuppoſitoriuз ex ſapone vel melle vel fellib⁹: vt docui cap̃. de ſtipticitate ventris. ꝑꝑ qđ ait Ipo. ſ. ꝑ. amph. vñquaq3 repit natura ⁊c. ⁊ Aui. ca. p̃nti. Et ſi natura nõ mouit moue tu hora mot⁹ eſt vel non certe ſcim⁹ mẽſurã illi⁹ defect⁹ hora criſ ⁊ motus: ⁊ tũc debem⁹ auxiliari nature poſt criſim ⁊ motum ne fiat recidiua. quapropter ait Ipo. ij. ꝑ. amph. Que relinquunt̃ in morbis ⁊c. q̃re euacuabim⁹ poſt criſim hora declinationis nõ q2 ſit v̾a declinatio: qm̃ neq3 v̾a criſ añ/ceſſit, ſed declinatio non v̾a. Et adhuc declinatio q̃ ſit hora criſis nõ oз fieri qñcunq3 ſed hora antecedentis criſis q2 minus infeſtant. Uniuerſaliter tamen ſciendum q̃ tutius eſt

atq meli⁹ egro ⁊ medico hāc euacuationem fieri post crisim: ⁊ cū iā apparēt opa nature diminuta manifeste q̄ hora cris. q̄m non est possibile nobis pfecte cognoscere impfectio nez euacuatiōis hora qua fit salua cuz semp iudicio medici pronostici de crisi diminuta quā nō sequit̄ declinatio: q̄m morituri solis pnosticis sunt relinquendi. Ex q̄bus oībus ostendit̄ q̄ p canones euacuationis in fe. putrida supradictos nō iformant̄ de crisi pmutatiōis: id est q̄ fit p apa creticū. Uerūtn̄ rōnabilr̄ videt̄ dicendū q̄ etiā in hoc casu auxiliari possum⁹ nature post hmōi crisim diminutā: ⁊ hoc q̄dē cum emplīs calidis attractiuis ex fermēto ⁊ cepis crudis cōfectis ⁊ cum fricationib⁹ illi⁹ mēbri: ⁊ ppīe si fit mēbrum ignobile vel emūctoriū doctrinā Aui. sectantes primo cañ. fen. iiij. ca. de cura apatū dicētis. q̄ est q̄nq cū volum⁹ hmōi apata ⁊ ipsa q̄dā puocam⁹ si nō sunt: ⁊ augmētam⁹ si sunt scʒ cū p ea corpis mēbra intrinseca exonerabunt̄. Restat aūt hoc quoddā de euacuatōe minoratiua ptractādū q̄d est q̄m cū ipsa fit q̄nq possibilis fieri in eadē fe. putrida cum flōmia ⁊ farmacia vt ostēdim⁹ in predictis. ¶ Dubiū aūt adhuc videt̄ an flōmia sit premittenda farmacie vel ecōuerso: q̄n. s. vtraq ipsaꝝ vti volum⁹ apud minorationē. Ad q̄d dicenduʒ videtur q̄ farmacia est p̄mittenda flōmie ne forte flebothomia trahat materiā ad venas vicinas ⁊ vacuas ⁊ ex fe. interpollata faciat cōtinuā: q̄m hec est pmutatio maligna. Si vero fit fe. continua premittenda est flōmia: ⁊ ppīe si medicina subseq̄ns debeat esse fortis agitatiua. q̄ si fuerit debilis lenitiua nō refert q̄d de eis añcedat. Cōueniens est etiā vt docet Gal. ix. de igenio sañ. vt in oī fe. putrida curanda sit aer continēs frigid⁹ ⁊ hūid⁹ per se vel per artē tpate corpe tamē assidue cum pānis calidis coopto: q̄m sic euacuabit̄ p inspirationē: neqʒ tn̄ phibetur assidua resolō materie p poros cutis et venaꝝ. De somno p̄terea ⁊ vigilijs scire cōuenit q̄ sunt sibiīnuicē cuʒ causa: vt ait Ga. xi. de ingeñ. sañ. Sōnus nāq deseruit in feb. putridis ad digerendū: vigilie xo ad resoluendū ⁊ ppīe si fuerint naturalr̄ se hn̄tia in q̄to ⁊ q̄li quare prohibeat̄ eger a somno diuturno ppsse nisi forte cōsueto vel necessitas ppter vigilias nocturnas vel debilitatē xtutis ad id instigarit: tunc nāq possibilis est fieri ab aurora vt ad horā tertiā diei: vt ait Ipo. ij. pnosti. verū quōcunq ⁊ res se habuerit nullatenus dormire pmittatur in principio vel augmēto poxismoꝝ ⁊ exacerbationum q̄m virtutē debilitat: materiā incrudat: labores multiplicat: ⁊ poxismū ⁊ to. fe. elongat vt ait Gal. in cōmento illi⁹ amph. ij. parti. in quo morbo somnus. In statu xo et declinatione sil'r ⁊ in crisi dormiat q̄tum pōt obtinere. q̄ si vigilie supfluxerint methodo succurratur vt docuim⁹ ca. vigiliarū lib. j. Ne forti virtute debilitent ⁊ morbū abbreuient ad pnicīē sui resolutione potenti. Hac igitur methodo curatiua regat̄ oīs fe. putrida per diē tā ⁊ medicinas vsq ad declinationem pfectam q̄ tēpus cōualescentie nūcupatur. Tūc nāq cōfortetur ⁊ resumatur corp⁹ cū cibis ⁊ potibus laudabilibus cōsuetis oīquaq restauret̄. Et scias q̄ in finibus oīm febriū putridaꝝ cōpetit balneū aque dulcis tepide cum sudore rorido sine mora multa: q̄m reliq̄as materie resoluit ⁊ virtutē excitat attractiuā subseruientē nutritioni mēbrorū.

Emperica.

Scripsimus in methodo de instrumentis pncipalibus in cura fe. putridarū q̄ sunt dietatio ⁊ euacuatio: volumus nūc describere de instrumento quodā minus tn̄ principali q̄d est pot⁹ sitis extinctiuus: q̄m sitis est ex accidētibus febris quib⁹ necesse vt debite succurrat̄. ¶ Circa q̄d sciēdū q̄ sicut ait Gal. viij. de inge. sani. Sitim tolerare in fe. ē martyriū sine iuuamento: q̄m virtutē debilitat: fe. inflāmat: vigilias cū angustia multiplicat: vias stipticat: digōnem ⁊ euacuationeʒ retardat. Dicim⁹ igit̄ q̄ potus famosi in fe: sunt q̄ttuor: duo quidē in fe. de cā calida vcʒ iulep. i. aqua ʒuccari ⁊ ptisana id ē aqua ordei: duo xo alij in fe. de cā frigida. s. ydromel vel mellicratū q̄d latine aq̄ mellis interpretatur: similr̄ aq̄ cicerū ⁊ pisorū. Neq cōuenit vt detur aq̄ frigida pura in feb. putrida p̄terq̄ in synocha ⁊ causone: q̄m materias incrudat: vias opillat: ⁊ materias elongat. Julep cōficit̄ ex lib. vna aque pure dulcis fōtane vel fluuialis: ⁊ ℥. j. ʒuccari albissimi mixtis ⁊ aliquātulū bullitis ad ignē lentū ⁊ spumatis ⁊ collatis. q̄ si magis additum fuerit

de zuccaro fiet magis confortatiuū ⁊ magis lenitiuū s; minus extinctiuū. Ydromel fit eodem mō si ꝑ zuccaro mel coctū dispumatū capiamus. Aqua cicerū vel pisorum fit ex decoctione lib. vnius q̄ cū corticib⁹ exteriorib⁹ et substātia integra sic bullierit in aque pure fontane lib. xx. donec medietas cōsumat: tunc collet ⁊ reseruet. cōfert in fe. flegmaticis Habet enī virtutē deopillandi subtiliandi atq; vrinā prouocandi: ⁊ ꝓprie si aliq̄d apponat ex feniculo vel petro. sitim tñ tollit. Aq̄ ordei q̄ ptisana dr̄ colata fit dupliciter ī gñe qm̄ aut medicus intēdit cū ea potū medicinalē aut cibalē. Si medicinalē fiat sic. ℞. ordei boni excorticati ⁊ fricati cū panno aspero donec cortex interior crepet lib. j. aque fontane lib. xx. decoquāt simul lento igne vel super carbones donec media ps aque vel due partes cōsumant: colet ⁊ reseruet in vase vitreo donec infrigidet ⁊ sic ↄstruit ip; Mes. in suo de appropriatis cap. de pleuresi. Est nāq; lenitiua abstersiua vrinatiua. similr̄ et ventris lubrificatiua ⁊ opillationū aperitiua necnō et screatiua. Verūtñ Auer. vij. colliget. alr̄ ipam cōstruit. ℞. ordei boni nō excorticati s; integri sicut seminat in terra lib. j. aque pure lib. xx. imbibatur pmo ordeū in aqua p sex horas donec dilatet ⁊ mollificet Deinde bulliat simul ad lentū ignē sicut p⁹ Et si volueris magis clarificare: ↄsue ordeū post imbibitionē in pāno lineo dēso. Si vo volueris facere potū cibalē. ℞. ordeū ⁊ aquā sub ꝓportiōe pdicta ⁊ frica ip; cū pāno aspero fortius q̄ prius donec sc; cortex interior separet qd̄ si nō sit possibile fieri cū panno fiat cū molla. deinde medullā albā ordei laua cū aqua cal'a ter vel quater semp aquā renouādo. Vltimo vo bulliat lento igne cū aqua frigida pluuiali prius calefacta donec medietas vel tertia ps aque remāserit. deiñ collet ⁊ reseruet in vase vitreo. Hec aqua sedat sitim: lenit asperitatē: gutturis ⁊ lingue calorē mitigat: sputū ꝓuocat: nutrit ⁊ ventrē lenificat. Et si ꝑ amplius decoxeris magis nutriet ⁊ minus vētrē inflabit. Et si pulte; ex eo facere volueris: adde oleū ⁊ sal nec; colla ⁊ reperies bonitates easdē: ⁊ tunc dicetur ptisana nō collata.

Canones. Necesse ē in fe. putridis viscera illa ledant q̄ sunt receptacula supfluitatum verbi grā. In feb. de cho. epar. in feb. de flegmate stomachus ⁊ pulmo. in feb. de melia sp⁹en. in feb. de sangui. cor ⁊ vene corporis totius q̄re op; vt in curis singulorū talibus mēbris cū alteratiuis ⁊ cōfortatiuis assidue succurrat: vt dicit Auer. vij. sui colliget. cap. pmi. Hor autē copiā reperies in capl'is singulorū libro. j. ¶ Sciendū pterea q̄ in cura ois morbi cōsuetudo: tēpus anni: ⁊ regio: corporis habitudo: situs mēbri: sensibilitas mēbri: opatio: atq; necessitas: nobilitas mēbri: colligantia: constitutio aeris: ⁊ antecessio diete prout nos docet Gal. ix. de ige. sani. Verūtñ in cura fe. putridarū duo sunt ex eis precipue cā sc; morbi ⁊ virtus egri. Hec nāq; duo sunt q̄ pugnant inter se ꝑ pernicie vel salulute cōferenda: ita sc; vt in digōnibus ⁊ alterationibus causa; magis attendamus. s; in dieta atq; in euacuatione virtutē magis inspiciam⁹: ne forte virtutē simul cū mēbro psternamus. Scire etiā cōuenit q̄ diete ordinatio in fe. putrid est duplex. Una quidem vl'is respectu totius egritudinis. Alia vo pticularis respectu cuiuscūq; diei. Uniuersalis aūt est triplex qm̄ aut trahit ab essentia morbi aut vt aliter dicamus in feb. acuta: ⁊ aliter in pacuta: ⁊ alr̄ in perpacuta: ⁊ aliter in tropica: ⁊ aliter in cronica. Aut trahit a q̄ttuor tpibus vl'ibus morbi: aut alr̄ in virtute cōstanti: aut alr̄ in debili. Particularis vo similr̄ est triplex. aut enī trahit ab interpollatione paroxismi: aut cōsuetudine nūeri cibationum q̄ die tpe sanitatis: aut ab accidentib⁹ paroxismi: ⁊ hec oia plene tractauimus in methodo vestigijs auctorū fideliter inherentes. Cura pterea in fe. est triplex. Una q̄dē grā dispōnis: ⁊ sic in oi fe. cōpetunt frigida hūida per naturā. scda vero grā cause et sic in fe. quibusdā cōpetūt cal'a sicca puta fl'aticis. q̄busdā hūida vt cholericis. vñ freq̄ēter accidit vt medicina cōueniens cause noceat dispositioni ⁊ ecōuerso. In hoc tñ casu qd̄ earū magis timueris magis attendas verbi grā. dispositionē in feb. de cholera ne fortē calorem inducat. Causam vo in fe. de flegmate vel mel'ia ne forte morbū ꝓlonget vtraq; vero simul in feb. de sanguine ne fortem suffocationē subitā inducat. Tertia autem cura accidentiū consequentium febrē. s.

fitis dolor capitis fastidiũ stipticitas vẽtris vel fluxus eiꝰ ⁊ silia. Et queadmodũ ẽ cura triplex: vt scripsimus ca. de ardore vrine. demũ sciendũ ꝙ oĩs fe. putrida queadmodũ et oĩs morbꝰ materialis salubris q̃ttuor h₃ tpa vlĩa put sepius tactũ est cap. pñti. verũ quõ distinguant̃ ⁊ quõ p signa ppa cognoscant̃ diximus cap. de pleuresi pposse.

Pronosticatio.

Priusq̃ pnosticare possimus in fe. putri. scire op₃ q̃ ⁊ quot sunt gña signoꝝ attendendorũ in fe. ⁊ q̃lia sint eoꝝ fundamenta a q̃bus trahunt̃ ⁊ q̃d hẽant significare. Ad cognitionẽ igr̃ signoꝝ ⁊ quot sunt in gñe duplex ẽ diuisio necessaria. pma q̃rũ est ꝙ signoꝝ vt p₃ iij. de accñte ⁊ morbo q̃dã signt egritudinẽ: q̃dã cãm egritudis: q̃dã longitudinẽ ⁊ breuitatẽ egritudis: q̃dã tpa vlĩa egritudis: q̃da₃ salutẽ vel mortẽ. scdã diuisio est ꝙ q̃dã sunt accñtia egritudinẽ añcedentia: vt rubor faciei synocbã: quedã coexistunt egritudini: vt dolor lateris pũgitiuus: in pleuresi existit coequus vl̃ coeuus. quedã xõ cõcomitant̃ egritudinẽ: vt icteritia: qñq; sequit̃ feb. de cbo. ⁊ vomitꝰ fe. de flegmate ⁊ ydrop. fe. de melĩa ⁊ variole fe. de sanguie ⁊ ex hmõi signis post apparẽtibꝰ sunt oĩa signa exeũtiũ a corpe. s. vrine sputi egõnis ⁊ sudoris a q̃bus digõ et indigõ salus ⁊ mors significant̃. Ad cognitionẽ aũt signoꝝ a q̃bus trahunt̃ ⁊ q̃ sunt eorũ fundamẽta scire nos op₃ ꝙ oẽ signu₃ aut trahit̃ a subalibus morbi: vtpote ab actione lesa ablata diminuta vel corrupta: aut trahitur a casibus ⁊ accñtibꝰ morbũ cõsequẽtibꝰ vtpote a q̃litate corpis pmutata vel exeũtibus a corpe mutatis. Ad cognitionẽ autẽ signoꝝ cuius cã q̃rat̃ ⁊ q̃d habeãt significare sciendũ ꝙ vltiate nihil aliud significãt nisi l̃ virtutis dñiũ sup causa₃ morbi: qm̃ in hoc ẽ salus atq; vita egri vel cause dñiũ sup x̃tutẽ in quo cõsistit pnicies: q̃re volentẽ pnosticare in fe. putrid. pmo scire cõuenit fortitudinẽ cause morbi. Dicamꝰ aũt ꝙ virtus d͛ debilis ⁊ fortis dupl̃r. Uno mõ formal̃r put ẽ potẽtia aie: ⁊ sic nũq̃ variat̃ x̃tus in egritudine. Alio mõ essentialiter sc₃ rõne suoꝝ q̃ttuor instrorum quibꝰ accidit cõtra morbũ q̃ sunt calor innatus q̃ cõplexio d͛: et calor influens qui spũs d͛ ⁊ mẽbra ⁊ humores put hec oĩa vel plurima eoꝝ sunt bñ se habẽtia in quãto ⁊ quali: similiter ⁊ in mõ substantie ⁊ situ: ⁊ ad hoc nõ modicũ deseruit influxus astroꝝ infortunatoꝝ: vt d͛ pmo pnosticorum. vel eufortunatoꝝ: vt d͛ ibidẽ. ⁊ iij. de creticis diebus. Et eodẽ mõ dico de morbo Cum autem dicimus virtutẽ esse fortẽ in se nõ sufficit illud ad salutẽ: sed requirit̃ ꝙ sit fortis per comparationẽ ad morbum ⁊ eius causam. Potest nãq; virtuti forti fortior morbus obuiare qui mortẽ infert. ppter qđ ait Ypo. j. pnosticoꝝ ꝙ in signis pnosticis non sufficit bonitatẽ ⁊ malitiã ppendere signoꝝ immo ipsoꝝ: neq; multitudinẽ: sed eoꝝ inter se comparationẽ. Potest nãq; vnũ bonu₃ signũ efficax pluribus malis signis debilibus resistere sil̃r ⁊ ecõuerso. Et ex hoc manifeste apparet cã quare in fe. ⁊ pprie in fe. acutis eger plerũq; morit̃: cuius pulsus est magnꝰ: fortis: ordinatꝰ: ⁊ alter ecõtra saluat̃: cuꝰ pulsus extat paruus debilis inordinatꝰ. ꝙ si q̃s obiecerit. Quid ergo fiet cũ virtꝰ ⁊ morbus fuerint equalis fortitudinis diorꝰ dicemꝰ ꝙ illud tpe longo stare nõ põt quin alterũ ex eis dñetur. Ad qđ facit regimẽ medici: simil̃r et aspectus astroꝝ. Uolentes igit̃ in speciali oĩa signa pnostica gñalia fe. putridarũ tam bona q̃ mala sub compendio constringere et pprie Ypoc. ⁊ Gal. qui plurimum in eis sunt conati. Dicamus ꝙ cum signum nihil aliud sit per essentiã q̃ accidens cõsequens morbum velut vmbra corpus: vt pbat Gal. iij. de accidẽti ⁊ morbo. op₃ necessario vt quẽadmodũ accñs: ita ⁊ signũ trahat̃ ab aliquo istoꝝ triu₃ in gñe q̃ sunt actio lesa: qualitas permutata: ⁊ exiẽs pmutatũ: de quibus per ordine₃ dicamꝰ. Neq; putet aliq̃s in signis hmõi certam fore fidẽ: sed pbabilẽ solũ atq; estimatam: quoniã vt ait Ypo. ij. ptt. amph. Acutoꝝ morborum nõ oĩno certe sunt pronunciationes: neq; sanitatis: neq; mortis. Signa igit̃ pronostica in fe. putri. in cõmuni sumpta ab actione lesa sunt in gñe septem bona ⁊ totidem mala eis opposita: quonia₃ aut trahuntur ab actiõe lesa virtutis animalis: sic sunt omnia signa significãtia sup ablationem vel diminutionem vel corruptionem sensus et motus voluntarij super corpus totum. Et hec quidem sunt septem nume/

ro bona τ totidē mala eis opposita. Primus est cōfortatio mētis interioris ꝯm discretionē τ ymaginationē τ locutionē τ memoriaȝ perfectā. Silr τ largitas sensuū exteriorū sine errore circa sua sensibilia ꝑpria. Scōm est somn⁹ naturalis vel ꝯsuetus tpe sanitatis ꝯm q̄tum τ q̄le τ hora diei τ noctis sine stupore vel lesione post ipm. vn̄ Ypocr. scōa pti. amph. In quo morbo somn⁹ laborē prestat mortale. Et subdit in primo vbi somn⁹ desipientiā sedat bonū: vbi vero prestat mortale. Tertiū est decubit⁹ egri sup altero laterum nō supra dorsuȝ nisi qn̄q ꝑpter egritudinē vel lecti declinationē. Quartū ē mobilitas facilis τ leuitas corpis toti⁹ atq laterū cū se reuoluit de latere sup latus. Quintum est absentia sapoꝝ alienoꝝ apud gustū sine causa manifesta vel eoꝝ p̄ntia debilis vel diminuta. Sextum est fortitudo capitis ita vt neq dolorē sentiat: neq angustiaȝ oīno vel paucā. Septimū est fortitudo v̄tutis expulsiue cerebri sup oīa sua emunctoria τ ꝓprie cuȝ sternutatione ꝓuocata. Si aūt signa trahantur ab actione lesa v̄tutis vitalis sic fiunt q̄ttuor salubria τ totidē mala eis opposita. Primū est pulsus magn⁹ fortis ordinat⁹ cuȝ spissitudie moderata: qm̄ fortitudinē v̄tutis certificat: silr τ dyastoles maior q̄ sistoles et tēpus q̄etis post dyastolē: qm̄ caloris feb. declinationē significat ꝯfidēter sicut appet in finib⁹ paroxismoꝝ fe. interpositaꝝ. Scōȝ est anhelit⁹ ordinat⁹ facilis nō intersect⁹ ex suspirijs vel asmate vel orthomia. Tertiuȝ est tranquillitas cordis in suo motu ita vt neq saltet neq tremat: neq cadat. Quartū ē pulmonis τ cāne facilitas: ita vt neq tussi neq siti mēdosa neqȝ caumate affligātur neqȝ vocis ḡnent sonum maiorē vel minorē solito cōtinentē. Si vero signa trahant ab actiōe lesa v̄tutis naturalis sūt septē nūero bona atqȝ vitalia τ totidē mala eis opposita. Primus est bonitas appetit⁹ ad cibum debitū vl' cōsuetum ꝯm subām τ q̄ntitatem τ q̄litatem τ numerū τ ordinem atqȝ horā sumptionis. Scōm est paucitas sitis τ desiderij ad pot⁹ naturales debitos τ cōsuetos. Tertiū est absentia inflationis τ rugitus τ angustie circa ventrē post cibū assumptū qm̄ fortitudineȝ v̄tutis digestiue stomachi significat. Quartum est absentia doloris pūgitiui vel grauatiui in alterutro ypocūdrioꝝ qm̄ fortitudinē v̄tutis digestiue epatis τ splenis significat. Quintū est expulsio sup̄fluitatū p̄me τ scōe digestionū debita vel cōsueta ꝯm q̄ntitatem et substantiā cibo ꝓportionatā τ ꝯm qualitatem materie cōgruentē τ ꝯm horā nature et consuetudinū ꝯuenientē. Sextū est titillatio virge τ testiculoꝝ ad coitū: qm̄ significat virtutē gignitiuā in eis nondū fore sopitam q̄ est melior significationū. Septimū est priuatio sensatiōis male circa musculos q̄ sunt in ambitu toti⁹ corpis: velut horripilatiōis vel rigoris aut tremoris ardoris aut pūctionis nisi fortassis aliqd taliū acciderit vi nature pugnātis ꝯtra morbū sicut fit in p̄ncipio paroxismoꝝ febriū interpollataꝝ τ crisim fe. acutaꝝ: qm̄ bonitatē significat sensus naturalis. Signa vero ꝓnostica ḡnalia in fe. putridis tracta a q̄litate corpis ꝯmutata sunt tria in ḡne qm̄ aut trahūtur a calore vel frigore aut ab habitudine. Si a calore sic sunt duo nūero bona τ totidem mala opposita. Primū ē color faciei debit⁹ τ ꝯsuetus: ita vt neqȝ liuore neqȝ pallore neqȝ rigore neqȝ rubore neqȝ vario colore sit mutat⁹ ꝑpter egritudinē τ ꝓprie infra .iij. dies a p̄ncipio egritudinis sed sicut color sanoꝝ vel sui sanorū. Scōm est vt icteritia vl' citrina vl' nigra non superueniat nisi forte p⁹ .vij. dies τ an̄cedentibus signis digōnis pfecte τ virtute ꝯstante. vn̄ Ypo. iiij. p. āph. Icteritia si superuenerit an̄ .vij. diē malū. Istō tn̄ dictū ypo. ꝯtractione indiget: vt ostēdimus ca. de icteritia. lib. s. Si vero trahant a calore l' frigore sic sūt duo signa bona τ totidē mala eis opposita. Primū est vt calor sit eq̄lis sup corp⁹ vniuersum neqȝ extrema frigeāt τ viscera adurant: qm̄ ecōuerso q̄to calidiora fuerit cū signis bonis alijs tāto foret āplior spes salutis. vnde Yp. iiij. p. āph. In nō deficiētib⁹ febribus si que q̄dē extra fuerit q̄ vero intus ardeant τ sitim habeant mortale. Et ratio est qm̄ proprium est calori putrido moueri a centro ad circūferentiā immixto cuȝ nō fuerit ꝓhibēs aliqd: vt est apa magnū in corpe profundo. scōm est vt rigor vel tremor nō superueniat τ ꝓprie in feb. acutis nisi fortassis post signa digestionis τ in die cretica quam precessit dies sua indicatiua cum sudore lento τ cum ventris cōstantia q̄ cuȝ simul fuerint: crisim

significant ad salutē. In aliis vero mortē fe/stinam ex effrenitate materie vel morbi lōgitudinē ex grossitie atq; multitudine materie demonstrāt. vñ ypo. iiij. p. amp. Si rigor inciderit fe. nō deficiēte iā debili existēte vtute mortale intelligens hoc de crisi sintomatica. sed tñ in. j. ampb. eiusdē pticule ait. A causone habito rigore supueniēte solutio fit intellexit hoc de crisi naturali. Si aūt trahant̄ signa hec ab habitudie corporis sic sunt signa qttuor nūero bona ⁊ totidē mala eis opposita q̄ ponit Ypo. pmo pnosti. Primus est di/spositio faciei: vt. s. sit facies filis sanoꝝ neq; sit facies filis cadauerum mortuoꝝ q̄ facies tornatilis nūcupatur. Cui⁹ hec est dispositio vt statim a pncipio fe. ⁊ pprie infra tres dies fiāt oculi cōcaui lipposi q̄ lumē videre pborrescunt ⁊ sunt ineqles: vt pote vnus maior ⁊ eminentior altero vel sint inuersi ita vt sola eoꝝ alba videant̄. vl' sint tremuli lachrymosi vel fixi cōgelati ⁊ timpora sint velut lamia ferrea ⁊ aures frigide ⁊ eaꝝ pulpe ab/breuiate ⁊ nares acute eminētes atq; porrecte cū angustia foraminū suoꝝ ⁊ frons arida tensa velut coriū torrefactū ad ignē; qd nullatenus rugas hz: neq; plicat̄: neq; redit in situm ppriū subito si trahat̄ ⁊ mentū longū ⁊ gene prominētes ppter ꝯsumptionē maxillarum ⁊ os amplū ⁊ curuatū cū distorsione labioꝝ ⁊ assiduitas anhelādi per os nō per nares. Hec enī oīa fiūt ⁊ extenuatio corporis totius subita preter debitū vel cōsuetū mor/tem ppinquā significāt ex fe. fortitudine corpus ⁊ virtutē marasmāte: ⁊ proprie si causa nō antecesserit primitiua. verbi grā. Vigilie assidue sudor plurimus fluxus ventris sup/fluus: ieiunū cū ꝓstratione appetit⁹ ⁊ filia qm̄ in eis minor cadit timor q̄ ex feb. Scdm est habitudo corpis totius: vt scz sit corp⁹ to/tum molle tractabile flexibile neq; sit venter inanitus velut vesica vacua: neq; crura rige/ant velut lapis aut lignū: qm̄ talis est dispositio cadauerū cum infrigidat̄. Unde Ypoc. ij. parti. ampho. In omnibus morbis ea que circa vmbilicū ⁊ pectinē spissitudinem habere melius est ⁊c. Verūtñ oportet vt corp⁹ ex feb. extenuet̄ ⁊ magis vel min⁹ prout fe. maior vel minor fuerit ⁊ corp⁹ rarū incōpactū. Quapropter ait ypocrates. ij. pti. ampho. Febricātibus nō oīno in supficie permane/re vel minuere corpus aut contabescere ma/gis eo qd fit fm rōnem malū. hoc enī longitudinē egritudinis hoc vero imbecillitatē vir/tutis significat. Terciū est habitudo testicu/lorum in viris ⁊ mamillaꝝ in mulierib⁹: vt sint dilatata mollia pendētia neq; sint are/facta corrugata: qm̄ cōsumptionē humiditatum radicaliū demonstrāt. Quartū est habitudo iuncturarū ⁊ membroꝝ articulariū: vt sint leuia flexibilia ante ⁊ retro: neq; rigeāt velut in thetano: neq; recuruentur velut in spasmo. Unde Ypo. ij. p. ampho. fe. in spasmo melius est q̄ spasmū in fe. Signa autē tracta ab exeūtibus mutatis licet sumant̄ a septem q̄ sunt sudor vrina sputum egestio et fluxus menstruoꝝ ⁊ fluxus san. narium atq; vomitus. Nos tñ de sudore ⁊ vrina solū loquimur pñti sermone: qm̄ de sputo diximus caplo de pleuresi. de egestione vero caplo de fluxu ventris. ⁊ sic suis caplis proximis diximus. Sudor igitur si supuenerit die cretica et post signa digestiōis ⁊ fuerit neq; ardēs neq; frigidus: neq; subtilis imbibitus neq; viscosus fluens sicut oleū: neq; modo appareat ⁊ mō delitescat: neq; in quadā pte corporis accidat ⁊ in quadā parte nō: sed fuerit copiosus assidu⁹ eqlis per totū quē bñ suffer/re pōt vtus egri: neq; fuerit fetid⁹ magis solito vel debito oīa ista bonum significāt contraria vero malum. Sudor circa caput solū exiens debilitatem significat cerebri: ⁊ si circa pectus ⁊ thoracem acciderit oppressionē significat cordis. Si vero circa mirach vētris et ypocundria se tenuerint debilitatem vir/tutis atq; multitudinem materie significat circa membra nutritiua. Unde Ypo. iiij. partt. ampħ. vbi sudor in corpore illic egritudi/nem demonstrant. Est ergo malus sudor si fuerit circa ventrem solum peior vero si cir/ca pectus solum: sed pessimus omniumatq; mortalis si circa timpora atq; frontem. Sudor preterea frigidus timendus est ex multitudine ⁊ grossitie materie ⁊ morbi longitu/dine quam significat. Sudor calidus timendus est ex furore materie ⁊ virtutis subita suffocatione. Unde Ypoc. iiij. par. ampho. Sudor multus calidus ⁊ frigidus supfluēs frigidus maiorem calidus minorem signifi/cat egritudinem. Item sudor frigidus generaliter in omni feb. malus est atq; timēdus

q̃m aut caloris nãlis extinctionẽ: aut materie sigt multitudinẽ. vñ Ipo. iiij. p. ãph. Frigidi sudores cũ fe. acuta quidẽ facti mortẽ cũ molliori ṽo longitudinẽ egritudis significãt Urina si statim a pncipio infra primos tres dies incipiat appere digesta ⁊ de die in diez eius digõ augmentet᷑ atq; pseueret cũ cõstãtia virtutis salubre. Dicit᷑ aũt digesta ex signis q̃ttuor: pmo q̃dem ex subã tpata inter grossuz ⁊ subtile. scõo ex colore tparo. s. citrino vel ru. claro. tertio ex q̃ntitate pportionata matie vl' diete. q̃rto ex p̃ctis q̃ sunt tria. s. nebl'a pẽdẽs in supficie q̃ incboatã digõnẽ significat. ⁊ nubes natãs in medio q̃ pfectũ digõnis sigt. Silr' ⁊ ypostaſ. alba lenis eq̃lis in fundo residẽs i figura piramidis ascendẽs q̃ ṽe significat cõplemẽtũ digõnis. Urina cruda ⁊ indigesta velut alba lactea vl' kiropos vel palearis ⁊ cui' cruditas de die in diẽ augmẽtat᷑: neq; cibi: neq; remedia rõnabiliter exbibita pficiũt ad pducendũ digõnẽ vel cõformãdum ṽtutẽ mortẽ sigt affuturã. Urina q̃ diuersificat᷑ in digõne ẽm se vl' ẽm tpa morbi malitiã ⁊ materie diuersitatem ⁊ virtutis angustiã demõstrant. ṽbi grã. si sit digesta ẽm subãm sed nõ ẽm cõtẽta: vl' sit digesta ẽm colorẽ ʒ nõ ẽm suã subãz: vel si mõ digã fuerit mõ cruda redierit alternatiʒ. Urina diuersicolor. ṽbi grã. rube' inferi' liuens supius aut ecõuerso etherogeneã materiaz ⁊ ṽtutis angustiã demõstrat: quare si ps vrine supior peior appuerit frenesim vl' litbargiã vel subetb ex febribus minat᷑. Si ṽo ps inferior deterior euenerit nefresiz vel icteritiã vel epatis ⁊ splenis duritiẽ pmittit. Si ṽo pars media cordis minat᷑ suffocationez. Urina viridis spasmũ de ianitione ⁊ mortẽ ex adustiõe significat. Urina nigra in fe. putridis ẽm substantiã vl' cõtẽta mortẽ ex adustione significat: ⁊ pprie si pcesserit eã viridꝭ Qõ si liuida antecesserit mortẽ ex cõgelatione ⁊ caloris naturalis extinctione demõstrãt Et q̃nto magis nigredo descẽderit ad fundũ vrinalis magis malũ pnũciabis. vt di. Gal'. ij. de crisi. Est tñ freq̃ter cũ in fe. putrid. ⁊ pprie melicis vrina nigra expulsionẽ naturalẽ significat ⁊ salutẽ tũc. s. cũ euenerit post signa digõnis ⁊ cũ alleuiatiõe ṽtutis ex ipa quaq; die ⁊ fuerit pluria pdurans neq; delitescat subito post ei' apparitionẽ. Caue p̃terea in fe. putrid. vt di. Gal'. ij. pnosti. ne renũ vel splenis vel vesice vitio capitis attribuens fe. qõ est aliorꝫ. Est nãq; cũ in fe. egreditur p accidẽs vrina nigra vitio renum vel splenis vl' matricis cũ eorꝫ opillatio tollit᷑ p naturã. Et est cũ in fe. appet vrina lactea vesice vitio. Distingue g̃ vrinã albã ex fetore ⁊ cõtento albo squamoso residẽte in fundo vasis velut furfures sup cute. Urinã ṽo nigraz ex sensatione doloris circa renes vel ypocundriũ sinistrũ vel sumẽ vẽtris: q̃m talia nõ sũt pprie in fe. Et ex melioribus significationibus ẽ q̃s patiẽs refert sup cõsuetudĩe tales vrinas faciẽdi piodice vel assidue. Ex signis igr' bmõi pnosticare possum' i fe. putrida q̃ cũq; mortẽ vl' salutẽ. verũ si diẽ ⁊ borã mortꝭ vl' salutꝭ pscire volueris ad signa pnostica q̃ dicemus in crisibus fiet recurrendũ. Q̃m vt ait Gal'. iij. de crisi. solius egritudis diẽ ⁊ borã est scire possibile cui' est vere crisis. Hec igit᷑ de fe. putrid. in gñali dicta sufficiãt que necesse est vt oĩa vel plurima in illius mẽte resideãt assidue q̃ ipsas curare metbodo vl' in ipsis pnosticare rõnabiliter attemptat.

¶ De febre sanguinea. Ca. vj.

Febris ex sanguine nõ est fieri possibilis interposita: ʒ tñ cõtinua: q̃m sanguis cũ remanet sub ppria forma virtutũ ẽ intra venas: ⁊ ilico cũ venas exierit in stomachũ vl' intestina vl' spõgiositatẽ mẽbrorꝫ necesse est vt in virus ⁊ saniẽ cõuertat᷑: vt di. Ipo. vj. pti. ãph. qõ totũ accidit ex tpamẽto sue cõplonis ⁊ delitia sue cõpõnis: quẽadmodũ appet in lacte ⁊ spmate. Hec fe. nõ cõplicat᷑ cũ fe. alia vl' nõ manifeste. Qõ q̃dẽ accidit pp̃ter multitudinem sang. in corpe nr̃o sup humores oẽs. Cõnũerat᷑ p̃terea hec feb. inter fe. cõtinuas acutas valde quas Gal'. arsiuas vel cõdusas appellauit. Aui. ṽo pacutas vel pperacutas ⁊ sunt fe. q̃ terminantur in q̃rta vel. vij. die vel ad plus. xiiij. qõ tps nulla fe. peracuta põt trãsire siue sit mortalis: siue salubris: pp̃t q̃ ait Ipo. ij. pti. ãph. Acute egritudines. xiiij. diebus terminant᷑. Est aũt fe. sanguinea duarũ spẽrũ: q̃m vel sanguis peccat in q̃nto: quare cũ sit per naturã calidus feb. inducet que dr

sinocha insiatiua. Uel peccat in quali: quare cũ natura nõ regitur: putrescit τ feb. efficit q̃ sinoch⁹ appellat. Añ vsus Sinocha de mul to: sed sinoch⁹ ex putrefacto. Nõ potuit hec diuersitas in aliis humorib⁹ repiri qm̃ neq; sunt i corpe plurimi neq; benigni velut san. ꝓpter qđ ait Gal. ix. de inge. sanitatis. Hac fe. mediã inter febres putridas τ effimeras ordinauit. Hec etiã fe. siue sit infiatiua siue putrida tres habet spẽs. Una quidẽ que sta tiʒ cũ incipit: acuit assidue: qm̃ in ea plus re perit putrefactiõis q̃ resolutiõis: τ ista aug mastica appellat. Alia vo q̃ econuerso ꝓce dit: qm̃ statiʒ a pricipio de die in diẽ mitigat cuʒ in ea plus resolutionis q̃ putrefactionis reperiatur: τ hec paugmastica dicitur. Ter tia vo media iter istas: scʒ que semp affligit equalr quasi sit semp in statu: τ hec homore nus nũcupat. Neq; potest ista diuersitas in humorib⁹ aliis repiri: qm̃ illud vl subtilitas vl grossities vl viscositas vl modicitas impe diũt. Signa fe. de sanguĩe in communi sunt: quoniam in ipsa non accidit corporibus ma cris frigidis per naturã: vel regimẽ vel etatẽ vt ait Gal. ix. de ingenio sanitatis quapro pter nõ accidit senib⁹ vel melancholicis: sed sanguĩeis carnosis rubicũdis ꝑ naturã atq; adolescẽtib⁹ vel iuuenib⁹ ꝑfectis. Qđ si cor porib⁹ flegmaticis vel cholericis acciderit: fit h̃ ex antecessiõe ocii τ quiet τ somni plu rimi τ ciborũ sanguinem multiplicãtium vt sunt ꝓprie vinum τ carnes laudabiles: qua re cũ post ista neglexerint exercitia vl balnea cõsueta vel euacuationes cum flõmia surgit febris. Et ad hoc disponit plurimum prior dẽsitas velut in corpore musculoso dẽso com pacto dure carnis apud tactum. Similiter τ pororũ opillatio ex balneis stipticis vel vn guentis prohibẽtibus inspirationẽ. Significãt autem hanc fe. in communi vrina rubea grossa et facies rubea cum inflammatione maxillaruʒ τ imaginatione rerum variarum et pulsus magnus lat⁹ longus fortis velox: atq; spissus: τ dolor capitis fortis grauis pulsatiuus cum instãtia vigiliarum assidua τ sitis intensa cum dulcedine saliue sine cau sa manifesta. Similiter τ grauitas plurima corporis totius: ita vt anhelitus fiat strictus velut ꝑfocati. Et est eius calitas vehemens velut in causone: sed est cum humiditate. Si

gna vero propria distinctiua inter sinochaʒ τ sinochum sunt quattuor. quorum primuʒ est: quoniam i sinocha insiatiua apparet vri na rubea clara grossa non confusa. In sino cho vero putredo fetida confusa propter hu moris ebullitionem. Secundum vero qm̃ in sinocha sentitur pulsus ordinatus τ equa lis. In sinocho vero diuersus τ inordinatus quoniam in eo virtus magis fatigatur. Et in sinocho sistoles est maior q̃ dyastoles cu ius contrarium reperies in sinocha insiati ua: τ similiter fiet apud anhelitum. Tertiuʒ vero quoniam in sinocha sentitur ad tactuʒ calor corporis vaporosus suauis: i sinocho mordax: durus: acutus ꝓpter fumos putri dos capinos. Quartũ vero quoniam sino cha nõ habet periodicationes diurnas: quo niam ipsa est febris nõ ꝓportionata ad ma teriam. Sinochus vero exacerbatur de ter cio in tertium quoniam sanguis cum pu truerit similitudineʒ cholere assumit: vt dicit Galenus loco supradicto. Et duo quidem vltima sunt certa que non faciunt errare. Potest autem τ quintum addi quod est: quoniam vt plurimum sinocha incipit cali da sine tremore τ rigore: sinochus vero cum rigore: quemadmodum τ alie febres putri de: quod quidẽ accidit propter vapores pu tridos dispersos super musculos qui sunt in ambitu totius corporis.

Method⁹.

Cura vtriusq; febriũ sangui nearuʒ: vna fe re est atq; eadẽ: vt docet Gal. ix. de ingenio sanitatis. Similiter et Auicenna caplo pre senti. quorum doctrinam assequimur pro posse. Cum igitur hanc febrem primo co gnoueris: fac tico flebothomiam basilice dextre vel simul vtriusq; cum incisione lar ga: siue fuerit in die siue in nocte. Neqʒ re fert an in principio vel augmento vel statu illud facias si prius nõ fueris vocatus: quo niam a prima die vsqʒ ad septimam potest in hac febre fieri flebothomia in qua qui dem tantum de sanguine subtrahatur: siue per assiduationem hora vna: siue per se cundationem horis diuersis donec eger ad sincopim conuertatur. Si tamen virtus et etas consenserint: et proprie in corpore cõ pacto robusto: veruntamen oportet vt ma

gis vicinemur sincopi in sinocha inflativa quam in sinocho: quoniam in ea virtus magis fortis est et citius per flebotbomiam exoneratur quam putrida in qua sanguis dupliciter peccat. Oportet etiam vt stomachus sit vacuus a cibo ne forte crudus rapiatur ad venas per flebotbomiam. Confortetur os stomachi et virtus cordis cum mica panis lota pluries in aqua frigida vel infusa in succo agreste vel berberis vel granatorum: quoniam hic cibus refrigerat et a sincopi preseruat si non est: vel ipsam abbreuiat et alleuiat si est. Demum quiescat et dormiat super lecto suo in aere frigido per se vel infrigidato cum aqua ros. vel foliis recentibus populi vel salicis atque vitis albe. Et si per solam flebotbomiam corpus extenuatum fuerit bene erit: quoniam significat febrem esse curatam: quare regatur cum succo ordei vel auene et potu iulep et alienatione rerum calidarum donec ad perfectam sanitatem redierit. Si vero flomia predicta non suffecerit: vel quia virtus egri ipsam fieri non permisit: vel quia pusillaminus fuisit: vel quia febris est maligna quod scies ex calore forti corporis et saltu atque tremore cordis adustione lingue et siti intensa: tunc da in potu aquam frigidam: sed non paucam ne forte cito inflametur in stomacho et febrem augmentet: sed plurimam valde tantam scilicet quantam eger desiderat vel tolerare queat donec facies liquescat et oris labia tremant et totum corpus infrigidetur: quoniam in hac febre non cadit timor incrudationis materie cum sanguis sit humor temperatus in substantia in quo non expectatur digestio nisi pauca: et proprie in sinocho putrescente: vt dicunt Gal. et Auicenna locis supradictis. Uerumtamen et si acciderit incrudatio et morbi prolongatio atque eius permutatio in febre flegmatica: ita vt et permutandum foret regimen febr. sanguinee in regimen feb. ex flegmate cum digestionibus et euacuationibus et dieta calida: illud tamen minus foret malum quam egrum subito suffocari vel eius venas crepari: quoniam melius est aliquod malum egris gignere quam sinere eos in mortem cadere: vt dicit Gal. nono de ingenio sanitatis: loquens de cura huius febris. quapropter et Ras. in diuisionibus. capitu. presenti. ait quod per huiusmodi viam incrudationis materie cum potu aque frigide: et post hoc conuersionis regiminis ad febrem flegmaticam plurima gens est per me curata. Et licet huiusmodi potus aque frigide similiter et flebotbomia fortis supradicta corpus sanum interficerent: huiusmodi tamen corpus alleuiant et confortant: quemadmodum et ieiunium triduanum in febre peracuta. In potu tamen aque frigide tres sunt conditiones attendende. Prima est vt materia sit digesta si fiat in sinocho putrescente: quare non debet in principio: sed in augmento digesta iam materia cum oxizacara si fuerit imbibita: vel cum sirupo acetoso si fuerit grossa viscosa: premissa tamen minoratione eius in principio cum flebotbomia forti supradicta. Secunda vero vt non sit apostema in aliquo viscerum: quoniam eius maturationem impediret: nisi fortassis foret cholerica pura quod raro est. Tertia vero ne stomachus vel dyafragma sint debilia per naturam: et proprie in corpore macro: quoniam fortassis ex ea spasmaretur et accideret malitia anhelitus et spasmus vniuersalis corporis totius: et demum suffocatio: quare necesse videtur vt egrum interroges si consuetus sit in potu aque frigide tempore sanitatis. Cum huiusmodi igitur flebotbomia et potu aque frigide super ipsam similiter et cibis frigidis acetosis regatur vsque ad sanitatem perfectam.

Emperica.

Communiter operantes non faciunt flebotbomiam vsque ad sincopin: sed flebotbomiam satis fortem vel secundationes tres: tribus diebus continuis a principio. Et si virtus egri sit debilis per naturam vel ex timore flebotbomie: sicut quibusdam accidere consueuit apud omnem flebotbomiam videlicet vt sincopisent: tunc ante flebotbomiam dant aliquid ex mica panis infusa in aqua frigida et vino pontico vel aceto simul mixtis: quoniam preseruat eos a sincopi os stomachi confortando et cordis feruorem reprimendo. Quod si adhuc flebotbomare secundationem perhorruerint: faciunt scarificationes profundas. Primo quidem in pulpis crurum. Secundo in natibus. et tertio in spatulis donec sanguis minoretur et assidue sicut cum flebotbomia: et post frigidam aquam tribuunt in potu per se vel mixtam cum

aceto. Cum huiusmodi igitur regimine flebotbomie et potu aque frigide et cibis acetosis atque dieta tenui regunt eos usque ad horam status et crisim: quod quidem tempus in sinocha inflatiua est dies quarta vt plurimum vel quinta. In sinocho vero putrido dies septima vel vndecima vel ad plus decimaquarta. Consueuit namque pluribus superuenire hora illa sudor creticus vel fluxus sanguinis narium materiam febris eradicans perfecte. quibusdam vero sola superuenit resolutio materie insensibilis paulatina: et proprie cum antecessit euacuatio fortis supradicta. Medicina preterea lenitiua ventris et sanguinis mundificatiua est melior in hac febre ex cassiafistula tamarindo. et manna dissolutis in aqua feruenti decoctionis prunorum siccorum. Sed non fiat euacuatio cum acutis: quoniam fe. et eius causam redderent furiosam. Medicine vero confortatiue per interius sunt trocisci de camphora et spodio dicti supra et zuccarum rosatum et violatum dyaprunis triasandal. dyarodon abbatis. Ex quibus detur in aurora cum aqua frigida et meridie et sero cum itur ad lectum. Medicine vero confortatiue per exterius sunt epithimata frigida posita super cor epar et timpora ex aqua rosata et aceto vel succo solatri et semperviue postquam in eis puluis ros. sandal. anthere camphore fuerit dissolutus. Accidentia preterea fe. hanc consequentia et proprie fortia que ad se curam trahunt sunt duo: scilicet sitis et vigilie de quibus diximus libro primo.

Canones

Excusamur quandoque a potu aque frigide tunc scilicet cum in ea corpus non est consuetum et est rarum laxum non valde carnosum et proprie cum antecesserit flobomia fortis supradicta quam illico consequitur fe. extinctio et virtutis exoneratio. Excusamur etiam quandoque a flobomia plurima cum scilicet corpus ipsam abhorruerit et potus aque frigide sibi fuerit delectabilis consuetus. Excusamur preterea quandoque ab vtrisque scilicet flebotbomia et potu aque frigide vt vel omnino non fiant a medico vel parumper: tunc scilicet cum natura per se materiam eduxerit et fe. fugauerit in toto vel in parte quod quidem fit per aliquam quattuor regionum que sunt. fluxus sang. narium: fluxus plurimus ventris sanguineus: mictus sang. copiosus: et sudor vel is corporis totius: de quo quidem sudore in hac feb. refert Gal. quinto de acciden. et morbo: similiter Aristotel. libro de animalibus. quod est visus in quibusdam corporibus velut sanguineus aquosus et proprie in corporibus raris quorum pori et ora venarum sunt longa et sang. subtilis aquosus. Dubitatio preterea difficilis cadit inter medicos de flebotbomia forti supradicta in hac feb. quoniam Gal. Ras. et Auicen. in presenti capitulo precipiunt ipsam vsque ad sincopim fieri. sed Auerr. vij. colliget. fortissimis rationibus refutat: quoniam neque natura facit crisim vsque ad sincopim nisi sintbomaticam et mortalem quam ars imitatur cum rationabiliter processerit neque decet medicum virtutem naturalem diminuere: sed potius confortare cum sit eius custos: neque fiendus est a medico actus curatiuus in quo magis cadit timoris et nocumenti quam salutis et iuuamenti. Timor namque redundat ad ingloriationem medici. Nocumentum vero ad perniciem egrotantis. Sanguis preterea cum fuerit ex flobomia fortiter minoratus eradicabitur faciliter per naturam: quemadmodum accidit et in causone in quo quidem eradicamus statim cholera a principio: sed ipsam solummodo minoramus committentes residuum operi nature. Similiter et in fe. de flegmate vel de melia. Verum cum non sit possibile rationibus necessarijs contradicere: neque credere auctoritates principis medicorum omnino fore falsas dicamus quoniam eorum discordia cadit super solo verbo. Noluit Gal. flobomiam supradictam fieri vsque ad sincopim inanitionis quemadmodum fit in crisibus malignis: sed ad sincopim permutationis. Omnis namque permutatio cum fortis fuerit et subita virtutem debilitat: quoniam vt dicitur Ypo. ij. parti. amphorismorum. Secundum multum repente euacuare aut replere etc. quod si permutatio fuerit ad bonum ab inconuenienti ad conueniens debilitatur virtus hora breui: sed post hoc illico fortior atque exonerata resurget. Si vero fuerit ad malum quemadmodum a conuenienti ad inconueniens debilitatur virtus hora illa: similiter et post ipsam. Voluit ergo dicere Gale. quod debeat fieri flebotbomia vsque ad sincopim et vsque ad euacuationem plurimam ex qua corpus sanum sincopisaret propter inanitionem. Illud tamen sincopisat tantum propter subitam mutationem et aliam solutionem diximus capitulo de sincopi.

Pronosticatio.

Synocha inflatiua minoris est timoris ꝙ sinochus putrescēs: qm̄ peccatum duplex fortiꝰ est se solo. Itē sinocha inflatiua vt plurimum terminatur die quarta vel .v. vel ad plus in septima vel ad bonū vel ad malū. Synochus vero in septima vel .xi. vel ad plꝰ in .xiiij. si nō fuerit erratū sup egro neqꝫ materia incrudata fuerit ex potu aq̄ frigide: qm̄ tūc pōt durare vsqꝫ ad .xl. dies vel plres queadmodū in feb. flegmaticis cronizanti. Itē si statim a principio supueniat fluxus sanguis nariū plurimꝰ vel sudor copiosus vel alia euacuatio sensibilis vna vel plures simul cōstāte virtute salutē significat ⁊ crisim pfectā. Si vero sanguis niger: paucꝰ exierit: vel si liuidꝰ: subtilis exierit q restringi nō pōt arterie rupturā ⁊ crisim sinthomaticā significat, supfluā ⁊ diminutā: ⁊ p cōsequēs mortē festinā. Nō si talia apparuerint die q̄rta crisim bonā vel malā significat in septima. Si vero in vndecima crisim in q̄rtadecima pmittit. Itē si statim a principio virtꝰ debilitetur: neqꝫ remedia rōnabilr exhibita cōtulerint de die in diē ⁊ vrina cōfundatur ⁊ pulsus diuersificetur ⁊ calor augmentetur ⁊ cor tremat nisi sitis extinguatur ⁊ lingua denigretur mortale. Itē si pustule nigre vel liuide exeunt a corpore mortale. Si vero rubee salubre: ⁊ ppter virtute alleuiata p ipsas put dicemus ca. de variolis ⁊ morbillis. Itē asma si pdurauerit cū dispōne pfocatiua ⁊ facie adusta mortale. Itē fe. san. est a tota sui spē timorosa: qm̄ est fe. pacuta vel perpacuta quarum velox atqꝫ fortis est crisis: quapropter in eis volentē pnosticari necesse est vt oī hora egro assistat: ne forte ppter illarū motū subitum medici iudiciū pturbētur: vt dicit Ra. in almā. Itē signa pnostica cōia dicta cap. de fe. putrid. in generali psentibꝰ sublimiter suffragantur: qm̄ scire faciūt futurā mortē vel salutem. Nō si diē certā pscire volueris ad capl'm q̄rtū tractatꝰ de crisibꝰ erit recurrendū. Itē dicit Aui. psenti ca. ꝙ si in vētre fuerit sonꝰ ⁊ rugitus cū pulsatione venarū ⁊ angustia mortale: qm̄ vel sanguis ebullitionē maximā in vena illi ⁊ arteria adorti significat trāseuntibus interiꝰ sup dorsum vel apa magnū cōfirmatum. Itē inter huiōi fe. spēs augmasticꝰ est oīum piculosior: paugmasticus securior: sed homotenus est medius ipsorum.

De febre cholerica interpollata. Capitulum .vij.



Hoc genus feb. fit ex cholera rubea putrescēte in stomacho vel intestinis seu alio loco corpis extra venas. verū qm̄ ebullitio cholere putrescentis obseruat piodum de tertio die in tertiū ita. s. vt die vna quiescat ⁊ altera bulliat: ppterea ꝙ cholera vna qualitate pparante ad putredinē participat q̄ est caliditas: ⁊ altera phibente putredinē que est siccitas: idcirco febris tertiana noiatur. Est aūt duorum modorum qui sunt pura ⁊ nō pura. pura quidē cum eiꝰ materia est cholera rubea cui nihil aliorum humorum fuerit pmixtum. Nō pura cui aliq̄d flegmatis vel melācholie sit admixtū: quare tertiana notha id est adultera nuncupatur. Signa tertiane pure sunt ꝙ incipit eiꝰ paroxismꝰ cū rigore simili pūcture acus ⁊ nō est in ea frigus vehemēs: neqꝫ pulsus valde paruus: neqꝫ cōcutiūtur dentes in ea: sed est frigus remissus in qualitate ⁊ breui duratione: ita vt festinet ad augmentū: quare tūc festinat inflāmatio ⁊ magnificatur pulsus ⁊ fit velox: spissus nō diuersus valde: sed fortis ordinatus: sitit ⁊ anhelitꝰ: deinde apud statum fit vehemens caliditas ⁊ sitis ⁊ angustia: ita vt qnqꝫ accidat alienatio et soda pulsatiua fortis: ⁊ sentit manus tangēs calorem siccum mordicantē. Et tps quidē augmēti vel statꝰ excedit valde tps principij: qm̄ in ea frigus est trāsiens: calor vero pdurans. In declinatione vero paroxismi eleuatur sudor plurimꝰ subtilis vel'is totiꝰ corpis. Et fit quādoqꝫ vomitus rei liquide citrine subtilis vel viridis amare. sitis ⁊ egestio quare minoratur pulsus ⁊ fit rarus. Et magnificatur sistoles ⁊ euaporat calor putridus a centro corporis ad extrema: ⁊ sic terminatur paroxismus ⁊ spaciū paroxismi est ad plus duodecim horarū naturaliū. verum qō vt plurimum accidit: est vt sit eius paroxismus octo horarū ⁊ affligit apud meridiem. Et est vrina subtilis citrina vehementer: ⁊ lingua nigra adusta ⁊ os amarū sine cā manifesta: ⁊ si fuerit corporis habitudo ⁊ etas ⁊

tēpus anni cholerica. filr̄ regimē ātecedēs ꝛ multiplicatio caloris fe. in corporib⁹ ꝟior erit tua significatio. Signa tertiane nothe sunt refectio atq; obscuritas oim accidētium predictoꝝ cum elongatione paroxismi: ꝛ ꝓpꝛie apud eius principium.

Methodus.

Cura tertiane pure est vt dicit Ras. in almā. vt statī cū fe. cognoueris: euacues materiā solutione minoratiua cū cassia fistula manna tamarindo. dissolutis in aqua decoctionis prunoꝝ ꝛ viol. sed nō in die paroxismi: deinde digerat̄ materia oī die cū sirupo acetoso simplici vel oxizacara dādo in aurora. ℥. ij. cū aqua plurima frigida: vel cū aqua pred. ꝑ tres vel quatuor ꝑoxismos. Et cū vrinā videris ꝑfecte digestā euacuet̄ materia solutione eradicatiua cū stomaticon laxatiuo: vel cū electuario de succo ro. vel cum ʒ. ij. reubarbari optimi puluerizati ꝛ cōmixti cū solutione minoratiua ꝑdicta. Nutriatur ex mica panis lota cū aqua frigida: ꝛ post hoc imbibita in vino granatoꝝ vel ex pultibus ordei vel auene cōditis cum lacte amigdalarū dulciū vel ex lactuca portulaca bleta spinach. cucurbi. coctis ꝛ conditis cū aceto: aut ex carnibus laudabilibus coctis cum eisdem. Utat̄ ꝓ sapore succo granatorū vel berberis vel trifolij vel acetose. Bibat aquā frigidā vel aquā decoctionis prunoꝝ sicco- rū aut ordei. Confortēt hora qua nō sumit cibū cū succaro ro. vel sirupo ro. si venter fit obediens: sed cum zuccaro viol. vel sirupo violato si venter fuerit cōstipat⁹. Et lenia̅t cum suppositorio vel clisteri: ꝛ sit totū studiū tuū in extinctiōe cū rebus frigidis humidis: qm̄ cōueniunt materie ꝛ dispositioni: nisi fortassis apostema in viscerib⁹ seu opillatio illud ꝓhibeāt. Et voluit Aui. ca. ꝑsenti istius fe. vsq; ad tres ꝑoxismos fiat flebothomia de basilica dextra: qm̄ materiā diminuit ꝛ reprimit calorē. Uerū in hoc cadit timor feruoris cholere cū extrahit̄ ei⁹ frenū filr ꝛ raptus ipsi⁹ ad interiora venarum vacui trahentis: quare ex fe. interpollata fieret cōtinua q̄ est ꝑmutatio maligna. Nō si fuerit sanguine⁹ robustus flebothomiā nō abhorremus quodāmodo. Et in principio oīs feb. vt ostendimus de cura fe. putride in generali ca. de methodo. Cura tertiane nothe est vt a principio ad tres paroxismos fiat minoratio materie cū flebothomia basilice vel cū aqua materierū pred. Cui. ʒ. j. turbith pul. ꝛ. ʒ. ß. zinzibe. sint commixta. Deinde digeratur residuum materie cum sirupo acetoso ꝛ oximelle simul mixtis ꝛ cum aqua calida bibitis in aurora. Post septem vero paroxismos vel nouem ꝛ cum vrinā videris digestā eradicetur materia cum yerapigra gal. vel benedicta laxatiua. Alijs vero diebus, ꝛ proprie si venter sit constipatus leniatur ante paroxismū cū suppositorio vel clisteri: prout diximus capitulo de stipticitate ventris. Nutriatur aqua decoctionis cicerum vel pisorum vel iuribus pullorum alteratis cum petro. ysopo ꝛ lactuca. Bibat vinum albū debile limphatum vel aquam decoctionis prunorum ꝛ passularum: vel aquam decoctionis ordei ysopi ꝛ anisi. Cōfortetur virtus hora qua nō sumpserit cibum vel medicinā cum huiusmodi mixtura. R. dyarrodō abbatis rosate nouelle triasandalorum. añ. ℥. ß. electuarij ducis. ℥. j. ꝛ sic tam in nutriētibus virtutē q̄ꝫ curātibus morbum calida frigidis adiungantur: ita q̄ in principio egritudinis frigida dominentur. In fine vero calida: quoniā humores calidi sunt facile mobiles furiosi: frigidi vero adherentes viscosi.

Emperica.

Ars faciendi sirupum digestiuum cholere ꝛ euacuatiuū a quacunq; particula nostri corporis hec est. R. ros. viol. endiuie lactuce portulace plantaginis trifolij acetose scariole an. here nenupharis cicoree añ. M. j. prunorum damascenorum. xi. numero: seminum quatuor cōmunium frigidorū maiorum q̄ sunt cucur. cucu. melon. citruli añ. ℥. ß. seminum quatuor cōmuniū frigidoꝝ minorū: vt se. endiuie lactuce scariole portulace: se. papaueris vel corticis eius añ. ℥. j. sandaloꝝ alborum ꝛ rubeorum ꝛ citrinorum camphore spodij añ. ʒ. ij. ordei. p. j. ꝑsillij. p. ß. decoquātur oīa in lib. viij. aque pure fontane postq̄ in ipsa fuerint infusa per noctem et in. ℥. j. acetosi donec tertia pars fuerit consumpta tunc colletur: et cum infrigidatum fuerit et clarificatum addatur libra. ß. vini granatorum vel berberis et reducatur ad ignem

et sirupisetur cū lib. duab⁹ zuccari. Et aromatiset cū cinamomo ligno aloes calamo aromat. folijs cardaomi aā. ʒ. ij. terēdo oīa grosso modo & ligādo ī pāno lineo mūdo raro et suspēdēdo in sirupo apō decoctionē scdam. Dentur ex eo omni die. ℥. iiij. per se i aurora si fuerit subtilis aquosus vel cum. ℥. duabus aque calide si fuerit spissus & bene decoctus apud sirupisationē. Et si vis vt a ppȓietate caput respiciat: adde herbis pdictis flores camomille mellilotū sticadō. ex speciebus nuces muscatas & cubebas. Si vero ad pect⁹ pulmonē & coȝ adde capill. vene. enulā cāpanā ordeū fenugrecū. Ex specieb⁹ liquiritiā passulas & iuiubas. Si vero stomachuȝ & intestina adde herbis predictis coctana pira mala maciana: ex specieb⁹ masticē & grana granatoȝ & oīa stiptica que virtutē sirupi retineāt in loco. Si vero epar & meseraicas adde cucustam epaticā ameos amomū: & multiplica endiuiā ex specieb⁹ spicā nardi & multiplica sandalos. Si ad splenez adde ciperi cap paris & aliquid scolopendrie vel tamarisci. Si ad matricē adde pulegiū calamentuȝ: ex specieb⁹ grana iuniperi sub modica tamen quantitate: quoniam raro est vt in splene vel matrice cholera dominet. Si vero ad renes & vesicam adde ex seminib⁹ diureticis. Si ad medullas ossiū & iūcturas adde polliuȝ montanum arthemisiā fumiterre in decoctione pma cassie fistule tamarindō. aā. ℥. iij. & in decoctione secunda reubarbari. ℥. ij. dyagredij ʒ. ß. terendo & ligādo in pāno lineo & suspendendo in sirupo donec ipoȝ virt⁹ trāseat in decoctiōe. Et tūc det de eo sicut prius: quia facit leniter ascellare bis vl' ter qq; die. Iste nāq; sirupus est fere ptinens oīa digerentia choleraȝ vel euacuantia cum ipsoȝ directiuis. Artem aūt faciendi sirupum digestiuū & euacuatiuū cholere & flatis simul describemus de fe. cōpositis. Dicunt quidā expti q hoc emplm sup epar in die paroxismi remouet vel mitigat paroxismū fe. tertiane: qm cholere putrefactionē refrenat. ℞. sandal. alb. & ru. aā. ʒ. ij. farine ordei. ʒ. iiij. aloes. ʒ. ij. cōfice cuȝ succo solatri & absinthij & modico aceti. Alij vero dicunt q mica panis lota in aqua frigida pluries: deinde expssa & imbibita in vino granatoȝ vel berberis vel aceto & aū paroxismuȝ comesta p vnā horā vel etiā apud parox mū cū adustio sit vehemens ideȝ opatur: vtiter nāq; frigida sicca prohibent putredinē quē admodū calida humida causant ipsam.

Canones.

Scripsim⁹ superius can. necessarios in cura feb. tertiane cuiuscunq; dirigētes medicū in administratione debita cibi vel medicine cap. de feb. cura in generali. Attamen illis dictis generalr' vident duo specialia psenti capitulo apponēda. Quoȝ primū est de hora cibationis in hac fe. Ubi sciendū put colligit ex mente auctoȝ & ppȓie Avi. Cibus dȝ offerri ante paroxismuȝ regulariter. ij. horis vel quatuor ad plus put egri virtus digerens vel cibi qntitas & qualitas postulauerint. Dico auteȝ regulr' qm est cū in principio paroxismi cibus cōpetit: tunc. s. cū vomituȝ intēdimus prouocare: est etiā cuȝ in medio paroxismi tūc scȝ cū virtutē ex inanitione seu morsu cholere defectam volumus confortare. Inter hos cibos cadit differentia fm subam & qntitatem qm prius opȝ vt sit ex oleribus vel leguminibus plurimus atq; ventosus. Scōs vero ex mica panis infusa in aqua frigida vel vino granatorum in qntitate valde parua. Et numerus quidē cibationū regularium inter paroxismū & paroxismum est vt ter vel quater reficiant. verbi gra. Si virtus sit debilis et consuetudo crapulosa & materia feb. pxima vel non pura opȝ vt quattuor vicibus cibus offeratur. primo quidē. iiij. horis post desinentiam paroxismi. deinde mō transactis decē horis dabitur secūdus. deīn iterū. x. transactis tertius. deīn iterū. x. transactis dabitur quartus tribus horis ante principiū paroxismi cuȝ principium paroxismi sit. xij. horarū ad plus. Tempus vero quietis. xxxvj. horarū licȝ vt plurimū tēpus paroxismi apud cōiter febrientes hac fe. viij. horarū reperiat. Et tunc inter cibationē & cibationē cadere potest spaciū. xj. horarū: & ex hoc exemplo distinguere potes horas cum cibationibus. verūm siue ter siue quater cib⁹ fuerit offerend⁹ hoc diligēter obseruāduȝ vt cib⁹ multū elonget a principio paroxismi: qm est res conferens in cura fe. proportionalis. Declinationi vero si vicinari oporteat non erit adeo verendum: qm vt ait Ipo. primo regi. acutoȝ. Illico post paroxismū cibus dari pōt cū calor fe. ad calcaneū decli

nauerit: et hoc q̄dē est cū hora declinatiōis nondū bene trāsiuit. Scdm est speciale ad/dendū de hora euacuatiōis in hac fe. qd est vt nō detur medicina laxatiua in die parox/mi s3 quietis ne forte mot⁹ pṫodi impediat motū medicine et ne virt⁹ duplici labore fati getur. Et vtile ꝯsiliū videt̄ vt non fiat eua/cuatio cū mirabolanis: qm̄ soluēdo vētrē in ducūt stipticitatē: silr̄ et sodam q̄ sunt accidē tia maligna in quacūqꝫ fe.

Pronosticatio.

Fe. tertiana v̄a nō durat vltra septē parox/mos imo vt plimū infra teriat̄ prout chole ra fuit plima vel pauca. sed tertiana nō pu/ra pōt p duos vl' tres mēses durare. Ex quo scire potes ꝙ materie viscositas parūp fe. elongat q̄ ipsi⁹ multitudo q̄tūcūqꝫ. Unde Ypo. iiij. pti. amph. Tertiana v̄a si nō iudi/catur septē pṫodis lōgissima est. Itē in oi fe. tertiana silr̄ et in oi fe. iterpol. si aduēt⁹ pa/roxismū anticipet a pncipio breuitatē egritu/dinis significat. Si v̄o eq̄liter stet lōgitudi/nē pretēdit. vn̄ Ypo. iiij. pt. amph o. Quibus/cūqꝫ exacerbatiōes fiunt si q̄ hora fe. dimise rit in crastinū eadem hora accipiat discrata erit. Itē fe. tertiana pura ē ex tota sui spē sa lubris: nō pura v̄o timorosa. Morbi nāqꝫ plixitas et medicinaꝝ diuersitas v̄tutē natu ralē ꝓsternūt. Itē in fe. tertiana pura p̄mus paroxismus est pncipiū q̄re fit facilis. scds aut tertius augmentū q̄re fit fortior. q̄rtus v̄o et quint⁹ est stat⁹ quare fiūt in vltimo furoris et malitie. Sed sextus et septim⁹ declinatio quare minorabunt̄ oia accidentia gradatī3 q̄ si medicus a principio huius feb. ꝑdixerit sapiens apparebit. Itē fe. tertiana nō pura vt plurimū cū elongat̄: cōuertit̄ in quotidia nā et fortassis ad ethicā et mortem.

¶ De febre cholerica cōtinua et causone. Caplm. viij.

Fit hec fe. ex cholera ru. putrescen te intra venas et arterias atqꝫ va sa conclusa quapropter est de ge/nere fe. continuaꝝ acutarū quem admodū et fe. de sanguine. Est aūt duorum modoꝝ: qm̄ aut cholera putrefit in venis di stantibus a corde: vtpote q̄ sunt in ābitu cor poris totius: tūc tertiana cōtinua nūcupat̄ et absolute acuta indicat̄. Aut cholera pu/trefit in venis ꝓpinquis cordi: vtpote q̄ sunt in pectore et pulmone epate et splene et ore stomachi: et tūc causone vel causonides ap/pellat̄ et pacuta et perpacuta indicat̄. Et di/xerunt ꝓuecti in medicina ꝙ vtraqꝫ istarum fieri pōt ex flegmate salso puro vel cholere ꝑmixto: qm̄ flegma nō fit salsum: nisi p adu/stionē3 plurimā et cōmixtionē cholere rubee multe. Signa tertiane ꝯtinue sunt oīa signa tertiane interpollate cui extat ꝓportionabi lis: ꝑter ꝙ in ea nō accidit horripillatio neqꝫ rigor: neqꝫ sudor nisi cum fit crisꝫ. calor aūt et alienatio et sitis et vigilie et lingue nigredo si milr̄ et oīa signa alia sunt in eo vehemētiora Signa causonis sunt signa eadē cū fuerit in vltio vehemētie malignātis et pulsus spissus velox diuersus inordinatus: silr̄ et anhelitus et vrina subtilis citrina vehementer vel rufa vl' liuida radiosa. Et iste q̄dē fe. sunt in acci dētib⁹ vt plurimu3 siles feb. de sanguine: qm̄ san. et cholera sunt humores calefaciētes veꝝ differūt qm̄ sinocha nō excrescit aliq̄ dieru3 pṫodice cū sit fe. nō ꝓportionata ad aliqua3 febriū putridarū iterpollataꝝ. Fe. v̄o chole rica fit pṫodice fortior de tertio die in tertiu3 quēadmodū et tertiana iterpollata et nō sunt cū ea rubedo faciei sup̄flua neqꝫ corporis re pletio plima extēsiua cū dispōne ꝓuocatiua assidua velut in sanguinea. ꝙ si tps āni etas et cōplexio atqꝫ regimen aūs cholerica fuerint et habitudo corporis macra verior fiet sua si gnificatio et c.

Methodus.

Cura vtri/usqꝫ fe. cōti nuarum de cholera est vt stati a pncipio minoret̄ mā cū medicīa lenitiua q̄lis ē cassiaꝫ. māna tama/rindi. cū i aq̄ decoctiōis prunoꝝ et viol. dissol uunt̄ qm̄ lenitēdo vētrē alterāt calorē. Et nō det̄ medicīa fortis qm̄ materiā agitaret idi/gestā et frenesim iduceret pniciosam. Post h̄ v̄o p totū tps pncipij et augmēti donec stat⁹ accesserit et signa digōnis pfecte apparuerit in vrina qd est apud diē q̄rtu3 vel ad plus se/ptimu3. Sit tota intētio tua tam in cibis q̄ medicinis ad infrigidandum et humectan/dū et ꝓprie in causone et ꝓprie alterā dispo sitionem febrilē digerunt materiā cum cho lere digestio fit eius ingrossatio donec redie

rit ad moderamen. Det igit oi die ante auro rozā sirupus de prunis vel sirupus de nenuphar vel sirup⁹ acetosus simplex vel oxizacara ad potādū cū aq̄ frigida estate: ꝛ calida hyeme. ꝙ si vēter fuerit obediēs quacꝫ die plus duab⁹ vicibus nō fiet opus medicina laxatiua: sed extinctiua tm̄ adeo vt si plurimū fluxerit ad stipticitatē recurrat. quas dixim⁹ cap. d̄ fluxu vētris. Apud vo ortū solis qd̄ est post ꝑ duas horas a sumptione sirupi tribuat in cibo pulmentū ex farina ordei vel auene con ditū cū aceto vel lacte papaueris albi vel lacte amigdalarū dulciū. Vel det mica panis infusa in aqua frigida vel vino granatoꝝ. vel nutriat ex cucurbitis melonib⁹ lactucis portulacis malis macianis coctis ꝛ ꝯditis cum aceto vel succo berberis ꝛ granatoꝝ. Bibat apud comestionē aquā frigidā purā vel mixtā cū aceto vel aquā decoctionis ordei ꝛ prunoꝝ siccoꝝ. In meridie vo cū est vehementia sitis ꝛ furoris bibat sirupuꝫ ro. vel viol. cum aqua frigida pura: vel bibat iulep aquosuꝫ. In sero aūt cū petit somn⁹ ꝛ quies. Bibat sirupū de papauere vel de psilio cuꝫ aqua frigida pura vel cū aqua decoctiōis semi. lactuce ꝛ portul. ꝛ illiniat frons timpora atcꝫ nares cū oleo de mādragora ꝛ fricent vole manuū ꝛ plāte pedum cū sale ꝛ aceto: ꝛ fomentent crura cuꝫ aqua tepida in qua cocta sint folia salicis ꝛ populi vitis albe viol. ꝛ folia papaueris cū corticib⁹: qm̄ hec oia calorē febrilē extrahūt ꝛ somnū inducūt. Cōfortetur virt⁹ hora qua cibū nō sumpserit ex zuccaro ro. vel viol. vel triasand. ꝛ dyarodon abbatis puris vel cōmixtis. Necꝫ ꝓhibeat eger ab esu fructuū frigidoꝝ humidorum: vt sunt pruna pira ꝑsica ꝛ mala acetosa: qm̄ alterāt ꝛ cōfortāt. In statu vo subtiliet regimē vltimate qd̄ est nihil dare in cibo necꝫ in potu necꝫ in medicina si virt⁹ ꝯsenserit donec superuenerit crisis ꝛ trāsierit cōplete. Si igit apud crisim vomit⁹ choleric⁹ superuenerit: adiuuetur natura cū impositione digiti vel pēne linite in oleo in ꝓfundo gule. Si vo flux⁹ sanguis nariū iuuet natura cuꝫ setis porcinis missis in nares ꝛ emūctione vehemēti. Si vo sudor vniuersalis apparuerit: cōfortet natura si pigra vel insufficiēs videat cuꝫ potu iulep feruentis ꝗ̄to calidi⁹ pōt: bibat ꝛ cooperiatur diligenter vndicꝫ pānis calidis mollibus. Et assint ei⁹ amici vel astātes ꝛ pannos calefaciāt manibus tractando ꝛ anhelitū illuc dirigēdo. Et aperiātur pori cutis cū fricatiōe leui facta cuꝫ pānis lineis mollibus infusis in aqua ꝛ aceto postꝙ̄ in eis cocti fuerint furfures ꝛ flores camomille. Deinde expressis diligēter ꝛ tepidis ꝛ roridis ꝑ longuꝫ refrigeratis. Ad hoc plurimū cōfert etiā ponere vesicas siccas semiplenas ex aqua calida circa latera patiētis oiquacꝫ: qm̄ illico facit sudare. Sternat ꝑterea camera ex foliis ro. ꝛ vio. populi ꝛ salicis ꝛ nenuph. vitis albe ꝛ similibus. Et aspergātur ei⁹ parietes ex aqua ro. ꝛ aceto: vt aer inspirat⁹ infrigidet: qm̄ illud est necessariū in oi febre ꝓ cordis euētatione. Cōpleta crisi ꝑfecte resumatur virt⁹ ex carnibus edoꝝ pulloꝝ coctis ꝛ cōditis cum rebus frigidis sepe dictis ꝛc.

Emperica.

Hec igitur est cura vera fe. cōtinue de cholera cuiuscuncꝫ: qm̄ morbuꝫ ꝛ eius cām remouet cū virtute. Verū ꝑter ipsam est cura accidentiuꝫ ꝯsequētium vehemētiaꝫ huius fe. que sunt dolor capitis vigilie sitis alienatio icteritia sincop. ꝛ debilitas virtutis: de q̄bus oibus iam sufficiēter dictum est libro primo suis ꝓpriis capitulis. ¶ Ad cōfortationem igitur virtutis que est medicator principalis hic reliqua referemus. Cōfortatur autē virtus nō nisi per cōfortationem organoꝝ que sunt cerebrū cor epar ꝛ testiculi cum rebus alterātibus eoruꝫ cōplexionem distemperatā in feb. Epithima cōfortans cerebrum fit ex aqua ro. ꝛ aqua solatri semperuiue ꝛ iusquiami si in ea puluis ro. ꝛ sandaloꝝ distempere tur addito modico aceti ꝛ actu frigiduꝫ super verticem vbi sunt cōmissure cranei abrasis prius capillis sepius cuꝫ pānis lineis. Emplastretur sil'r ꝛ sup frontem ꝛ timpora cuicunquacꝫ. similiter ꝛ odorare aquaꝫ roseam in qua sandali ꝛ aliquid calami aromatici fuerit dissolutum cōfert qm̄ calorem alterat materiā repcutit: frenesim ꝓhibet ꝛ somnuꝫ inducit. Epithima confortans cor sic fit. ℞. aque ro. aque buglosse. añ. ℥. iiij. aceti. ℥. ß. camphore. ʒ. ß. croci. ʒ. j. ꝛ in isto actu frigido petie de sindone vel scarleto vel serico infundantur ꝛ super pectus frequententur. Epithima cōfortās epar sic fit. ℞. aque ro. aque.

endiuie aque solatri.añ.partes duas.aque absinthij partē.j.aceti acutissimi par. ℞.di/ ste mperetur in eis puluis earundem rerum ⁊ frequenter super epar. Epithima confor/ tans testiculos sic fit. ℞.aque ros.par.vnaʒ vini puri aromatici veteris ⁊ potentissimi. ptes duas aceti par.℞.pulueris dyamarga/ riton.quar.vnius partis distemperētur om nia simul ⁊ cum pannis lineis actu frigidis emplastrentur super testiculos virorū ⁊ mā millas mulierū frequenter reiterādo postq̄ fuerint exsiccata. Et potest fieri etiam hora crisis si virtus videatur debilis.

Canones.

Febris est pro/ pria species ei⁹ que causon dici/ tur cum sit peracuta que terminatur in die septima:vl' perperacuta que terminatur in die quarta tenuissima dieta fiet regulanda: ita vt si terminatio sit in quarto nihil detur in cibo statim a principio vsq̄ declinationē perfectam. Si vero in septimo nihil detur post diem quartum prout diximus capitulo de febre in generali. Uerumtamen huiusmo di canones Ypocra. Rasis in diuisionibus presenti capitulo refutat dicens ⁊ non attē/ das illud quod dicitur a stultis medicorum q̄ multitudo extinguentium a cibis ⁊ medi/ cinis exhibitis tardat crisim. ¶ Ego iam ex pertus sum ambas vias scilicet ⁊ regiminis extinctiui dicti in methodo:⁊ regiminis sub/ tiliatiui quod dixit Ypocra.⁊ viam extincti/ uam repperi securiorem. Et qui mortui sunt in hac febre sub regimine extinctionis sunt multo pauciores eis qui mortui sunt sub re gimine subtiliatiuo quoniam si non dabun/ tur extinctiua assabitur cerebrum ⁊ nerui et stomach⁹ ⁊ accidet spasmus ⁊ frenesis mor/ talis. Ex quibus scire potes canoñ. ypoc. esse veros regulariter quoniam morbum et eius causam decidunt.falsos vero accidenta liter:quoniam virtutem prosternunt: ⁊ pro/ prie in corporibus delicatis assuetis multo cibo tempore sanitatis. Dicit preterea Ra. loco predicto q̄ non debet prohiberi in hac egritudine:quin eger bibat aquam frigidaʒ cum vult: quoniam extinguit vehementer. Quod intellige verum si corpus in ea fuerit consuetū ⁊ delectetur:nec in visceribus opil/ latio seu apostema:quoniam licet incrudet materiam ⁊ morbum prolonget ⁊ crisim re/ tardet:maius tamen confert iuuamentum: quoniam prohibet marasmum.de quo potu aque frigide loquens Galenus.ix.de inge. sanitatis ait. q̄ melius est aliquod malum egris gignere q̄ sinere eos in mortem. Con/ gruit igitur vt potus iste sit plurimus simul vna hora:quoniam aqua modica facile in/ flammatur. In cura preterea huius feb.non competit flebotomia quoniam educit mul titudinem humorum omniū de quibus cho lera refrenatur:propter quod ait Auicēna.j. canoñ.fen. iiij.capitulo de flebotomia.q̄ summopere cauendum est a duabus rebus ex flebotomia:sciʒ humorū calidorū ebul litione ⁊ frigidorum incrudatione: verūta/ men si corpus fuerit sanguineum ⁊ consue/ tuʒ in flebothomando ⁊ vrina ru.obscura vi deatur:competit a principio materia mino/ rari cum flebotomia:nō quidē forti simul plurima:sed eadē die bis vel ter gradatiue secundata:quia confert q̄ntitati: sed non qualitati.

Pronosticatio.

Feb.continua de cho. timorosa est atq̄ su/ specta de tota sui natura:q̄m morbi veloci/ tas ⁊ materie furiositas virtutē deijciūt regi tiuā. Itē prima ei⁹ spēs q̄ q̄deʒ tertiana cōti nua noīaf:terminat vt plimuʒ in.vij.die ad mortē vel salutē:⁊ pprie si signa digōnis vel indigōnis cū cōueniētia particulariū cepint die.iiij.vel.v.manifeste apparere:verūt̄n si plongef.xiiij.nō transit:q̄m vt ait Ipo.ij.p. amph. Acute egritudines in.xiiij.iudicanf. Scda spēs que causon d̄r vt plurimū in.iiij. terminat:⁊ pprie si statim a principio ⁊ in/ fra primas duas dies signa digōnis vel indi gestionis in vrina cū cōueniētia particulariū manifeste cepint appere. Itē in quacūq̄ ista rū fe.fluxus san.nariū copiosus aut vomit⁹ cholericus aut sudor calidus vl'is toti⁹ corpo ris:aut fluxus ventris cholericus supuenerit statim a principio vel in aliqua die cretica quam precessit indicatiua post signa dige/ stionis perfecte ⁊ constantia virtutis ⁊ alle/ uiatione infirmi salubre:contrariuʒ vō mor tale. Iteʒ si remedia rationabiliter exhibita quacq̄ die contulerint et accidentia fuerint

remissa salubre: cōtrariū mortale. Itē si lingua nigra fuerit ꝛ adusta cū aspitate multa malignior fiet: q2 deterior fe. Si vo al. erit leuior: si vero citrina media fiet vtraqꝫ. Itēꝫ si spasmus aut tortura supuenerit: aut oculorū contorsio mortale: qm̄ significat spasmuꝫ de inanitione. vn̄ Ipo. ij. par. amph. Febreꝫ in spasmo melius est fieri ꝙ spasmuꝫ in febre. Itē si vrina rubea fuerit vel citrina vehemēter ꝛ in crastino alba subtilis euenerit mortale: qm̄ frenesim significat perniciosaꝫ. vnde Ipo. iiij. par. amphbo. Quibus vrine limpide aut albe male: maxime vo si in freneticis appareāt. Item si patiens statim a principio imaginationes habeat extraneas cuꝫ soda vel sine soda frenesim significat affuturā nisi cuꝫ repcussiuis circa cerebrum ilico succurratur. Itē si extrema frigida fuerint ꝛ pectus ꝛ venter adurant mortale: qm̄ apostema magnū in interioribus demōstrāt. vnde Ipo. iiij. pti. amph. In nō deficiētibus fe. si quidē fuerint extra frigēt: q vo int9 ardeāt ꝛ sitim habeāt mortale. Itē si rigor supuenerit in aliq̄ die cretica vel nō cretica neqꝫ ipaꝫ vo crisis subsequatur mortale: qm̄ materie multitudinē ꝛ virtutis significat defectionē q̄ crisim attentat quā pficere non pōt. vnde Ipo. ibidē. Si rigor inciderit fe. non deficiēte iaꝫ debili existente corpe mortale. Si vero crisis fienda atqꝫ cōpleta subsequat cū sudore calido vl' toti9 corporis atqꝫ fluxu san. copioso salubre: qm̄ virtutis expulsiue significat fortitudinē ꝛ crisis bonitateꝫ propter qd ait ibidem. A causone habito rigore supueniente solo fit egritudinis. Itē si hec fe. crisim faciat per icteritiam in die. vij. ix. vel. xj. vel. xiiij. salubre. Si vo an̄. vij. diē mortale Unde Ipo. ibidem. Icteritia si superuenerit in feb. acuta an̄. vij. malum. Istud tamen ampliori indiget tractatione quam iam scripsimus lib. j. c. de icteritia. Iteꝫ si stupor aut alienatio aut asma vehemens superuenerit aut inquietudo iacendi diuersa āteꝙ signa digestionis perfecte ceperint apparere mortale: quoniam crisim finitbomaticam significat malignam. propter quod ait Gal. iij. de cris. ꝙ omne signum creticum si ante signa digestionis euenerit malū est atqꝫ timēdū.

¶ De flegmatica interpolata. Capitulum nonum.

Accidit hec fe. ex flate putrescente extra venas: vtpote stōacho intestinis ꝛ spōgiositatib9 mēbroꝝ verū qm̄ ebullitio flatis putrescentis redit pꝛodice quaqꝫ die: ppterea ꝙ flegma est duaꝝ qualitatū pparantiū ad putredinē cum sit velut materia patiēs ꝙ caliditas q̄ est causa efficiens. Idcirco hec feb. quotidiana interpollata nūcupat. Est autē duorū modoꝝ quemadmodum ꝛ fe. interpollata de cho. scꝫ pura ꝛ non pura. Pura quidem cum fit ex flegmate puro cui nihil aliorum humorum vel aliene qualitatis est cōpositum cuiusmodi flegma dulce vel vitreū siue acetosum. Non pura vero que fit ex flegmate cui aliquid cholere vitelline vel melle reperit cōmixtum: vel fit ex flegmate salso. Flegma nanqꝫ non fit salsum nisi per adustionē vel humoris cōmixtionē: lꝫ prima atqꝫ ppria flatis qualitas sit frigiditas cū humiditate q̄ minime in flate salso reperiunt. Signa feb. quotidiane pure sunt ꝙ incipit eius paroxismus cū horripillatione veri frigoris super dorso ꝛ extremitatibus mēbrorum preter ꝙ sentiat patiens velut acuum puncturam tremorē vel rigorē vehementeꝫ: sed grauitatem solam extrema cōstringentē et durat ista frigiditas tēpore longo. Et fit pulsus paruus: velox: spissus: mollis: diuersus inordinatus. Deinde cū peruenit ad augmentum tardatur ei9 calefactio: neqꝫ fit vehemens immo fortassis nō calefacit ꝛ propter si flegma fit vitreum grossum quare neqꝫ magnificatur pulsus vehemēter apud statum. Et est tēpus principij longius multo tpe status vel augmenti: qm̄ est in ea caliditas transiens: frigiditas vo pdurans. In declinatione aūt nō aduenit sudor nisi fortasse paruus viscosus adherēs ꝛ ppterea apud principiū egritudinis cū materia nōdū est digesta neqꝫ subtiliata ꝛ magnificat apud declinationē dyastoles cū sua quiete. Et minorat sistoles ꝛ eius qes ꝛ expādit calor ad man9 ꝛ pedes: ꝛ est cū ea vomitus flegmatis ꝛ hūiditas in ore ꝛ pstratio appetit9 ꝛ sitis paucitas. Et spaciū quidē pxismi ē. xviij. horarū vel circa illud. Spaciū vo qetis sex horarū q̄re aduenit vt plurimū circa occasuꝫ solis ꝛ durat vsqꝫ ad meridiē pusꝙ reliquie pfecte resoluantur. Et forte nō resoluitur do-

nec alius redierit paroxismus. et accidit vt plurimū hec fe. pueris ⁊ mulierib⁹ ⁊ crassis laute ferculātibus cū multiplicatiōe somni et quietis ⁊ vtentib⁹ in cibo fructib⁹ humidis ⁊ piscib⁹ ⁊ lacte. Et in pncipio hu⁹ egritudis est vrīa alba grossa spūosa. In augmēto vō ruffa vl' subcitria grossa. sꝫ cū ad statū puenerit: fit rubea clara subtilis cuꝫ ypostasi alba leui equali pluria. Verū dū ypostasis minorat̄ in vrina et precessit euacuatio plurima per sudoreꝫ vomitū ⁊ secessum flegmaticū: tunc vera morbi declinatio indicat̄. Et cum perdurauerit hec feb. tpe lōgissimo vilificat̄ ex ea corpus ⁊ albescit facies ⁊ citrinatur ⁊ palpebre inferiores inflantur: velut in yposarcha. Signa feb. quotidiane nō pure sunt refractio signoꝝ oīm predictoꝝ cum vergētia ad caliditatē ⁊ sitim vehemētem ⁊ abbreuiatonē paroxismi ⁊ pprie apud pricipium egritudinis vniuersale.

Methodus.

Cura feb. quotidiane pure est vt statim a pncipio minoret̄ materia cū bñdicta laxatiua vl' medicamine de turbith dicto caplo de soda. dando ex eis modicū hora maioris quietis. Confortet̄ etiā natura quaqꝫ die advomitū in principio paroxismorū si fuerit possibile cuꝫ aqua tepida mixta cum sale ⁊ aceto vel cū aqua decoctionis rafani ⁊ aneti mixtis cū eisdem pmissa saturitate ex leguminibus ⁊ cepis ⁊ oleribus salitis si conferens videat̄. Et sm ꝙ exiens fuerit magis grossum vel viscosum tribuant̄ et medicine fortiores. Digerat̄ ergo materia cum sirupo aceroso cōposito vel cū oximelle squillitico dando ex eis in matutinis aliq̄d cum aq̄ calida pmo: deinde apud statū cum aqua decoctionis semis feñ. ⁊ adde petro. ⁊ oīm prouocantiū vrinā: quoniam plurima pars hu⁹ materie educitur per vrinā: ⁊ tunc eradicetur materia cuꝫ katartico forti sicut yerapigra gal. ⁊ pillule co. ⁊ medicamen de mirabola. kebulis ⁊ pillule' stomatice q̄ oia diximus caplo de debilitate stomachi. Et si venter fuerit restrictus leniat̄ quaqꝫ die gradatine cū suppositorio vel clisteri donec ad acuta pueniat̄. Nutriatur ex carnib⁹ edoruꝫ vel pulloꝝ coctis cū petro. conditis cum sinapi ⁊ melle vel melle ⁊ aceto vel succo herberis ⁊ trifolij faciendo ex ipsis salsamentum. Bibat vinum album clarum parūper adaq̄tum: vel: bibat mellicratum si caput ex vino noceatur. Confortet̄ virtus hora qua cibuꝫ nō sumpserit cū electuario ducis ⁊ dyarodō abbatis simul mixtis: vel cuꝫ zuccaro ros. et dyagalian. simul mixtis bibendo post illud aliq̄d vini predicti. Abstineat a fructib⁹ oleribus ⁊ piscibus ppossē: neqꝫ bibat aquam frigidā quoniā materiā incrudat ⁊ feb. elongat que p se naturaliter cronisat. Cura feb. quotidiane nō pure est vt in cibis vel medicinis caliditas remittat̄ quare detur p digistiuo sirupus ace. simplex primo. deinde apō augmentū sirupus acetosus cōpositus: neqꝫ vltra oximel cōpositum transcendat̄. In cibis vō dētur pultes ex ordeo ⁊ auena conditi cum vino pontico vel aceto. In potu vero tribuat̄ iulep vel mellicratum aquosum. Et gargariset sepius cum aqua frigida ⁊ aceto: q̄m sitim reprimit excellēter. Medicina preterea materiam digestam eradicans melior hec est. ℞. turbith alb. ⁊ electi atqꝫ mundati ʒ. j. reubar. boni. ʒ. j. ꝫꝫ. cinamomi añ. ʒ. ß. zuccari. ℥. j. fiat ex oībus puluis qui sit dosis vna ⁊ si reubarbaruꝫ habere nō poteris: sumatur loco ei⁹ dyagredij. ℈. ß. ⁊ vniuersal'r conferunt in hoc casu oēs medicine tam digestiue ꝙ solutiue, que dicent̄ ca. de scabie ⁊ prurītu corporis.

Emperica.

Ars faciendi sirupum digerentē atqꝫ educētē flegma ex quacūqꝫ pticula corpis hec est ℞. pulegij: calamēti: mēte: salute: maiorane: saturete: primule veris: balsamite: abrotani: rorismarini: absinthij: fumiterre: basilicōis: arthemisie: origani: costi: serpilli: fileris mōtani: oīm vel pluriū. añ. m. j. rad. qnqꝫ cōium calidoꝝ scꝫ anisi apij feniculi petro. añ. ℥. j. ꝫꝫ. cinamomi xiloaloes xilobals. folij indi gariofil'. añ. ʒ. ij. mellis dispumati. li. j. vel mellis ⁊ zuccari añ. li. ß. fiat sirup⁹ bene coctus ⁊ clarificatus queadmodū fiūt ⁊ alij sirupi de quo potent̄. ℥. iij. actu calide oī die in aurora. Et si laxatiuū facere voluerꝫ adde turbith hermodactiloꝝ agarici mirabolanoꝝ emblicoꝝ ⁊ kebul'. añ. ℥. j. in decoctione prima: q̄m faciet bis vel ter leuiter assellare quaqꝫ die donec sufficere videatur. Et si volueris vt a

proprietate caput, et eius ptes respiciat: ad de herbis pdictis fticad. peoniā flores camomille mellilotū camedreos camepitheos nasturciū rutbā senatoriū. Ex specb' adde nuc. musca. cubebas, carpob. anacardō. thus laudanū atq castoreū. Si vero pect' et pulmonem et cor adde ysop. yreos enulam campanā ca. ve. prassiū albū ordeū fenugrecū anetū. Ex speciebus adde liquir. passulas iuiubas, sebestē caricas dragagātū penidias dactilos pingues amigdalas dulces pineas et fisticos. Si vo stomachū et intestina adde citonia mentā masticē olibanū gallāgā. Si vero epar et venas totius corporis adde epaticā endiuiā squināntū eupatoriū cucuste ameos amomū et duas spicas. Si vero splenem adde scolopēdriā politricū tamariscū adiātbū squillā rubeam tinctorū ciperi capparis acori azari folia vel flores sambuci. Ex speciebus adde zedoariū et baccas lauri. Si vo matricē renes et vesicā adde saxifragā miliū solis sauinā grana iuniperi macedo. Ex speciēb' cantarides sine capitib' et alis qm sūt fortitudine vicerāt renes et vesicam. Si vero ad iuncturas adde pollium mū. azarū amomū acor. piper et squillā. sīr acetū plurime acuitatis. Est nāq3 fere cōtinens oīa simplicia digerentia atq educentia flegma cuiuscūq modorū a proprietate. Dicūt preterea excellētes in hac arte q si omni die ministretur. 3. ß. de mirrha et thure sero cū itur ad somnū abbreuiāt paroxismū huius fe. similiter et totā fe. qm stomachū corroborāt, putrefactionē phibēt et materiā flaticā exiccant et ppie post purgatiōes. Et ipsas iam descripsimus ca. de catharro. et alias dicemus ca. de feb. pestilentiali.

Canones.

Minera putredinis in hac febre est vt plurimū in stomacho et intestinis atq venis meseraicis et qnq in cōcauitatibus plurimis quare necessariū videt: vt in ei' cura mēbra talia nullaten' negligant. Cōfortent ergo stomachus et intestina p intus et exterius cū calidis stipticis velut sunt olibanū et mastix et trocisci de reubarbaro et trocisci de eupatorio dicti capitulo de opillatione epatis. si materia vicerit dispositionem: sed cū zucaro ros. et trocis. de ros. et rosata nouella si dispositio magis fatigarit. Et hos trociscos iā scripsimus ca. de opillatione splenis. Docuimus cōfortantia stomachum in ca. ei' pprio. Cōfortent meseraice cū aperiētib' et ex opillantib' que diximus cap. de opillatione epatis et venarū. Confortat aūt pulmo cum exiccātib' catharrū que dixim' ca. de catharro. In cura preterea huius fe. nō pueniт euacuatio cū flebothomia regulariter: qm causat incrudationē: verūtamē in casu possibile est fieri: et ppie in principio apud minorationē. Cū sc3 hec febris est de flegmate non puro et in corpore carnoso vtuido cuius vene sunt tumide apparētes: et q cōsuetus est in flebothomādo. De hora eius cibationis in hac fe. sciendū q sicut dicunt Auicē. et ysaac cōuenientior cibus est qui dat trib' horis ad minus ante paroxismū vel sex ad plus. verū cū spaciū quietis sit breue valde cum sit sex horarū tm: videtur de medio ipsorū vt cibus ilico post desinētiam paroxismi extat offerēdus. Quod si quis obijceret q sub hac via dabitur semel tm cibus quaq die dabit: quare fiet tenuis dieta in fe. cronica quod est contrariū canōib' ypocratis: qm i hmōi fe. grossius iubet reficere ne virtus deficiat in via. Respondendū videt q si virtus fortis est: et materia pauca sufficere: talis dieta quoniā flegma nutriet cū fuerit digestū ante putrefactionē ex eo: et flegma est sanguis nō cōplete digestus: neq vtus deficiet cū sub hmōi regimine morb' acueret. Si vero sit virtus debilis et materia multa fiet grossius dittandū. quare conuenit vt detur simul bis vel ter semel in medio declinatōis perfecte: et iterū ante paroxismū principiū futuri p duas horas. Et oportet vt sit cibus paruus quātitate: s3 magnus vtute qui cito et multū nutriat et facile digerat: cuiusmodi sunt iura carniū laudabiliū et oua sorbilia et testiculi gallorū nondū coeuntiū et carnes auiū siluestriū paruarū. Et qm ad oblationē debitā cibationū i fe. interpollata vel cōtinua necesse est quatuor tēpora paroxismi vel exacerbationis cognoscere: sicut nāq dieta vlis in fe. regulariter digerit ad elongationē et viciniam status vlis: ita et dieta pticularis digerit quaq die ad statū particularē paroxismi. Dicamus ergo noticiā per signa distinctiua. Cū igitur vadis ad infirmū et tangendo corpus circū

quacz reperis brachia et manus et pedes frigida vel minus calida: ventrē vero ꝛ pectus sufficiēter scias ꝙ est pricipiū paroxismi fe. interpollate: et principiū exacerbationis cōtinue febris sibi ꝓportionate. Similiter ꝛ si repereris frigiditatē vel diminutam caliditatē in ambitu corporis totiꝰ. Si vero repereris corpus equaliter calidū per totū: scias qm̄ est status vel augmētū cū nō differant nisi modo gradatiuo. Si vero manus ꝛ pedes reperis calidiores trūco corporis declinationē certificabis: i qua calor putridus motu proprio agitat a medico ad circūferētiā oīquaq3. Est aūt ꝛ alia ipsarū distinctio per pulsum: qm̄ in pricipio paroxismoꝝ pulsus ꝓfundat ꝛ fit paruus debilis spissus in quo sistoles et quies post ipsu3 est maior ꝙ dyastoles: qm̄ est maior necessitas expulsionis fumi putridi ꝙ euētationis caloris nālis oppssi: in augmēto vo ꝛ statu magis ac magis augmētat: s3 sistole ecōtrario modo. In declinatiōe fit valde manifestꝰ ꝛ dilatat arteria ꝛ dyastoles fit maior ꝙ sistoles: similiter et eius quies. Ex quo scire potes ꝙ magnificatio sistolis in pulsu statim a pricipio feb. breuitatē morbi significat: quēadmodū et subita apparitio digestionis in vrina.

Pronosticatio.

Fe. interpollata de flegmate ꝛ ꝓprie que est de flegmate puro durat vt plurimū vsqz ad quadraginta dies et qncqz per tres menses: qm̄ est fe. cronica ꝑ naturā. Nō si apud die3 xiiij. vel infra terminet nō erit ex qualitate materie: sed diminuta quātitate. Vbi grā. cū flebotbomia a ꝑncipio mota fuit vl' euacuatio fortis plurima quacz die apud paroxismū cū vomitu aut fluxu ventris: aut sudore ꝛ si paroxismi statim a principio egritudinis anticipēt atqz accurtant: breuitatē egritudinis significāt. Si vo retardent aut equaliter stent nō precedenti aliq̄ sensibili euacuatione copiosa materie grossitudinē ꝛ morbi longitudinē prefigurat: quare si cū bis virtꝰ fuerit defecta ꝛ appetitus ꝓstratus morte3 expectabis. Item si paroxismi anticipen ꝛ est augmentū si postponātur ꝛ euacuatio sensibilis precesserit copiosa est declinatio. Sive ro equaliter euenerit ꝛ signa digestionis per fecte nondum apparuerint ꝛ accidentia malignentur statum maxime dubitabis. Et idē intelligendum est in tertiana interpollata: similiter ꝛ quartana. Verū ꝛ in exacerbationibus fe. continuarū ꝓportionaliū idē iudicandū. Item hec fe. si multū perdurauerit: ꝓducet ad fe. ethicā dispositione vincente sup materiā. Sed ducet ad ydropisim materia super dispositionē dn̄ante. Similiter ꝛ ducet ad fe. erraticas ꝛ demū ad quartanam. Vn̄ Ypo. iij. pno. Febribꝰ iordinate vagātibus q̄rtane sunt future. Itē si patiēs ex ea sonolētꝰ fuerit oī hora ꝛ grauitatē senserit circa caput subeth aut stuporē ꝑdicat futuru3: nisi cū medicinis euacuātibꝰ ꝑ ifertꝰ vehemēter succurrat ꝛ cerebrū ex rebꝰ calidis fortiter exiccat: ꝓforteꝫ ꝑut docuimꝰ libro primo.

De febre flegmatica continua que latica nuncupatur. Cap. x.



Hec febris extat ꝓportionabilis fe. flegmatice interpollate: quoniam fit ex flegmate et humoribꝰ crudis frigidis intra venas putrescētibꝰ. Similiter ꝛ exacerbat quacz die: ꝛ ꝓprie apud occasu3 solis: quēadmodū ꝛ fe. illa: verū quonia3 modica est eius caliditas respectu fe. continuarū de cholera latica nominatur. Signa eius sunt signa feb. flegmatice interpollate ꝑter ꝙ horripilatio non est cum ea periodice: quemadmodū nec in aliis fe. quibuscūqz continuis: sed est velut similitudo horripillatiōis in corpore ex sua diminuta calefactiōe: ꝛ nō est in ea sudor: nisi fortassis apud statū cum sit crisis: sed est cu3 ea vomitus ꝛ solutio flegmatica ante crisim ꝛ simul et post. Hec ꝑterea fe. vt multū est similis feb. ethice ꝛ proprie quando prolongatur: sed discernitur inter eas ex pulsu et vrina atqz exacerbatioñ. forma: quod est quoniam in hac fe. pulsus est mollis paruus latus ꝛ vrina alba grossa in principio: sed rufa vel liuida post augmentum ꝛ exacerbatio fit maxime versus noctem siue aliquid assumptum fuerit in cibo: siue nō: ꝛ est cum ea cutis mollis laxa nō tensa: necqz arida: quorum omnium contrarium reperies in feb. ethica: prout descripsimus suo loco. Verum si acciderit ipsarum complicatio difficilis erit earum cognitio atqz curatio.

Methodus. Cura huiusmodi feb. est cura fe. interpollate tã in cibis q̃ in medicinis p̃ter q̃ magis necesse ẽ cautelã obſuare in administratione medicinarũ calidarũ: ꝛ ꝓprie si caput ẽ debile vel eger ẽ ex his q̃b⁹ egritudies cerebri sunt cõsuete ne forte materia flatica calore feb. ꝛ medicine leuigata sursum ꝑ venas rapiatur ꝛ faciat litbargiã: q̃re cõfortetur cerebrũ statim a p̃ncipio cũ stipticis tẽꝑate calefaciẽtib⁹: ꝛ abradantur capilli ꝛ frequẽtetur huiusmodi diuersio atq̃ extractio ꝑ inferi⁹ cũ suppositorijs ꝛ clisterijs acutis si ꝑ se nõ ascellauerit his vel ter quaq̃ die. Quod si vomit⁹ fuerit laboriosus difficilis illico restringatur: et hec omnia pro posse iaz diximus. c. de de litbargia ꝛc.

Emperica. Oia q̃ scripsimus emperice ca. fe. flatice interpollate conferentia sunt presenti ca.

Canones. Oportet vt in hac fe. multiplicẽtur oia q̃ prouocant vrinã tã in cibis potib⁹ q̃ in medicinis qm̃ plurimũ materie flatice purgatur ꝑ vrinã quaq̃ die: qm̃ minorabitur materia anteq̃ diuertetur a cerebro ꝛ sperabitur crisis fida: nisi materia fortassis insensibiliter resoluatur. Nec p̃termittẽdus ẽ fluxus: quin cõfortetur cũ stipticis mõ calidis: mõ frigidis ꝛ remaneat materia apperit⁹ ꝓut materia vel dispositio postularit: qm̃ est magis necessariũ q̃ in fe. flegmatica periodica cuz sit magis timorosa.

Pronosticatio.

Hec fe. cronica est ꝛ ꝑdurãs: q̃re non teriatur ãte diẽ q̃dragesimũ: nisi fortassis materie paucitas ꝛ euacuationũ pluralitas morbũ accurtarit ꝛ idcirco durat ei⁹ p̃ncipiũ vsq̃ ad .xx. diẽ vel sibi vicinã. Itẽ dicit Raſ. in diuisionib⁹. ca. p̃mi. q̃ parũ accidit vt fiat ĩ ea crisis cuz sudore: qm̃ vt plurimũ ẽ vt fe. cronice q̃ sunt de flate vt melia que cũ resolutiõe teriantur: siue fuerint ꝑiodice siue ↄtinue: q̃re teriatur in eis materia parũ p⁹ parũ quaq̃ die cretica per fluxũ vẽtris aut vomitũ: aut sudorẽ. Et vomitus ꝛ flux⁹ vt plurimũ accidũt a p̃ncipio: sudor aũt ĩ fine p⁹ digestionẽ. Item in oĩ cronica si virtus fuerit debilis statim a p̃ncipio vel appetit⁹ ↄstratus mortale: qm̃ deficiet in via. Itẽ dicit Ipo. iiij. p̃ti. amphorismo. Quib⁹ in dentibus limositates fiũt in febrib⁹ diuturniores et fortiores fiũt fe. q̃d est: q̃r dentiũ ꝛ lingue mucositas significat materiaz in stomacho plurimã viscosam. Itẽ si vrina fuerit ampullosa vel turbida ↄfusa litbargiã aut subeth minatur: ꝛ ꝓprie si eger somnolent⁹ fuit aut frigidus circa caput: quare succuratur cũ ligaminib⁹ extremorũ ꝛ fricatiõib⁹ fortib⁹ ꝛ suppositorijs acutis atq̃ clisterib⁹: ꝛ ꝓhibeatur a somno donec materia diuertatur atq̃ minoretur. Vñ Ipo. iiij. p. amphorismo. Quibuscũq̃ in fe. vrine ↄturbate ꝛ cõuerse fuerit velut subiugaliũ haben⁹ t capitis dolores aut assunt aderũt aut p̃fuerũt. Itẽ si color faciei liuescat ꝛ palpebre tumescãt futurã ydropisim significat ꝛ ꝓprie yposarchã: nisi cum remedijs ad ydropisim cõferẽtib⁹ aut calidis aut frigidis ꝓut fe. aut materia cõsenserint illico succuratur. Itẽ si facies citrinetur ꝛ oculi ↄcauẽtur ꝛ cutis tẽdatur velut coriũ arefactũ feb. ethicã significat accessisse. Ois nãq̃ fe. ethica cũ perdura t: adducit ethicaz si dispositio vicerit materiã aut ydropisim si sup dispositionẽ materia ↄñetur. Itẽ hec feb. si cõplicetur cũ ethica mortale: qm̃ fiet op⁹ curis ↄtrarijs quib⁹ virt⁹ fatigatur. Febri nãq̃ flatice cõpetit calefactio atq̃ euacuatio: febri vero ethice infrigidatio cum humectatione.

¶ De febrib⁹ emptala lipparia ꝛ horriptlatione cui caliditas nõ succedit. Cap. xj.

Iste tres passiones fiũt ex eadem causa: quoniã ex flegmate gipseo grosso viscoso adherẽte stomacho et intestinis ꝛ venis meseraicis: quare fiunt huiusmodi feb. interpollate. Neq̃ potest hec materia generari in epate et venis: quoniã vt ait gal. primo de cõplexionibus. Vita nõ sustinet in membris principalibus tantam frigiditatem: ꝛ hec quidẽ materia cum non putrefit: causat colicã malignam: vt de seipso testatur Gal. loco supra dicto. Uerum differunt quodãmodo: quoniam vt ait Auicen. quarto ca. fen primo ca: de cura feb. istaruz. Febris lipparia dicitur in qua partes exteriores corporis frigescũt venter vero et pectus exardescunt: quoniaz in ea flegma grossuz dum putrescit: efficitur

velut carbo ignitus in visceribꝰ a quo duz fu
mi putridi elevant ad extrema corporis circū
quaqȝ musculos gravātisui q̄ntitate: deīde cū
in loco steterit ⁊ calor putredialis exhalarit
debilis infertus infrigidāt sui q̄litate: velut
appet in vaporibꝰ aque ebullientis: ⁊ ad id
operatur plurimū oppssio caloris naturalis
atqȝ eiꝰ revocatio ad corporis interiora: q̄m
ex his infrigidāt exteriora ⁊ extrema depau
perant spiritu ⁊ calore. Fe. vero epiala dr in
qua modo cōtrario partes extreme calescūt: in-
teriora vero frigescūt: q̄m in ea calor putridꝰ
debilis a pncipio, nō obtinet supflua grossa
sed solūmodo sup ptes eiꝰ liq̄das subtiles:
q̄re fumātes ad extrema calescunt ea vehe-
mēter partibꝰ grossis viscera infrigidantibꝰ
velut dura cōgelata aū poxismū fiunt frigi
da: tñ cuz movet aut agitat ad putredinem
magis ex ea corpꝰ infrigidat. Horripilatio
vero dr cuz corpꝰ sentit cū gravitate q̄dā mē-
bra cōstringēte: q̄re horret ea cutis ⁊ pori co
artant donec pili q̄ stant in eis rigere videā
tur. Verum differūt horripillatio rigor tre-
mor atqȝ tipus: q̄m ⁊ si quodlibet eorū signifi-
cet dispositionē corporis frigidā in fe. tamen
aliter ⁊ aliter illud accidit: vt ait Avi. iiij. ca
non. fen. j. ca. de differentia ipsorū. Dicit nāqȝ
horror sive horripillatio cū talis frigiditas
advenit sine pūctura: q̄m accidit ex materia
grossa frigida flegmatica currēte sup muscu
los q̄ sunt in ambitu totiꝰ corporis queadmo-
dum cōtingit in fe. flatica. rigor vero dr cū ad
venit frigiditas velut cuz acuū pūctura: q̄m
accidit ex mā chole. subtili musculos stimu-
lāte: queadmodū fieri hz in fe. cho. Tremor
aūt esse dr cuz ad tantā malitiā pcesserit fri
giditas vt medullas ossiū cōterat: neqȝ cor-
pus cōtinere se possit quin moveātur oīa
sua mēbra ⁊ labia oris atqȝ dentes cōcutiā
tur: q̄m fit ex materia frigida grossa melica:
velut appet in quartana. Tipꝰ vero dr dispō
q̄dā levis frigida cū balatiōibꝰ ⁊ oscitatiōibꝰ
diversis: velut accidit in declinatiōibus feb.
apō materiā paucā: silr ⁊ in eap pncipiis cū
materia nōdū fuerit cōplete ad putredinem
agitata. Signa pdicta fe. sunt signa fe. flati
ce pure interpollate cū additiōe signorū pdi
ctorū apō pncipium poxismorū cum redierit
piodice quaqȝ die: ⁊ ppe post occasum solis
qui est hora diei flegmati deputata.

Methodus. Cura istorū omnino est atqȝ eadē
quod est vt tā in cibis q̄ in medicinis eger
regat velut est in fe. flegmatica pura iterpol
lata. sed necesse est vt in eis caliditas magis
augmentet ⁊ virtꝰ medicinarū solventiū vlti
met ⁊ regimē subtiliet: quapropter puenie-
dum videt in digerentibꝰ ad oximel squilli-
ticum. In medicinis vero solvētibus ad pillu-
las hermod. maiorum ⁊ ad pillas de oppo-
ponaco ⁊ ad pillas de colloquintida quas
omnes diximus caplo de arthetica.

Pronosticatio.

Hee sunt feb. maxime cronisātes: q̄m grossi
cies ⁊ viscositas silr ⁊ frigiditas phibet ma
terie cōsumptionē quare non terminant aū
diē. xl. vel. lx. nisi materia fortassis fuerit mo
dica a pncipio ⁊ virtus expulsiva fortis cuz
evacuatione sensibili plurima diversa p vo
mitū vrinā ⁊ secessum. Neqȝ opz vt expecte
tur in eis sudor nisi fortassis tardus paucus
frigidꝰ viscosus cū quo crisis nō cōplet. Itē
si virtꝰ fuerit debilis a pncipio aut plimum
deficiat in pcessu ⁊ appetitꝰ psternat mor-
tale: q̄m deficiet aū crisim ⁊ resolutionē cō-
pletam. Itē hee fe. cuz pduraverint tpe lon-
gissimo pducūt ad ydropisim materia vincē
te: aut ad ethicā ⁊ marasmū calore putrido
dominātē. Itē ex hmōi fe. erratice pcedere
psueverūt q̄m pars subtilior ptiꝰ inflāmabit
et faciet poxismū quo desinēte vel in medio
existēte ps grossa putrefiet ⁊ aliū faciet suc-
cedere poxismū ⁊ putabit q̄ sint due fe. non
tñ simul: ⁊ hoc pōt accidere in fe. q̄rtana vel
tertiana nō pura cū materia fuerit ethero-
genea seu commixta.

¶ De febre melācholica interpollata que dr quartana. Caplm. xij.

Causat hec fe. ex melācholia pu-
trescēte in aliquo loco corporis ex
tra venas velut in stōacho ⁊ in-
testinis ⁊ cavernositate splenis
atqȝ ossium medullarū: vnde q̄m
ebullitio melācholie putrescēris tardū hz
reditū scz de q̄rto die in q̄rtū inclusive ppter
ea q̄ humor melicꝰ tā ex mō sube q̄ ex sua q̄li
tate causis putredinis repugnat. Idcirco feb.

hec quartana nūcupaṭ. Est aūt duoꝝ modorū queadmodū ⁊ fe. interpollate q̄ sunt q̄rtana v͂a ⁊ nō v͂a. Uera dͣ cū humoꝛ fe. efficiēs est melā. simplex naturalis cui nihil: aut parū accidit ex admixtione alioꝝ humoꝝ et q̄ neq; per admixtionē: neq; p congelationem plurimā pdidit ppꝛiā naturā: et hec ē melā q̄ est sicut fex masse sanguinee queadmodum in oleo fit amurca. Nō vera autē dͣ q̄ fit ex melā nō naturali vehementer ingrossata p adustionē vel cōgelationē vel humoꝝ valde grossoꝝ admixtionē cuiusmodi sunt fl'a vitreū aut gipseū in intestinis frigidis gn̄atus. Et licet hmōi feb. distinctum nomen obtineat ex periodis nō tn̄ distigui potest a feb. quartana p naturā rei: qm̄ humores principaliter distincti in massa sanguinea nostri corꝑis: nō tamē sunt nisi quattuoꝛ q̄ sunt fl'a cho. sanguis purus ⁊ melā quare sub eodē ca. fiunt interponēde. Signa q̄rtane v͂e sunt qm̄ incipit eius paroxism⁹ cū horripilatione difficili vehemēti cui succedit tremoꝛ corꝑis toti⁹ ⁊ dentiū cōcussio qm̄ ꝓfunditatē ossiū ⁊ medullarū ⁊ ꝑpe post tres vel q̄ttuoꝛ paroxismos ⁊ nō sentit patiēs velut acuū pūcturaꝫ sꝫ lassitudinē ⁊ grauitatē plīmā quasi sit infrigidat⁹ in niue aut cesus fustib⁹ aut i carne lacerat⁹ ⁊ fit pulsus hoꝛa illa valde puus. Itaq; licet in pn̄cipio paroxismi cuiuscunq; cuiuscūq; fe. pulsus minoꝛeṭ nō tn̄ sicut i hac minoraṭ adeo vt p soluꝫ pulsum cognoscere posses hāc feb. si pulsum egri cōsuetū nouisses apud sanitatē. deinde cū calefacit ⁊ venit ad augmētū fit vehemēs ei⁹ caliditas: adeo vt in statu iuxta caliditatē sinoche ꝛ tertiane ⁊ causonis parū differēs ab ea ⁊ vltra calitatē fe. fl'atice q̄liscūq;: sꝫ est ei⁹ siccitas sicut siccitas tertiane ⁊ ei⁹ vꝛina aquosa in pn̄cipio: et ꝑpe si fit in pn̄cipio opillatio. post hoc fit rufa grossa cū materia digeriṭ ⁊ caloꝛ infigitur: ⁊ est dura velut in carbonē: ⁊ q̄n̄q; fit nigra rubea obscura. Et illud qđ errare nō facit in hac fe. est vt dicit Auerro. iiij. colliget. qm̄ redit periodice de q̄rto in quartū inclusiue: et ꝓpꝛie apud octauā hoꝛam diei ꝙ natura se facere potest: neq; simplex: neq; composita. Signa quartane non vere sunt oīa signa predicta pꝛeter ꝙ tardatur ei⁹ periodus: quoniā redit de quinto in quintum aut de sexto in sextū: aut amplius ꝓpter grossitiem vel frigiditatem vltimatā: quare tales fe. non sunt quartane: sed quintane ⁊ sextane nominātur. Et dicit Raṡ. in diuisionib⁹. Q ꝙ parū euenit fe. cuius paroxismus ptrāsit quartū diem. Uerū ego iam vidi multotiēs paroxismos pertranseuntes.

Methodus.

Cura q̄rtane vere est si vꝛina sit rubea grossa in pꝛincipio ⁊ habitudo corꝑis sanguinea minoꝛeṭ stati a pn̄cipio materia (sed nō in die paroxismi) cū flebothomia basilice sinistre pmo: deinde cū flebothomia saphene sinistre. Et fiat incisio vene larga vt sanguis grossus extrahaṭ. Ad quod confert plurimū vt eger sedeat in balneo aque dulcis tepide ante flebothomiā vel in aqua decoctionis maluaꝝ maluauisci oꝛdei depilati ⁊ fenugreci: qm̄ tūc melancholia sanguinea id est ex sanguine adusto vel cōgelato iudicabiṭ esse cā antecedens huius fe. que pꝛopꝛie cū flebothomia separaṭ. Si ergo nigrū grossum fuerit quod egreditur plurimum ex ipso extrahaṭ: aut simul: aut apud scđationē factā aliquoties vsq; ad septē aut nouē paroxismos. Si vero subtile clarū fuerit ilico restringaṭ. Si autē vꝛina fuerit a pn̄cipio subtilis aquosa habitudo corꝑis macra melica aut squalida israelitica nō fiat flebothōia sꝫ euacuatio cū medicina lenitiua: vt ē apozima de mirab. indis ⁊ apozima de elleboꝛo nigro: q̄ diximus ca. de pturbatione sensuū. vł cū apozimate de polipođ. qđ. ℞. polipo. ℥.j. mirabolanoꝝ indoꝝ ℥.j. ⁊ ß. sene epithimi an̄. ʒ.ij. ros. rub. scolopendrie an̄. ℥. ß. pistenṭ grosso modo mirabol. ⁊ bulianṭ cū polipodio ⁊ scolopenđ. in lib.j. aque clare donec cōsumanṭ ex aqua ptes due: tunc addaṭ sene epithimū atq; rose. Et iterū aliquātulū sup carbones leuiter excoquanṭ: qm̄ perderent virtutē in decoctione forti: tūc fricēṭur res manibus vehemēter ⁊ expꝛimaṭ earuꝫ ius ⁊ aqua colleṭ cū. ℥. ij. sirupi ros. vł viol. aut cū aqua decoctionis pꝛunoꝝ ⁊ zuccari: ⁊ deṭ totū ante diē. Deinde digeraṭ residuum materie cū oximelle cōposito aut squillitico aut cum sirupo acetoso dando ex eis omni die in auroꝛa cū aqua decoctionis cipi capparis cū zuccaro dulcoꝛata: et alterneṭ pꝛedicta purgatio omni septimana semel post

huius maturationē ita vt balneū aque dulcis tepide oi die frequētet̃ p̃terq̃ in die paroxismi qm̄ est vehemēter cōferens in digerendo materias grossas cū sui humectatiōe et subtiliatione mēsurata. Et si materia fuerit adusta qd̄ scies ex rubore vrine ⁊ fe. caliditate apud paroxismū sint oēs medicine leuiores: ita vt in eis humiditas sup calefactionē dn̄etur: quare sufficit sirupus acetosus in digerendo ⁊ aqua casei in qua effusum sit epithimū p nocte inuoluendo. Si v̄o materia nō fuerit adusta qd̄ scies ex albedine vrine ⁊ fe. remissa caliditate apud statū paroxismi opz vt sint oēs ipsarū medicie fortiores: ita vt in eis caliditas cuz humiditate equaliter dn̄etur: quare requirit̃ oximel in digerendo ⁊ mirabolan̄. ⁊ sene atq̧ polipod. in euacuādo donec gradatime ad lapidē lazuli ⁊ elleborum nigrū pueniamus: ⁊ pp̄rie apud statum egritudinis cū materia pfecte fuerit digesta. Tūc nāq̧ cōuenit ipm eradicare cum medicinis fortibus: vt sunt pillule de lap. armeno ⁊ pillule de elleboro nigro q̄s diximꝰ cap̄. de melia. Et medicine cōmunes vsitate cōferentes in hoc sunt yeralogodion yera ruff. dyasene cartaticū impiale. Hac igitur methodo reguletur patiēs: ita vt solutio iteretur post digestionē ⁊ digestio post solutionem: lz nō videas in eis magnū profectū statim a principio: quoniam est morbus difficilis eradicationis: verūtn̄ sub hoc regimine nequaq̧ plongat̃. ⁊ hec est eius cura per medicinas. Dicamus igit̃ consequenter de dieta. Sit omnis cibus eoꝝ humidus cum caliditate temperata: sicut sunt pisces parui petrosi elixi cū petro: aut conditi cū zinziber ⁊ cinamomo aut assi sup prunas: carnes edorum pullorū castratorum agnorum annaliū et vitulorū lactantium cocte cum petro. ⁊ sicut sunt blete spinarch. rape dulces cocte cū carnibus eisdem. Et ex cibis ventrē leuiter soluentibus sunt aqua decoctionis caulium recentiū condita cū sale ⁊ butiro. Simil̃r et ius galli vetustissimi decocti cū aqua ⁊ sale in quo proiectū fuerit aliquantulum polipod. quoniā in eis sunt partes acute secessiue: ⁊ pp̄rie si parum ex eis ante cibum vel malis sapidis dulcibus post cibum sumatur Abstineat a cibis ⁊ potibus sanguinē grossum generantibus: qm̄ multiplicant melācholiam ex quibus sunt caro ferina: caro bouina: caro porcina ⁊ hyrcina ⁊ oīs res vehementer salita panis azimus ⁊ res frixe in sartagine quales sunt tortelle. Et ex oleribus sunt allia ⁊ caules: ex seminibus lentes ⁊ fabe: nisi fortassis cū corticibus lentiū intēdat leuem ventris solutionē. Et ex potibus sunt vinum rubeū albū grossuz ceruisia vel aqua frigida pura. Abstineat a coitu superfluo et ira ⁊ tristitia ⁊ labore: habitet assidue sub aere tēperato: ⁊ gaudeat solatijs: tripudijs ocio quiete ⁊ somno plurimo pposse: nisi cū appropinquauerit paroxismus: tunc non cōpetit vt dormiat donec totū principiū transierit ⁊ paroxismus puenerit ad augmentuz. Hec est ergo hmōi fe. cura: per oēs dies q̄etis sicut requirit̃. Sed nunc dicamus de regimine ipsius in die paroxismi. Cū igitur antecesserit tēpus paroxismi sit venter eius oīno vacuus a fecibus atq̧ cibis: ⁊ si nō aliter saltem cum suppositorio ⁊ clisteri: ⁊ cum superuenerit tremor aut horripilatio mitte ipsum in tynam aque dulcis calide aut totū aut saltem manus ⁊ pedes quoniam facilitabit paroxismum ⁊ faciet festinare caliditatē et prouoca in eo vomitū si fuerit possibile et si non aliter saltem cum oximelle composito aut sirupo acetoso in potu exhibito cum aqua calida decoctionis seminis aneti aut rad. raphani premissa saturitate ex oleribꝰ et cepis ⁊ leguminibus ⁊ piscibus salitis: et propter si materia nō fuerit adusta. Quod si si vomitus facilis fuerit ⁊ consuetus frequētetur multotiēs in diebus quietis. Cum autem frigus trāsierit ⁊ paroxismus peruenerit ad augmentum extrahe ipsum a balneo et pone ipsum super lecto molli ⁊ pannis calidis cooperi ipsum diligenter vt calor acceleret ad statum: ⁊ tunc in potu tribue aliqd ex prouocantibus sudorem: ⁊ propter apud statum egritudinis cuz materia perfecte fuerit digesta q̄lis est potus aque calide in qua pul. cardamomi. aut gariofil. cuz zuccaro fuerit bullitus. ⁊ pone circum corpus vndiquaq̧ vesicas in quibus sit aqua decoctionis origani calamenti et florum camomille: quoniam faciet sudare: et cum sudor fluxerit: abstergatur gradatim cum pannis lineis calidis: quoniam poros aperiet et alium faciet succedere sudorem: et sic regatur do-

nec paroxismus perfecte declinarit et calor naturalis ad interiora fuerit reuocatus: tunc nutriatur cibis suis dictis. Cura febris quitane et sextane eadem est cum predicta: sed necesse est vt in eis virtus medicinarum calefacientium atque subtiliantium vltimetur.

Emperica.

de acute. scde vero cronice. tertie tropice nūcupant. Uerumtñ vt ait Aui. genus acutarum feb. ē triplex: qm̄ aut sunt acute absolute: et he apud. xiiij. aut. xx. terminant. qd̄ Ypo. testat. ij. pti. amph. Acute egritudines ꝛc. Aut sunt magis acute ꝛ peracute vocant q̄ terminātur apud diem septimū vel nonū. Aut sunt in vltimo ꝛ perpacute vocant que terminātur apud diē quartū vel quintū. Tropice vero feb. dicunt que nō habēt motū assiduū a principio sue incohoationis vsq̄ ad terminationem velut acute: sed die q̄libet cretica mouentur ad crisim diminutā: ꝛ post hoc iterū quiescūt. Uerū qualitercūq̄ se res habuerit apud diē. xxxiij. vel. xl. ad plus terminant. neq̄ possunt hmōi terminū p̄terire: qm̄ dies quadragesima est terminus dierū acutarum omnium et initiū cronicarum: ꝛ ppᷓie cronicarum ortarū ex tropicis vel acutis: vt dicit Gal. in cōmento illi⁹ amph. iij. parti. plurie pueris passiones. Cronice dicunt feb. quiete pigre q̄ nō vident mouere: quare durāt vltra. xl. diem ꝛ p menses ꝛ annos plures. Acutis vo febribus vera crisis cōgruit: cronicis vero resolutio cōtraria: sed tropicis crisis nō vera. Acute nāq̄ ex materia subtili generantur: vt est cholera sanguis. Cronice vo ex materia grossa frigida q̄lis est melia ꝛ flegma vitreū. Tropice ex mat̄ia media grossa qualis est flegma naturale. Ex quibus omnibus apparenter scire possumus in quibus febribus ꝛ in quibus diebus vera crisis accidat: quoniā nō nisi in fe. tertiana ꝛ proprie continua vel sinocha ꝛ sinocha inflatiua. Neq̄ post diem vigesimū: quapropter ait Auerro. quarto colliget. q̄ post diē vigesimū non fit crisis sensibilis ꝛ ppᷓie egritudinū acutarum Siłr ꝛ in q̄busdā febrib⁹ ꝛ in q̄busdā dieb⁹ nō vera crisis accidit q̄ nō ē nisi in fe. flegmatica ꝛ ppᷓie continua: neq̄ post diē quadragesimum quoquomodo. Similiter ꝛ in quibusdā febribus ꝛ in quibusdam diebus sola resolutio crisi contraria contingit que non est nisi in feb. quartana ꝛ quintana ꝛ sextana: et proprie cum vltra diem quadragesimū perdurarint. Febres itaq̄ verā habētes crisim breues sunt ꝛ cite terminationis: alie autem opposite. Uerum subtiliatio diete plurima in cibo ꝛ potu ꝛ caliditas cōplexionis naturalis ꝛ raritas corporis ꝛ tempus estatis ꝛ regio australis ꝛ antecessio ciborum calidorum subtilium febrem vehementer abbreuiant ad bonū ꝛ ad malū: quēadmodum predictorum omniū opposita feb. elongant. Iterum certior cognitio breuitatis ꝛ longitudinis morbi trahitur ex signis digestionis in vrina. verbi gr̄a. In quibuscunq̄ febribus principiū est longū omnia alia tēpora subsequētia sunt longa ꝛ per cōsequens fe. longa Sed cum principiū fuerit breue oīa alia tēpora fient breuia: et per consequens tota fe. quod quidem necessariū est atq̄ vtile ad cognoscendum statum: an scz sit longinquus vł propinquus a pncipio: vt ait Gal. j. de crisi.

¶ De significatiōe quattuor horarū vniuersalium febris ꝛ in qua earum debeat fieri crisis. Capl'm. iij.



Febris quelibet ꝛ proprie cū fuerit salubris hūoralis quattuor habet tempora quibus eius alteratio fm materiam ꝛ virtutes sensibiliter variatur: quapropter necesse est vt cognoscantur a medico: quoniā per ea cibus atq̄ medicina: similiter ꝛ actus pnosticus q̄plurimum variant. Sunt aūt principium augmentū: status: declinatio. Uno quidem modo distinguuntur per numerū dierum: ꝛ tunc dicimus fore principiū cū eger primū senserit dissuetas atq̄ indebitas sui corporis alterationes. Uel dicamus pncipiū spaciū trium dierū: vt ait Gal. iij. de crisi. Tunc dicamus augmentū cū febris perpacuta pcesserit ad diē. ij. ꝛ fe. peracuta ad diē tertiū: et feb. acuta absolute ad diem septimū: ꝛ fe. tropica ad. xiiij. diem: ꝛ fe. cronica ad vigesimū vel sibi propinquū. Tūc statū dicimus cum fe. ad diem suā cronicā peruenit vł proximā precedentē. Tunc vero declinationē dicim⁹ cum fe. crisim fecerit fidam ꝛ completā. Secundo mō distinguuntur hec tēpora per gradus accidentiū ppᷓiorū vt tūc dicamus pncipium cū accidentia feb. singula qualis est dolor capitis sitis vigilie ꝛc. nondum fuerint sensibiliter augmentata. Augmentum dicitur cum sunt augmentata: statum cum vltimantur. declinationem cum habita euacuatione forti plurima sensibili ceperint ac

cidentia singula mitigari. Tertio modo et magis rationabiliter distinguuntur per motum digestionis vt dicamus principiū cum nondū apparuerint signa digestiōis in vrina vel fuerint occulta diminuta: vt cū vrina est alba in colore ⁊ grossa valde in substātia vel subtilis valde ⁊c. Augmentū dicim⁹ cum apparent signa manifeste digestionis in vrina videlicet qm̄ vrina est pallida vel subpallida vel subcitrina ⁊ mediocris in substantia cū nebula pendēte in summo vel natāte in medio. In egritudine vo mortali. Tūc dicamus eē augmentū cū apparēt signa manifeste cruditatis: vt sunt cōtraria predictoꝝ. Isto nāq̄ tpe vel ꝟtus in materiā vel materia insurgit cōtra virtutē. Tunc statū dicim⁹ cum apparēt signa in vrina pfecte digestionis oiquaq̄. Vbi grā. vt cū vrina fit citrina aut rufa aut subrufa in colore tpata in substantia cū ypostasi alba leni equali piramidali vsq̄ in diē creticā hmōi apparens: aut cum egritudine mortali apparere ceperint signa cruditatis aut adustionis vltimate: vt est vrīa aquosa subtilis aut nigra spissa aut liuida cōfusa aut viridis cenosa cū debilitate ꝟtutis ⁊ pulsus paruitate. Isto nāq̄ tempore natura operat̄ in materiā iuxta vltimū sue potētie ⁊ ipam digerit cōplete atq̄ a iuuatiua separat vt apud finē stat⁹ ipam subito expellat ⁊ crisim faciat salutarē. Aut materia vehemēter insurgit ꝯtra virtutē ⁊ ipaꝫ opprimit totā simul ⁊ crisim efficit mortalē. Tunc vo declinationē dicim⁹ cū post euacuationes creticas copiosas calor feb. quieuerit: ⁊ vrina ꝑm colorē ⁊ substantiā ad statum redierit corpori cōsuetū. Neq̄ potest hora vere declinatiōis esse in febrib⁹ perniciosis: qm̄ potest q̄s mori in pncipio ex multitudine materie: in augmento ex debilitate virtutis: in statu ex vehemētia accidentium. Sed in declinatione vera nulli⁹ morit̄ oīno vt ait Gal. iij. de crisi. Qualiter nāq̄ virtus post pugnā deficeret q̄ in pugna viriliter ꝑualebat: plerūq̄ tamē ꝑ accidēs mors fit in declinatiōe vera: cū scꝫ nouus morb⁹ accesserit aut apud crisim supfluentē iuuatiuū cū nocitio exhalarit. Distinctiōes aūt harū q̄tuor horarū tam dictarū q̄nq̄ simul incidūt tēporibus eisdē: q̄nq̄ vero sibijnuicē succedunt in toto: vel in parte: prout cōplete ostendimus ca. de pleuresi. Verum qualiter his tpibus variādus fit actus medici ꝑm cibationē ⁊ euacuationē cum medicina exhibita in ca. de cura feb. putrid. in generali distinximus proposse. Restat nunc differere qua horaꝝ debeat fieri crisis tā salubris q̄ mortalis. Potest accidere in augmēto ⁊ in statu vt ait Aui. iiij. cañ. fen. ij. ca. de indicijs bone crisis. tm̄ que est in vltimo bonitatis atq̄ certitudinis solūmodo fit in statu: q̄re est sicut metrū ⁊ regula crisiū aliaꝝ: qm̄ bene aut male dicunt̄ prout ab illa elongātur. Veruꝫ in hoc refert qm̄ si virtus fortis sit plurimuꝫ ⁊ materia calida subtilis ⁊ benigna nō expectabit̄ plena digestio ⁊ cōpleta: sed fiet crisis fida ⁊ pfecta cōpleta in augmento: ⁊ proprie circa eius finē: qm̄ expellet virt⁹ cruduꝫ cum digesto. Qd̄ si ꝟt⁹ debilis extiterit ⁊ materia plīma grossa viscosa frigida nō dabūt̄ inducie vsq̄ ad horā stat⁹: sed in augmento materia obtūdet virtutē ⁊ faciet crisim mortalem. Si vo virtus ⁊ materia eq̄lis fuerint fortitudīs ꝑm potentiā ⁊ quātitatē nō insurgent ꝯ se nisi apud digestionē cōpletā vl̄ cruditatē vltimā ⁊ faciēt crisim hora stat⁹ mortalē vel salubrē. Nec dicat aliq̄s q̄ crisis potest fieri in pncipio: qm̄ pugna cretica nō accidit inter duos debiles oīno. Neq̄ inter debilē ⁊ fortē: sed tm̄ inter fortes: q̄re si ꝟt⁹ sit debilis in pncipio resoluet̄ sine crisi. Qd̄ si virtus ⁊ materia fuerint equalis fortitudis vel circa id non agerent inter se mutuo donec in augmento vel statu alteruꝫ duoꝝ dn̄etur. Et ad id non parū confert auxiliū medici influxus astrorum apud diem creticam bonam vel malam: ppter quod ait Gal. iij. de crisi. Et non potest aliquis subito saluari ab egritudine sine crisi: sed moritur gēs plurima sine crisi.

¶ De cognitione dierū creticoꝝ qui sunt ⁊ quot sunt. Caplm. iiij.

Qvoniā crisis perficit̄ nō sola virtute naturali pugnāte ꝯtra morbum ⁊ eius causam verū auxilio corporum celestium per quorum influxum lumē: coordinationem ⁊ lationem omnis latio inferior gubernatur. vt ait Aristote. j. metheororum. ⁊ Ypocra. pmo pronosticorum. ⁊ Gal. pmo de creticis. necessariū tm̄ videtur dies cognoscere: in quibus corpora

celestia virtutē benignā influant aut mali/
gnā in corpore egri ad crisim bonā vel ma/
lam faciendā. Sz licet corpa celestia plima
atq diuersa sunt valde sm naturā et virtutē
medicus tn duoz tm influxū cōsiderat scz so
lis et lune: quoniam sunt oim pcipua apud
sensuz et vtuté: silr et morbis creticis sufficiūt
omniquaq queadmodū em ois morb9 aut
est cronicus aut acut9: qm et tropici vere cro
nici iudicātur: silr et mot9 solis p circuluz zo/
diaci. Cronicus ē ita vt nō nisi ano integro
cōpleatur. Motus vo lune p zodiacum bre
uis est et acut9 ita vt quolibet mēse cōpleat.
Quapropter oportuit vt morbi cronici acci
piant virtutē solis et ei9 motū: morbi vo acu
ti virtutē et motū lune sequetur. Cuz igitur
motus corporū celestiū silr et astroz non nisi
tpe mēsuret: vt ait Arist. iiij. phisicoz. tēp9
aūt p dies et ebdomadas et medietates eb/
domadaz q quarte nuncupātur. Silr et per
mēses distinguat: fuit necessariū vt motuz et
influxū solis et lune medicus ɔsiderās distin
ctiōes tēporū iā positas denotaret. Incipiē
tes igitur dicam9 ꝙ queadmodū apd astro
nomos sunt dies ebdomade et medietates
ebdomadarū atq mēses: silr est apud medi
cos verū vt plurimū differunt: qm dies que
apud astronomos naturalis appellata est
xxiiij. horarū naturaliū cōpletaz. dies vero
medicoz est. xx. horarū naturaliū et medie et
xiiij. ptis vnius hore: qm queadmodum sol
terre circulum describit suis horis: ita luna
circulationē vnā suis pficit horis et morbis
acutis sensibiliter varietatem horis supradi
ctis infert. silr differunt et ebdomade atq ea
rum medietates: qm ebdomade astronomo
rum cōstant ex septē diebus naturalib9 com
pletis. Medietas vo ebdomade ex tribus
diebus naturalib9: et. xij. hor. Sed ebdoma/
da medicinalis ex septē diebus medietatib9
cōponitur qui nō constituūt nisi sex dies na/
turales et. xviij. hor. et dimidiā prout osten/
dimus ex aggregatione dierū predictorum.
Medietas vo ebdomade constat ex tribus
diebus naturalibus et. viij. horis et dimidia et
quarta parte vnius hore naturalis. Et me/
dici quidā ebdomadā vocauerunt quadraz
quoniā per singulas ebdomadas pagrat lu
na quartā partem zodiaci. Sed medietates
ebdomadarū quaternos appellauerūt: qm
in oi ebdomada fit media dies quarta: quē
admodū et trium ebdomadaz vnionē perio
dum vocauerūt: qm per singulas tres ebdo
madas simul copulatas pficitur dierū et eb
domadarum medicinaliū cōputatio per in/
tegra et diminuta ita vt tūc alia cōputatio
incohoetur: verū cum mensis ex ebdomadis
quattuor integret: oportuit vt queadmodū
mensis astronomoz ex qttuor ebdomad. cō
stat pfectis que sunt. xxviij. dies naturales:
silr et mensis medicoz ex qttuor ebdomad.
dierum suorū predictorū que non sunt nisi.
xxvj. dies naturales et. xxij. hore. Hec est igi
tur dierum ebdomadaz atq mensiū medi
cinalium inuestigatio sumpta a priori. Sed
a posteriori inquirendo dicamus ꝙ mensis
astronomoz est duplex in gnē: scz solaris et
lunaris. Solaris quidē est spaciū temporis
quo sol vnū ex signis zodiaci motu proprio
percurrit et continet. xxx. dies naturales et. x.
horas et dimidiā horam: qd tempus si diui
datur p. iiij. fient ebdomade solares: et hec
ebdomada si p. vij. diuidatur: fient dies sola
res. ¶ Mēsis vo lunaris est triplex. Prim9
dicitur cōiunctionis et est spaciū tpis quo lu
na cōiuncta soli recedit ab ipso et pertransit
totum zodiacum et plus adhuc donec soli cō
iungatur iterum et continet. xxix. dies natu/
rales et. xij. horas. Scōs dr mensis pagratio
nis et est spaciū temporis quo luna mouet
sub zodiaco ab eodē puncto ad idem redeū/
do et cōtinet. xxvij. dies naturales et. viij. ho
ras quare deficit a mense cōiunctiōis in duo
bus dieb9 naturalibus et quattuor hor. quo
quidem mensis ille indiguit vt luna solem
inueniret. Tertius dicitur mensis apparitio
nis. et est spaciū temporis quo luna appa/
ret nobis hic inferius illuminata quod qui/
dem accidit cum a sole recedit post coniun/
ctionem que adustio nuncupatur et continet
xxvj. dies naturales et. xij. horas: quare defi/
cit a mense coniunctionis tribus diebus na/
turalibus quibus luna non apparet illumi/
nata: quoniam stat sub adustione totidem
diebus. Sed cum luna virtutem suam non
influat in hec inferiora nisi per suum mo/
tum et lumen quemadmodum neq aliquod
aliud astrorum: vt ait Aristotel. secundo ce
li. Oportuit vt medicus mensem peragra/
tionis et mensem apparitionis in sui consi/

Sz hij hor[illegible] [illegible] g[illegible] de cris[illegible] [illegible]
[illegible] sit [illegible] in [illegible]
[illegible] in 24 horas [illegible]
[illegible] 20 horas [illegible] dimidia [illegible]

derationem assumeret neq mensem coniunctionis cōputaret: quare si menses ij duo aggregant: constituent.liiij.dies naturales ⁊.xx.ho.quod tēpus si totū medietur: constituet mēsem medicinalem supradictū cū suis ebdomadis ⁊ diebus. Postq̄ igit dies ebdomadas atq mēses inquisiuim⁹ fiet modo consequens vt ipsorū cōputationē inquiramus. Circa quod est aduertendū q dies naturales astronomorum similiter ⁊ ebdomade sunt integre ⁊ perfecte ⁊ plana est eorū computatio: verum apud medicos variatur: qm̄ pma ebdomada cōputatur diuisim a secunda: ita sc3 vt dies.vij.naturalis sit finis prime ebdomade ⁊ dies.viij.est principiū secunde. Secunda vero ebdomada cōiunctim computatur cum tertia: ita sc3 vt dies.xiiij. naturalis totaliter sumpta sic sit finis secūde ebdomade ⁊ principiū tertie: vt sit prima periodus qui sunt tres ebdōade medicīales ꝯpleant in xx.diebus naturalibus ⁊.xij.horis: vt ait Ypo. iij.pnosticorum.qd quidē ex hoc accidit quoniam medicus.xij.horas naturales aut plures p die cōpleta recipit. q si pauciores fuerint: abijcit oīno ꝓpter paruitatē quemadmodū accidit in cōputationibus astronomorū vt sic quodāmodo per integra sua cōputatio ꝓcedat. Cum igit.vij.dies prime ebdomade medicinalis sit spaciū.xij.horarum ⁊ dimidie postq̄ sex dies precedentes fecerimus integros atq naturales sequit vt horas hmōi pro die.vij.cōputet complete: sed cum dies septima secunde ebdomade q̄ erit dies.xiiij.sit tm̄.xj.horarum postq̄ dies omnes fecerim⁹ integros atq naturales oportuit vt illa dies bis numeraret: ⁊ sic dies septima secunde ebdomade ⁊ dies prima tertie ebdomade vocaretur: qm̄ post huiusmodi reduplicationē quod defecerit in ebdomada secunda recuperatur in tertia ⁊ econuerso: ⁊ quemadmodū sit ꝯputatio ebdomadarum in prima periodo que in die.xx.naturali terminatur inclusiue: similiter ⁊ in secunda periodo q̄ incipit in die.xx.naturali ⁊ in die.xl.naturali terminatur. Postq̄ non cōputātur dies neq ebdomade neq ꝑiodi sed mēses atq anni: quoniā est terminus egritudinum maxime cronicarū que cursum solis assequuntur ⁊ nō per crisim sed per resolutionem terminantur. Ex omnibus igitur que dicta sunt docetur dies creticos computari verbi grā.in prima periodo: quoniam si morbus terminabitur in die.xiiij.vel infra computabimus omnes ei⁹ dies per dies fractos atq medicinales: ita vt si morbus inceperit die solis hec secunda dicem⁹ q incipiet dies secunda die lune hora prima: ⁊ paulul ū ꝑus quod nō est estimatione dignū ꝓpter suam paruitatē ⁊ q dies tertia incipiat die martis hora.xxiij.diei p̄cedentis ⁊ anticipando per vnam horam naturalē quaq die naturali quare cum ad diem.xiiij.peruenerimus incipiemus ipsam.xiij.hora ante diem.xiiij. naturalem. Et ex hoc scire potes quare plurimum sit crisis fida ⁊ completa in die.xiiij. naturali. Similiter ⁊ in die.xxj.naturali.quoniam id accidit ex hoc q dies cretici medicinales incipiunt ⁊ terminant in eisdē. Si vo morbus terminabitur post diem.xiiij.vt pote in die.xvij.vel.xx.tunc nō per dies medicinales sed per dies integros computabis. quoniam reduplicatio diei.xiiij. totum errorem applanabit. Quod si non fieret tunc tres ebdomade medicinales in.xix.diebus naturalibus complerentur quod est contra Ypocra. tertio pronosticorum. Et quemadmoduz de prima periodo distinximus ita fiat similiter in secunda ⁊ tertia semper in eorum principijs modum cōputationis renouando queadmodum ⁊ in prima. Restat autem dierum ⁊ ebdomadarū atq periodorū ⁊ mensium medicinaliuz virtutes pertractare ita vt scire possimus quis sit dies creticus ad bonū ⁊ ad malu3 ⁊ quis sit dies indicatiuus: similiter ⁊ in qua ebdomada atq periodo virtus eorum augmentet aut debilitet. Dicamus igitur q omnis dies aut est creticus aut indicatiu⁹ aut intercidens: vt ait Gal.iij.de creticis.et si fuerit creticus aut est radicalis aut accommodatus aut intercidens. Dicimus autem dies creticos radicales: quoniam fit in eis vt plurimū crisis ad salutem: ꝓpterea q sunt dies quadrarum in quibus luna forti mutatione sui ſm lumen ⁊ motum respicit inferiora. Et sunt isti dies.vij.xiiij.xx. quemadmodum ad primam periodum vniuersalem: similiter ⁊.xxvij.xl.quantū ad secūdā ⁊. xxxiiij. xlvij.liiij.lx.quantum ad tertiam ⁊ vltimam periodum vniuersale3. Postea vero sunt mēses medicinales vsq ad tres vel quattuor. et

deinde solares sicut patz in cyragra vel podagra. quoniã quibusdã corporibus tẽpore veris vel autũni redire vel terminari periodice consueuerũt. Dies autẽ creticos per accõmodationẽ dicimus: quoniã fit in eis crisis ex virtute ebdomadarz quarũ sunt medietates ⁊ sunt isti .iiij. xj. xvij. quantũ ad primam periodũ. Similiter ⁊ .xxiiij. xxxj. xxxvij. quantum ad periodũ secundã. Similiter ⁊ dies xliiij. lj. lvij. quantũ ad periodũ tertiam vniuersalẽ ⁊ post hoc sunt medietates mensiũ ⁊ annorũ. Dies vero creticos intercidẽtes dicimus: quoniã in ipsis fit sepe crisis ad bonum vel ad malũ quẽadmodũ ⁊ in radicationibus: verũtamẽ illud non accidit ex influxu corporũ celestiũ: sed ex impetu morbi vel virtutis. Et sunt isti dies tertia quinta nona. Ex quo scire põt ꝙ in secũda periodo vniuersali ⁊ tertia nõ sunt hmõi dies: quoniam sole feb. perperacute vel peracute vel acute sunt impetuosi motus que necessario sub prima periodo terminant. Dies autẽ indicatiui vt ait Galenus loco supradicto consimili modo distinguũtur scz qm̃ aut sunt radicales aut accõmodãtes: aut intercidẽtes. Dicimꝰ aũt radicales: qm̃ fortis: aut veridica est earũ indicatio cũ sint dies indicatiui in. q̃drãs siue septimanis vt ẽ dies q̃rta q̃ indicat semper supra .xiiij. ⁊ .xvij. que indicat super .xx. ⁊ vniuersales sunt omnes hmõi dies quos creticos per accommodationẽ dicimus in secũda periodo vniuersali ⁊ tertia: qm̃ sicut dies quadre est radicalis in creticando: ita dies quaternorũ est dies radicalis in indicando super quadrã primã sequentẽ. Dies vero indicationis per accõmodationẽ dicimus qm̃ quẽadmodũ creticatio ꝓpria quadrarũ accommodatur diebus quaternorum: vt tam diximus similiter ⁊ ecõuerso virtus indicatiua propria quaternorũ accõmodatur diebꝰ q̃drarũ ⁊ hmõi sunt dies septimꝰ q̃ indicat sup. xvij. ⁊ .xx. q̃ indicat sup. xxiiij. Et silr est intelligendũ de secunda ⁊ tertia periodo vniuersali. Dies vero indicantes intercidentes dicimus in quibus est virtus indicatiua sed nõ fortis quemadmodũ neq virtus creticandi. Et huiusmodi sunt dies tertia que indicat super quintam: ⁊ quinta super .ix. quodã modo. Et quemadmodũ dies cretici intercedentes nõ sunt in secunda: neq in tertia periodo vniuersali: similiter neq dies indicatiui intercidentes quod quidẽ contingit propter tarditatẽ motus egritudinũ durantiuz vltra primã periodum. ¶ Est preterea sciendum ꝙ tam virtus indicatiua q̃ cretica certior atq fortior existit in prima periodo vniuersali q̃ in secũda vel tertia ebdomada periodi eiusdem: quoniam in huiusmodi periodo virtus egri ⁊ furor materie ⁊ aspectus lune simul concurrunt ad creticandũ atq indicandum. In alijs vero periodis solus aspectus lune quare manifestũ est ꝙ dies septia fortior est in creticando q̃ dies .xiiij. quemadmodum ⁊ dies .xiiij. fortior est q̃ .xx. Similiter ⁊ dies quartus fortior in indicando super .vij. q̃ .xj. sup. xiiij. ⁊ ista est fortior q̃ .xvij. super .xx. qđ non parum deseruit medico qui vult diem crisis cognoscere anteq̃ fit: ⁊ qui vult noscere futuram mortẽ vel salutẽ: prout in proximo capitulo differemus. Dies autez intercidentes absolute nuncupamus omnes alios q̃ neq sunt cretici: neq indicatiui quocunq modo: verũ si creticant indicatio cadit in ipsis timorosa est ⁊ mortalis: qm̃ nõ fit in eis pugna ex aspectu corporum celestiũ: neq ex instinctu virtutis cõtra materiã morbi sed ex impetu materie super virtutẽ: qm̃ est motꝰ pugne sint homatice nõ naturalis. Et hmõi sunt .ij. vj. viij. x. xij. xvj. xviij. q̃tum ad primã periodum vniuersalẽ: ⁊ consimiliter est intelligendũ de diebus ꝓportionabilibꝰ in secunda ⁊ tertia periodo vniuersali propter quod ait Galenus tertio de creticis. ꝙ dies septima assimilatur principi: dies vero sexta tyranno crudeli. Et quemadmodum inter dies creticos similiter ⁊ indicatiuos sũt quidam fortiores alijs in virtute bona: sic erit intelligendum de istis in virtute mala: quoniam omnium deterior est dies .vj. ⁊ post ipsam .viij. ⁊ .xij. Nũc vero malus est .xvj. et xviij. sed mediũ amborũ sunt dies .xiij. ⁊ .xix. quoniam aliquid bonitatis recipiunt a diebus radicalibus sibi vicinis quapropter in ipsis crisis accidit ad salutem.

¶ De recognitione diei qua crisis debet fieri ⁊ per quam regionem: ⁊ an sit laudabilis vel mortalis. Capitulum .v.

Qui scire desiderat crisim anteq̄ fit ⁊ ei⁹ regionē atq̄ qualitatē necessariū sibi fiet vt in scientia medicine sit pfectus ⁊ apud experienti ā eruditus. Silr ⁊ apud intellectū p naturā clarus: qm̄ illud difficili⁹ est in hac arte. q̄propter ait Ipo. ij. parti. amph. Acutorum morbo⁊ nō oīno certe ⁊c. Sed vt aliqd hui⁹ artis capiamus qd medico⁊ pnceps tradidit i tertio de crisi. fideli⁹ ibērētes vestigijs ei⁹ sic incipiam⁹. Oportet medicū decē cautelas precognoscere post quas ⁊ p quas ars pdicta cōprehendit: queadmodū ⁊ complexio pfecte scit nō nisi p premissas. Qua⁊ prima est vt fe. agnoscat scientiā an sit vehemēs q̄ cū crisi teriatur. Scd̄a vo est vt qualitatē ei⁹ psideret an cū suis accidētib⁹ seua sit aut benigna. Tertia est vt horas q̄ttuor tam vniuersales q̄ particlares in fe. ⁊ in ei⁹ paroxismo pfecte cognoscat: non solū qn̄ sunt psentes: sed ⁊ cū sunt adhuc future: vt q̄das nequaq̄ dubitet an stat⁹ egritudinis sit propinquus vel lōginqu⁹: qm̄ penes statū ōis crisis indicat. Quarta est vt modū febris cōsideret an sit febris pacuta aut pperacuta aut reuersiua. Quinta est vt dies tā creticos q̄ indicatiuos silr ⁊ eo⁊ fortitudinē fm bonitatē ⁊ malitiā nullaten⁹ ignoret. Sexta est vt crisim cognoscat fm essentiā ⁊ qualitatē qd est: qm̄ crisis aut est laudabilis: aut illaudabilis. Dicim⁹ quidē laudabilē cū fuerit in die cretica quā precesserit sua dies indicatiua: ⁊ fit post signa digōnis cōplete ⁊ fit cū purgatione sensibili atq̄ sufficienti ad extra corpus oīno humo⁊ egritudinē facientiū nō alio⁊: ⁊ sic p regimē nature atq̄ morbo congruens. ⁊ sic cū accidētib⁹ nō fortib⁹ vltimate. Crisim aūt illaudabilē dicim⁹ cū qua defecit aliqd predicto⁊. Quod si oīa defecerit aut in ptrariū sint mutata crisim pniciosā appellam⁹. Et hec oīa iam dixim⁹ in ca. de crisis diffinitiōe. Septia est vt tenorē virtutis agnoscat an sufficiēs: vel insufficiēs videat. Octaua ē vt egri corpo⁊ habitudinē fm rarum ⁊ cōpactū necnō eius cōplexionē naturalē atq̄ etatē ⁊ psuetudinē quomodolibet deprehēdat. Nona est vt exteriora nō negligentiīmo ⁊ ipsa perpendat q̄ sunt regio: atq̄ tempus anni. Decima est vt signa oīa tam bona quā mala circa egrum in fe. cognoscat cum ipsorum numero ⁊ virtute. Et has quidem cautelas omnes quidem pertractauimus capl'is supradictis. Verūtamen necessaria est ⁊ cautela altera quam addidit Auicenna: vt sc₃ cursus egritudinis attēdat an sc₃ per dies ipares vl' pares. Ois naq̄ feb. de cholera vel sanguine putrescente mouet per impares. verbi gratia. Exacerbatur die pma ⁊ mitigatur in secūda ⁊ post hoc acuitur in tertia ⁊ mitigat in quarta: sicq̄ procedit in suis exacerbationibus atq̄ paroxismis vsq̄ ad perfectā declinationem. Sed oīs febris de flegmate: melancholia aut sanguine non putrescente mouet per dies pares. verbi gratia. Moderate incipit die prima et fortificat in secūda: post hoc mitigat in tertia ⁊ exacuitur in quarta: sicq̄ pcedit per dies principij: augmenti et status vsq̄ ad pfectam declinationem. Ex quo iam scire possumus q̄ omnis febris acuta mouetur p impares: cronica vero per pares preter solam febrem sinocham ⁊ inflatiuam que licet sit acuta in vltimo mouetur per pares: ppter quod dictum est ab Auicen. et pprie loquendo neq̄ p pares: neq̄ per impares mouet. qm̄ non est pportionalis ad febrem aliquā interpollatam sed est tanq̄ sit in statu tempore omni vsq̄ ad perfectā declinationem post crisim fidam ⁊ cōpletam. Fe. vo cōposite mouent motu materie predominantis in ipsis. vbi gratia. Verus emitriteus per impares mouetur. non verus per pares. Hec autē cautela fuit ex hoc necessaria: quoniā crisis non fit nisi omni die paroxismi: vt ait Gal. iij. de crisi quare volentem diem crisis precognoscere oportet diem paroxismi nullatenus ignorare. Redeundo igitur ad principale propositum dicamus primo qualiter valeat precognosci qua die fit crisis fieri futura: et post hoc qua hora eiusdem diei crisis debeat terminari ⁊ an ad mortem: vel salutem. Et tertio dicamus per quam ventura fit corporis regionem. Dicit itaq̄ Gal. tertio de crisi q̄ si in feb. valde acuta appareant prima die signa perfecte digestionis in vrina cum constantia virtutis atq̄ omnibus signis salubribus proculdubio crisim faciet salubrem in die tertia vel quarta vel ad plus quinta: et proprie si causa morbi etas ⁊ complexio regimen atq̄ tem-

pus anni fuerint calida vehemēter neqꝫ ceciderit error sup egro vel medico in regimine fm cibū ⁊ medicinā: sed vtrū accidit in die quarta vel quinta p qualitatem egritudinis deprehēdes. Morbus nāqꝫ seuus prius crisim faciet ꝙ benignus: qm virtus delicata neqꝫ morbū malignū potest diu tolerare quare surget ad ipsum expellendū. Et subdit ꝙ rarissime fit crisis in qrta ita ꝙ archigenes non vidit ipsaꝫ fieri nisi bis: ipse vo semel: quoniā raro fiunt feb. valde acute currentes per pares frequenter vo per impares: ꝙ si canonem puerterimus predictū dicentes ꝙ si in prima die egritudinis apparuerint signa vltimate cruditatis cum defectione virtutis atqꝫ oībus signis malignis omni procul dubio fiet crisis mortalis eisdē diebus: quoniā vt ait Ipo. iiij. pronosticorum. Idem terminus in febribus ijs quidē ad mortem ijs autem ad salutem. ꝙ si quedā signorum appuerint quedam vo occulta fuerint cum vltimatione signorum bonorum vel malorum ij quidem morientur ij vero saluabuntur eisdem diebus vtrisqꝫ in difficilem exitum cōsequent. Dicit etiam Gal. tertio de crisi. ꝙ si in egro febrientis feb. valde acute nō appeant in prima die egritudinis signa manifeste digestiōis neqꝫ in scda etiam apparuerit eisdē diebus aliquod signū timorosum: sed oīa signa fuerit laudabilia cum cōstantia virtutis. Deīn vo die quarta signa manifeste digestiōis in vrina appareāt cum signis oībus laudabilibus assidue perdurātibus: tunc et proculdubio crisis salubris supueniet in die septima vel nona ⁊ proprie si inter die quartam ⁊ septimā non fuerit erratum sup egro. Utrum autem crisis terminet in die septia vel tardet ad nonam poteris discutere ex qualitate fe. et etate egri atqꝫ eius cōplexione: quoniam si oīa declinauerint ad caliditatem vehemētem cōplebitur feb. in die septima. Si vero feb. remissior fuerit ⁊ etas senectutis affuerit ⁊ complo flegmatica differetur vsqꝫ ad diem .ix. ꝙ si canonem peruerterimus dicētes ꝙ si in die prima egritudinis aut scda non appeant signa cruditatis vltimate neqꝫ appareant eisdem diebus signa aliqua laudabilia vigorosa. Deinde vo die septia appareant manifesta signa cruditatis atqꝫ indigestiōis cū destructione virtutis ⁊ signis oībus timorosis tunc et proculdubio in septima vel nona superueniet crisis mortalis et proprie si virtus egri nō mouetur inter dies quartum ⁊ septimū. Utrum autē crisis tardetur vsqꝫ ad diem nonū vel cōpleatur in septima scire potes ex tenore virtutis ⁊ complexione ⁊ etate aut regimine consueto tempore sanitatis ⁊ vehementia morbi: quoniā si plura aut omnia significent calorem aut agitationem subitam fiet mors ⁊ crisis in septima. Si vero talia fuerint minora morietur in nona. ꝙ si quedam signorum apparuerint quedam vo latuerint fm bonitatem et malitiam signorum similiter ⁊ eorum fortitudinem in significando fiet hec ad mortem vel salutem iudicandus. Potest nanqꝫ vnum bonum signū efficax pluribus malis debilibus obuiare: vt ait Ipocra. tertio pronosticorum. Dicit Gal. loco supradicto ꝙ si in egro aliquo non apparent signa certe digestionis ante diem septimū dum tamē signa alia omnia sint procul a timore. Deinde die septima appareant signa digestionis certa cum consistentia virtutis ⁊ signis omnibus laudabilibus non elongabitur quin crisis fida perfecta ⁊ completa superueniat in die vndecima vel .xiiij. Sed in quo illorum dierum illud accidat discutiendum erit sicut prius. ꝙ si canonem conuerterimus in contrarium certe sciemus quia fiet crisis mortalis diebus eisdem. Si vero canonem mediauerimus huic mortem: huic salutem dubiam promittemus. Dicit etiam ibidem Gal. ꝙ si videris egrum cuius egritudo non est inflāmata neqꝫ vehementer acuta: sed acuta absolute ⁊ videris motum egritudinis in diebus predictis tardum. Et ꝙ signa principij digestionis morantur tempore longo et ꝙ signa augmenti ⁊ digestionis manifeste incipiunt solummodo apparere in die xj. Reliqua autem signa omnia sunt procul a timore cum securi erimus ꝙ crisis salubris nō accidet nisi in die .xvij. vel .xx. Inter que taliter distinguemus: quoniam si morbus fuerit lentus et econuerso decliuis ad frigiditatē ⁊ eger fuerit senex ⁊ signa digestiōnis nō valde fuerit adaucta in die .xiiij. tunc crisis nō accidet añ .xx. Si vo signa fuerit pmixta atqꝫ ad caliditatē declinātia ⁊ augmētetur plurimū signa digestionis in die .xiiij.

tūc in die .vij. crisis fiet ꝯsummata. verū qualitercūqꝫ res se habuerit ⁊ qꝫtūcūqꝫ lenta fuerit acuta aut signa digōnis ꝑua fuerint i die .xvij. Sūt tñ de signis certissimis ꝙ morbus .xx. diē nō ptransit: qm̄ hec dies est terminus oīm egritudinū vere acutarū. ꝙ si canones ꝑuerterim⁹ in ꝯtrū oīno cū cōditiōib⁹ eisdē certi erim⁹ ꝙ crisis mortalis accidet in eisdē diebus. Si vo canonē mediem⁹ huic salutē: huic mortē dubie ꝑmittem⁹: neqꝫ post diē .xxj. docet nos Gal. diē crisis agnoscere futurā insinuās fortassis ꝙ post diē hmōi nō fiet vere crisis sed vel resolo⁹ vl' crisis diminuta cū qua morb⁹ nō simul terminaſ. Ex qb⁹ relinquiſ manifeste ꝙ i solis fe. acutis est vē futura cognoscere sꝫ in fe. ꝛropicis aut cronicis neqꝫ ꝑ nisi fortassis ꝓbabil'r ex cōsideratiōe vtutis Cū aūt adhuc vsqꝫ dictis aliqual'r didicerimus diē crisis agnoscere priusqꝫ fiat tā mortalis qꝫ salubris volum⁹ cōsequēter horā diei cognoscere qua crisis cōpleaſ: verū qm̄ crisis salubris nō pficiſ nisi post statū paroxismi. Crisis vo mortalis terminari pōt in augmēto statu aut declinatione: idcirco horā crisis agnoscere ⁊ horā mortis certificare. Sūt igitur ex ijs q̄ multum debilitanſ in principio paroxismorū ex multitudine materie virtutē opprimētis. Alij maxime debilitanſ in augmēto paroxismi ꝓpter pugnā ⁊ vehementiā q̄ fit inter morbū ⁊ vtutes. Tertij sunt q̄ maxime debilitanſ in statu paroxismi ꝓpter accidētiuꝫ furorē ⁊ prauitatē vltimā. Sunt alij q̄ maxime lassanſ in declinatiōe ꝓpter motū caloris naturalis simul cuꝫ calore putrido a centro corpis ad dyametros diquaqꝫ ꝙobrē corpus resoluiſ ⁊ mollificaſ ⁊ cor ifrigidaſ. ⁊ sic virt⁹ deꝑdiſ in toto vel in pte: q̄ si medic⁹ a ꝑncipio cogneuerit horā mortis minime dubitabit. Quēadmoduꝫ nāqꝫ crisis nō accidit nisi in die paroxismi. Sil'r neqꝫ deterior pars crisis pficiſ in deteriori horarū paroxismi vt ait Gal. loco supradicto. verūtñ sciendū ꝙ non est possibile adeo certe atqꝫ firmiter crisim malā agnoscere qn̄ est ⁊ anteqꝫ fit quēadmodū crisim bonā: qm̄ crisis bona fit ꝑ naturā q̄ ordinatissime ꝑcedit in opationibus suis. Crisis vo mala fit ex morbo q̄ fit ⁊ currit motu inordinato. Et iterū ex alio: qm̄ crisis bona fida ⁊ cōpleta vna sola via pficiſ in omni egritudine qd̄ est signa digōnis ꝑfecte ⁊ hora status vniuersalis cum cōstātia virtutis atqꝫ oībus alijs signis bonis apparētib⁹ sine ꝑmixtiōe timoris oīno. Crisis vo nō fida sil'r ⁊ crisis maligna modos hꝫ varios ⁊ infinitos: fida ⁊ cōpleta est sicut metrū ⁊ mēsura ⁊ regula crisiū qm̄ nō diciſ ipsarū aliqua bona vl' mala nisi qꝫ multū accedit vel recedit ab illa Dicendū cōsequēter vidēre ē qb⁹ signis possum⁹ agnoscere ꝑ quā regionē crisis fit ventura. vbi grā. an ꝑ sudorē: aut vrinam: aut alio mō sensibili quocūqꝫ: sꝫ illud iā plene distinximus in primo caplo tractat⁹ pn̄tis q̄re diligentes breuitatē in hoc tractatū finiamus.

¶ Tractatus tertius scdi libri cuius sunt tria capitula: primum de cura venenorum in generali.

Venenorū duplex est gen⁹: qm̄ aut sunt humane nature ꝯtraria ex tota sui substantia qd̄ medici ꝓprietatē seu formā specificā appellarūt: vt napell⁹ ⁊ sputū vipe: sil'r ⁊ ei⁹ dētes ⁊ cauda scorpionis ⁊ sagitta toxicata: quapropter accidit (vt Gal. testaſ in libello de malitia cōplexionis diuerse) ꝙ quēadmodū vipa iterficit hoīem suo sputo sil'r ⁊ hō viperam. Et ꝓpē in ieiuno cū adhuc virt⁹ ei⁹ nō sit ex qualitate cibi minorata. Aut sunt humanā naturā corrūpentia ex sui qualitate seu cōplexione. Et ita quidē duorū modorū sunt: qm̄ aut hoc faciūt ꝑ caliditatē vltimatā incidēdo ⁊ corrodēdo mēbrorū nobiliū substantiā: ⁊ ꝓpē cordis cui oē gen⁹ venenorū nitiſ obuiare: qm̄ est sedes vite: sil'r ⁊ orificia venarum aperiendo ⁊ nutrimentū cordis ꝑ fluxū dissintericū educēdo: cuiusmodi sunt calx viua argentū viuū auripigmentum arsenicū ⁊ ꝓpē subtiliatū realgar ⁊ scamonea atqꝫ elleboꝝ niger ⁊ aloes cū nō fuerint cōsolata. Aut hoc faciūt ꝑ sui frigiditatē vltimatā calorē ⁊ spūs condēsando ⁊ cursuꝫ eorū ꝑ venas ⁊ arterias ꝓhibēdo: ⁊ demū mēbra nobilia ⁊ ꝓpē cor mortificādo: cuiusmodi sunt opiū iusquiam⁹ mādragora: sil'r ⁊ papauer nigruꝫ nix ⁊ glacies ⁊ aqua veri frigoris cū plurimuꝫ ex ipsis cito rapiſ ad epar ⁊ venas: velut accidit post balneū aut estum. Et gen⁹ qdē venenorū opantiū a ꝓprietate differt ab alijs in plurib⁹. Primo qdē qm̄ ex sui malitia vehemēti nō patiſ vt esse possit cib⁹

vel medicina: qualitercuq3 operet: consoletur Scdo qm humanã naturã destruit siue p interius cu3 cibo aut potu assumatur: siue per exterius leserit morsu vel punctura: qm 7 si modicu3 fuerit in substantia ei9 operatio q̃ magna valde: quapropter accidit vt ilico cũ accidit corpus sentiat nocumentu3. Alia xo mora indigent atq3 vicissitudine frequentata. Signa venenoꝝ operantium a ppꝛietate sunt antecessio rei suspecte in cibo vel potu vl' medicina vel mẽbri alicu9 punctura vel morsu. Post hoc statim sequit calor corporis vehemens cum angustia 7 sudore. filr 7 rubor faciei 7 citrinitas oculoꝝ 7 inflatio venaru3 7 fetor plurimus cum siti perdurãte: deinde cum ilico nõ subuenitur 7 virtus medicine puenit ad cor accidit virtutis dissolutio frequens 7 cadunt mẽbra: 7 fit sincopis pfunda 7 moritur post illud homo. Qd si mẽbro aliquo morsus acciderit vel punctura velut vipera vel cane rabido vel scorpione vel sagitta toxicata surgit statim in tumorem fit dolor in eo fortis et fortis accidit alienatio rõnis: 7 pprie si neruus fuerit lesus: 7 fortassis fit sincopis cu3 lesa fuerit arteria. Quod si non succurratur: denigratur membru3 7 pdit sensum 7 motum: 7 demu3 corrũpitur in eo virtus nutritiua: quare putrefit 7 mortificatur: 7 deinde mortificat mẽbra vicina donec peruenerit ad nobilia: tunc nanq3 mortẽ vniuersalem inducit. Signa venenoru3 operantium a qualitate calida sunt antecessio rei suspecte in cibo vel medicina: post quod accidit dolor 7 mordicatio in vẽtre plurima perdurans: l3 res assumpta non credita fuerit illud facere velut accidit cum mel crudu3 assumitur 7 lac cum in stomacho caseatur et fructus frigidi cum inflantur: deinde cu3 nõ subuenitur: fiunt fortassis omnia accidentia venenorum operantium a proprietate. Et illud quod plurimum accidit: est vt huiusmodi venena sint calida vehementer 7 aduenit caliditas eoru3 ppter motũ 7 operationẽ: et fiunt fortassis vomitus difficilis sequẽs aut fluxus superfluus ventris. primo colere: post hoc flegmatis: 7 post hoc melãcholie: 7 post hoc sanguinis laudabilis donec ad intestinorum corrosionem 7 dissinteriam perduxerit timorosam. Signa venenorum operantiu3 a qualitate frigida sunt antecessio rei suspecte in cibo vel potu vel medicina ad quã preter solitum vel debitum statim accidat grauitas membrorum 7 rigor corporis cum frigiditate. Post hoc vero succedit tarditas in motibus: aut spasmus: aut thetanus: 7 demum subeth 7 somnus profundus a quo nõ põt excitari p tres dies vel plures. Qd si excitatus fuerit: ilico claudũtur oculi 7 dormit sicut prius: 7 durat hic somn9 tpe longo: donec aut calor naturalis venenu3 destruxerit: quare expergesit a somno 7 loquitur 7 mouetur 7 sic euadet: aut venenu3 destruxerit calorem: quare nequaquam expergesit donec moriatur.

Methodus.

Cura venenorum oim est duplex. Una qdẽ pseruatiua anteq3 venenũ appropinquat corpi humano. Alia xo sanatiua postq̃ venenũ impressit in corp9. Cura pseruatiua est vt qui timorẽ habuerit in assumptione rei venenose velut principes: magnates nõ sumat cibos: neq3 pot9: neq3 medicinas nisi a psona sibi nota 7 de qua cõfidit 7 q̃ hmõi coraz eo pgustarit. Caueat ꝑterea a cibis 7 potibus habẽtibus saporẽ excellentẽ: vtpote dulcedinẽ: vel acetositatẽ: aut vnctuositatẽ vehementẽ: qm in hmõi viri9 venenoꝝ est magis occultata. Sint et9 vinũ 7 aqua reposita diligẽter in vasis obturatis: ne fortassis serpẽs aut aranea potet ex eis: aut demergat in ipsis. Sumat oi septimana bis vel ter .3. i. tyriace veteris electe: 7 pprie tyriace de vipis cũ vino puro: claro in ieiuno vel cu3 aqua frigida si calorẽ timuerit ex ea 7 fuerit corpus calidũ p naturã: etatẽ: tps anni vel regionẽ. Et assuet comedere supicibũ nuces: ficus 7 rutã qm a ppꝛietate resistũt veneno adeo vt si in cibo assumptum fuerit aut virtutem eius reprimit: aut expellit per vomitum: nec ex ipso corpus nocetur: vt ait Gal'. lib. de simplicibus medicinis. Et Ras. in Alman. libro primo ca. de summa medicandi venena. Et idẽ operatur butirum recens sumptum in cibo super buccella panis. Cura sanatiua veneni opantis a ppꝛietate si fuerit assumptũ in cibo vel potu est vt ilico cũ quis senserit mutationes nõ cõsuetas post assumptionẽ alicu9 rei que hoc ex natura facere nõ deberet. Sumat in potu aquã plurimã tepida3 mixtam

cum oleo ꝛ aceto donec ex ea repleat̃:ꝛ ꝓuocetur vomitus cū digito vel penna inuncta oleo missa in profundū gule. Q̄d si vomitus tardauerit:repleat̃ olerib⁹ ꝛ piscibus salitis ꝛ bibat desup̄ vsq̄ ad fluentū ex aqua decoctionis raď.raphani ꝛ seminis atriplicis et aneti addito modico aceti olei ꝛ salis. Q̄d si adhuc nō suffecerit:suspendat̃ per pedes capite declinato ꝛ cōfortet̃ donec euomat ex cibis diuersis:q̄m vomitus fortis assiduus est ex reb⁹ maxime iuuatiuis:q̄m venenū ebibitū extat adhuc in stomacho:nec descēdit ad intestina vel meseraicas. Post hoc v̄o ꝯsidera si in ventre sentiat estuationē ꝛ ilico suppositoriū de salegēma vł clistere acutū dictū cap̄.de stipticitate vētris.donec itestina oīa ꝑfecte euacuent̃. Tūc ergo ꝓbibeat̃ a somno ꝓposse:ne forte venenū ad interiora rapiat̃. Et dent̃ ei cōfectiones frigide vice vna vt est zuccarū roſ. ꝛ dyapapauer ꝛ zuccaruȝ viol̃.ꝛ dyarrodon abbatis ꝛ rosata nouella. Deiñ vero medicina bezartica.i.liberans a veneno a ꝓprietate vice altera velut est tyriaca vetustissima:ꝛ ꝓprie tyriaca andromaci vel tyriaca ga. dissoluta in aqua frigida vel in aceto vel in potu data. Huius nāq̄ vicissitudo virtutē veneni diminuit ꝛ virtutes naturalē augmētat. Q̄d si sitis ꝛ calor superfluxerint:bibat aquā frigidā purā vel mixtā cū aqua roſ.ꝛ aceto q̄ntū voluerit. vel bibat lac acetosum: q̄m acuitatē veneni reprimit excellenter. Q̄d si per h'mōi dolor nō minoretur opus fiet narcoticis:quare gradatim ad ipsa procedat̃. Detur ergo in potu tyriaca infra sex menses cōfecta:q.si nō habeat̃:dissoluātur in.ʒ.i.tyriace veteris grana.v.opij. vel det̃ filoniū recens. Q̄d si adhuc nō suffecerit:augmentet̃ opiū gradatine. Et si virt⁹ cōstiterit:purget̃ alternatiȝ. Post h'mōi narcotica cū medicina aliq̄ lenitiua vt cassiafistula dissoluta in aqua decoc.prunoruȝ viol̃. donec venenū ꝛ opiū totalr̄ extrahant̃:ꝛ emplastret̃ locus dolorosus cū semp̄uiua solatro ꝛ nenuph.coctis in aq̄ ꝑfecte.deinde expressis ꝛ pistatis i mortario ꝛ incorpatis cū aq̄ roſ.ꝛ addito semine iusquiami ꝛ folijs eius recentib⁹ si t̄ps sit ad hoc. Et epithimetur pectus totū cum pecijs lineis imbibitis in aqua ro.frigida postq̄ in ea pul̃.sandal̃. et roſ.ꝛ cāphore ꝛ terre sigillate fuerit dissolutus:q̄m cor confortat̃ne venenum ad se trāsire ꝑmittat. Siłr cōfortetur cerebrum et epar cū eisdē ꝛ ponat̃ in aere frigido ventoso ꝛ euētetur ei⁹ facies cuȝ flabello donec virtus excitet̃. Si igitur post hec oīa dolor ventris cessauerit ꝛ v̄t⁹ naturalis redierit: regatur ex carnibus pulloꝝ ꝛ edorum coctis cum lactucis ꝛ portul̃.ꝛ cucur.cōditis cum aceto vel agresta vel succo berberis vel granatorū trifolij vł succo acetose. Utat̃ ex siccis fructibus frigidis prunis ꝛ cerasis. Post cibū bibat vinum ponticū vel mixtum cū aqua clara donec ad perfectam redierit sanitatē. Si vero post hec oīa virtus naturalis defecerit et sincopis frequens superuenerit aut dissolutio membroꝝ significat quoniā virtus medicine transiuit ad cor:quare pronosticis derelinquatur. Cura sanatiua veneni a qualitate calida operātis sumpti in cibo vel in potu est eadē oīno cum ꝑdicta. Preter q̄d oportet q̄ sint in ea clisteria lenitiua non acuta. Sed ꝛ ad hoc est addēdū q̄ si flux⁹ vētris fortis supuenerit:restringat̃ proposse:sicut diximus caplo ꝓprio. Cura sanatiua veneni operātis a qualitate frigida assumpti p̄ intertius est vt fiat vomit⁹ statim a principio sicut dixim⁹ cū cibis frequētatis. Et clisterisetur post hoc cū clisteribus acutis:fortib⁹:calidis:attractiuis que diximᵒ ca.de stipticitate vētris. Et emplet̃ur stomach⁹ ꝛ intestina cū emplastris calidis dictis capitulo de debilitate digestionis stomachi. Et prohibeatur oīno a somno trahendo ipsum per capillos ꝛ faciendo sternutationem cū pipere vel cōdisi. Et dentur ei in potu confectiones calide cum vino veteri amaro:sicut est confectio anacardina dicta caplo de apoplexia.ꝛ dyamargariton ꝛ dyatriū pipereon. Et ex melioribus rebus est tyriaca vetus:fricetur corpus totum vehementer cuȝ pannis asperis ad ignem calefactis. Et ponatur in loco calido luminoso donec cessauerit a somno:tūc nutriatur ex allijs:ꝛ cepis ꝛ mica panis imbibita in sinapi vel in formā saporis. Et sitim ei ꝓposse inducas ꝛ laboreȝ:ꝛ sudare facias in ieiuno vsq̄ ad perfectam sanitatē. Cura morsus vel pūcture ex aīalibus venenosis vel pūcturis vel sagittis toxicatis est vt statim a principio ꝛ ꝓprie infra tres dies stringatur membrū ligatura forti supra locuȝ lesum:ne

virtus venenosa trãseat in corpus. Et ponatur sup locum ventosa lata cũ stupa ignita donec attrahat vehemẽter. Et si cõferens videatur: fiat scarificatio circũquaq: deinde ponãtur pulli vivi scissi per mediũ sup locũ quoniã membrũ fortificant ꝛ venenũ ad se trahunt. Deinde emplastret cũ emplastris rubificãtibus factis ex stercorib⁹ columbarũ et ficubus ꝛ sinapi ꝛ cepis crudis simul incorporatis ꝛ actu calidis positis sup locum. Et ex vehemẽter attrahẽtib⁹ est vnguentũ actu calidũ illinitum: aut cantarides incorporate cum vnguẽto apostolicon vel cũ fermẽto Ex attractivis igitur huiusmodi fiat alteratio frequẽtata ꝛ sis audax in attrahẽdo: qm̃ siue morsus fuerit venenosus siue nõ fiet coaferens cum ꝟtute. Sed ante huiusmodi attractum ꝛ post liniat tyriaca electa supra vlcus ꝛ intra circũquaq. Et eisdem diebus prohibeat a somno supfluo ꝓposse: ne forte venenũ cum spiritib⁹ ad interiora corpis rapiatur: neq permittat vlcus cõsolidari quocũq modo: sed ponat in eo succus caulis recentis vel bletis cũ aceto ꝛ sale ꝛ sinapi trita et confecta cum melle aut succus aliĩ ꝛ cepe crude aut aliqđ aliud acutorũ: donec patiẽs oĩno in membro nullũ senserit nocumentũ: neq negligat mẽbrũ sanum circũquaq: sed a pñcipio cõfortet cũ ẽplastris repcussivis factis ex malis ĝnatis contritis cũ corticib⁹ aut cũ solatro ꝛ semp̃uiua aut cũ aqua ros. et terra sigillata ꝛ bolo armenico. Et sumat de tyriaca bona oĩni die aliqđ cũ aqua frigida statim a pñcipio vsq ad tres vel quattuor dies. Qđ si infra hos locus corrumpat ꝛ vlcus discoloret opꝫ vt cũ ferro ignito cauterizetur vsq ad profundũ valde: vt totum locũ obtineat vicinitatũ: qm̃ maliciã veneni resoluit ꝛ escarã duram faciet intra labia circunquaq ne venenũ valeat ptransire. Post hoc vero tp̃s non videtur cauteriũ conferre. qm̃ venenũ perambulauit membrũ circunquaq: quod quidẽ cognosces ex coloris sui denigratione ꝛ sensus ꝛ motus priuatione: quare opꝫ vt totaliter a corpore resecetur si fuerit mẽbrum possibile truncari: velut sunt man⁹ ꝛ pedes. Qđ si nõ fuerit possibile nullatenus curat: sed fortassis cũ blanditiĩs vita per dies aliquos prolongat cũ vnguẽtis frigidis stipticis vehementer q̃ diximus ca. de malitia cancri reprimenda ca. de apatib⁹ membri in matrice. Verũtamẽ est sciendum ꝙ ex morsibus animalium venenosorũ sunt quedam in quibus conferũt medicine calide quas supra diximus: ꝛ est illud quod plurimũ accidit. Sunt autẽ ꝛ aliĩ in quibus medicine frigide videntur cõferre solũ: sed nos illud infra distinguemus cum de morsibus ꝛ puncturis specialiter differemus ꝓprio ca. Ponimus nãq calida in morsibus timorosis velut viperarũ ꝛ canis rabidi: frigida vero in morsibus paruis velut apum ꝛ vesparum: qm̃ non fit attractio ex ipsis cũ medicus id poterit agnoscere ex post apparẽtib⁹ et iuuantibus ꝛ nocentibus: vt ait Gal. xiĩ. de inge. sani. quoniã cum ex emplastris calidis predictis dolor ꝛ corrosio adaugmẽtaꝝ. peruenien dum erit ad frigida que sunt ex solatro ꝛ semp̃uiua: similiter ꝛ econuerso.

Pronosticatio.

Venenũ opans a ꝓprietate piculosi⁹ est oĩbus: venenũ ꝟo opans a frigiditate debili⁹ est oĩb⁹ q̃re ꝛ multi euadũt ab eo: sed qđ a caliditate mediũ est ipsorũ. Itẽ oĩa venena citi⁹ imprimunt in corp⁹ cholericũ largas hñs venas ꝛ mẽbra mollia spongiosa ꝛ qđ est in etate iuuẽtutis ꝙ in corp⁹ diuersũ ab hoc p̃terq venena opantia a frigiditate q̃re ꝛ facili⁹ curant in eisdẽ p̃terq in ea q̃ ex caliditate vñ Ipo. ĩĩ. p. amph. In morbis min⁹ piclitatur ꝛc. Itẽ sincopis aut dissolutio frequẽs et fortis supueniẽs mortale. Itẽ sudor frigidus ꝛ pulsus puus debilis inordinat⁹ filr ꝛ anhelit⁹ hmõi mortalis. Itẽ si vomit⁹ ꝛ vẽter restringant neq res ebibita expellat: sed ad epar ꝛ venas rapiat mortale. Itẽ si in pũctura aut morsu venenoso fuerit neru⁹ lesus aut arteria mortale erit vt plimũ ꝛ ꝓpter si lesio fit fortis quare accidit vt musculus ꝛ iũctura cum pungũtur: sint plurimũ timorosa.

¶ De cura ꝓpria venenorũ assumptorum per interius: vtpote cibo vel potu vel medicina. Capitulum. ĩĩ.



Res venenose interficiẽtes corpus nostrũ cũ p interius assumunt: sunt generum diuersorũ. Sunt ex eis nãq minere: plante ꝛ aĩalia cũ partib⁹ eorũ de q̃

ipsorum tortuositas fuerit roborata. Dixerunt tamen medici q crispitudo perpetuari non potest nisi cum fuerit ex tortuositate pororum cutis quam nec infirmitas nec senium relaxat. Si vero volum⁹ vt rectificentur: oportet vt post ablutiones capitis cum pectine fortius distrabantur ꝛ sub figura huiusmodi firmentur cum fascijs. Et si fieret ablutio capitis assidua cum aqua maluarum maluauisci fenugreci psillij seminis lini quam sequitur fricatio cum pectine infuso sepius in eodem melius fiet operatio: quoniam vniuersaliter omne quod prohibet scissuras capillorum atque ipsos elongat: similiter ꝛ lenificat ꝛ applanat. Et huiusmodi quidem virtutis sunt res humide muscillaginose. Consolidatio capillorum cum scinduntur ꝛ ipsorum elongatio perficitur cum humectatione capitis cum cibis ꝛ potib⁹ impinguantibus atque medicinis vnctuosis: quoniam ipsorum scissio: similiter ꝛ accurtatio non accidit nisi propter siccitatem: quemadmodum in lignis apparet dum arescunt. Abluantur ergo sepius capilli quaque die cum aqua decoctionis maluarum vel fenugreci vel althee vel psillij vel seminis lini vel seminis citoniorum aut cum aqua ꝛ oleo simul conquassatis. Et si ipsam aromatizare volueris: adde cinam. electi. i. calami aromatici quantitatem paruam et fac bullire modicum: fricetur quandoque leniter preter q rumpantur cum pectine linito ex muscillagine psillij vel fenugreci vel seminis lini vel ex adipe galline vel lardo ꝛ proprie apud somnum. Crastino vero abluantur cum lixiuio debili vel aqua tepida supradicta: neque desiccentur in sole calido: sed in vmbra.

¶ De furfuribus capitis. Cap. ij.

Furfures sunt squame albe parue subtiles que separantur a cute capitis aut aliorum membrorum cum eorum mordicatione vehementi. Fiunt autem a mala complexione calida sicca adusta dominante sup corpus aut membrum. Et hec quidem complexio aut est sine materia: ꝛ proprie cum est parua recens: quare solis alterantib⁹ curatur: aut est cum materia post malam complexionem generata: qualis est cholera rubea ꝛ flegma salsum: ꝛ proprie cum est perdurans difficilis antiquata. Et hec indiget apud curam. primo quidem mundificantib⁹ causam: secundo rectificantibus dispositionem

Cura eius est cum fuerit recens modica vt caput radatur a principio vicibus frequentatis ꝛ abluatur omni die semel vel bis ablutionibus duabus sup se fricatione studiosa: quare prima sit riptica abstersiua que fit ex lixiuio forti acutissimo: vel ex aqua calida decoctionis sinapis seminis raphani ꝛ aneti: vel ex aqua decoctionis caulium recentium: vel ex aqua ꝛ melle: vel ex aqua calida in qua farina fabarum ꝛ furfuris ꝛ ciceris ꝛ pisorum et lupinorum fuerit dissoluta vel ex lacte amigdalarum amararum: vel ex aqua in qua pul. sulphuris ꝛ aluminis ꝛ baurach fuerit dissolutus. Secunda vero ablutio sit leuis mollificatiua que fit ex aqua tepida sola vel ex lacte dulci recenti solo vel ex aqua ꝛ lacte simul mixtis vel ex aqua ꝛ oleo communi vel ex oleo ros. vel violato simul conquassatis. vel ex aqua decoctionis maluarum maluauisci althee ꝛ seis eorum vel ex adipib⁹ anatis anseris ꝛ galline vel ex aqua decoctionis fenugre. psillij se. lini vel aqua in qua dragantum fuerit dissolutum. Et si fierent ablutiones riptice fieret omni sero cum itur ad lectum ꝛ ablutio mollitiua in crastino succederet sanitas festina. Si vero fuerit hec passio fortis antiqua digeratur primo materia ꝛ euacuetur prout dicem⁹ ca. primo de scabie ꝛ pruritu. post hoc vero sequantur localia predicta. Nutriatur carnib⁹ elixis non fumigatis et iurib⁹ earum: bibat aquam puram vel vinum debile limphatum vltra medietatem. Abstineat a cibis acutis vt sunt cibi in quib⁹ ponitur multum salis aut piperis aut sinapis. similiter ꝛ ab acruminibus vt sunt acetum agresta allia cepe ꝛ porri: quoniam sola dulcia vel aquosa generant sanguinem non mordacem.

Emperica.

Furfures capitis ꝛ scissura capillorum ex eisdem fiunt causis quare vt plurimum simul accidunt ꝛ curantur cum eisdem: ꝛ ipsa tam diximus ca. prio precedenti. Furfures preterea fiunt in capite quemadmodum scabies sicca pruritiua sup corp⁹ totum quare cura scabiei que dicetur primo sequenti ca. penitus sublimiter suffragatur.

Pronosticatio.

Furfures cum fuerint fortes difficiles preparant ad lepram.

¶ De pruritu et scabie corporis. Cap.iij.

Cum supra corpus totum dñatur mala cõplexio diuersa calida sicca adusta generãtur humores acuti ex quibus cũ neqȝ mẽbra fluxerint:fiũt humiditates nitrose mordaces. Et siquidem hec mala cõplexio fuerit sine materia oĩno vel cũ materia pauca sicut cũ est pauca recens facilis accidit ex ea dispõ cutis velut furfures aut squame sicce quã quidẽ dispositionẽ pruritũ aut scabiẽ siccã vocauerũt. ¶ Cum vero ista cõplexio fuerit cũ materia plurima sicut cum est fortis antiquata accidit ex ea cutis dispõ cum horbor ex pustulis diuersis quã scabiẽ humidã appellarũt:et fit cũ ea multitudo pediculorum et lendiũ:quoniam ex hmõi materia gñantur adusta qlis est ppria cho.ru.vel nigra: silr et flã vel per adustionẽ flatis naturalis plurimã vel cholere pmixtionẽ. Accidit aũt hec passio illis qui plurimum vtunt cibis acutis:vtpote in quibus multũ salis ponit aut pip aut sinap.aut allia aut cepe aut vinũ vetus purum amarum: et caseus ãtiquus:et legumina oĩa et pprie lentes et miliũ et panicũ. Silr et qui cibis facillime corruptibilibus nutriũtur:vt piscibus lacticinijs oleribus fructibus arboris:et pprie cũ sup ipsos mouent motibus inordinatis donec adurant velut accidit in pueris gulosis:silr et qui pter solitũ et debitũ negligũt ablutiões corpis a sordicie et sudore et balneationes et pãnorum mutationes:mẽbra nãqȝ extrinseca et pprie cutis sunt p naturã debilia fabricata: vt oĩs interiorum supfluitas ad exteriora ppellat:vt ait Gal.vj.de accidenti et morbo.

Methodus.

Cura eius cũ est recẽs sicca facilis solis idiget alterãtibus ad frigiditatẽ et humiditatẽ quare balneet multotiens in aqua dulci tepida pura aut in aqua decoctiõis maluarum viol.altheeflorum camomille aut mellilotti aut in aqua decoctiõis fumiterre et maluarum et foliorum salicis et ppli:quoniam resoluit et humectat cum lenitate:et in ipsa fricet assidue ex farina furfur.et fabarum cicerũ et pisorum addito modico salis. Et post exitũ a balneo inũgatur ex vnguẽto albo vsitato vel ex vnguẽto alio quod iã diximus. Et hmõi balneationẽ cũ inũctione vicissim assiduet diebus pluribus donec curet. Regat cibis et potibus humidis valde sed frigidis moderate ex quibus sunt carnes recentes laudabiles elixe cũ lactucis cucurbitis bletis et silibus et pultes ex farina simile vel ordei vel auene cũ lacte dulci pditi. Bibat vinũ albũ aquosum mixtũ cũ aqua plurima vel ydromel aquosum vel iulep vel aquã frigidã purã. Abstineat ab oĩbus acutis supradictis:similiter et ab acruminibus vt sunt acetum et agresta:nisi fortassis aliquid ex ipsis gustauerit gratia puocatiõis appetitus. Abstineat etiam a dulcibus vehemẽter:sicut est mel aut cibus vnctuosus:vtpote in quibus plurimũ adipis aut olei aut butiri pmiscet:quoniam facile inflãmant et in cholerã cõuertunt. Sola nãqȝ insipida et aquosa vel dulcia moderata vel acetosa nõ fortiora generãt sanguinẽ nõ mordacẽ. Cura eius cũ est fortis antiquata et cũ qua vrina fit citrina vehemẽter indiget a principio purgationibus humorum adustorum. Fiat igit in pmis flebothomia basilice dextre vel sinistre si scabies regionẽ superiorẽ corporis occupauerit aut saluatelle pedis dextri vel sinistri si tenuerit inferiorẽ. Post illud vero vẽtosent ptes scabiose cũ scarificatiõibus pfundatis in balneo calido:quoniam hmõi flebothomia et scarificatio extrahũt sanguĩs massam adustã intus et extra venas residentẽ necnõ corpus refrigerãt manifeste. Silr et sanguisuge sup mẽbra sordida applicent. Post ista vero oĩa digerat residuũ materie quod neqȝ flebothomia extrahere potuit ppter sui grossitiẽ aut adherẽtiã viscosam:neqȝ scarificatio nec sanguisuga educere potuit ppter situs pfunditatẽ cum sirupo de fumoterre. Cuius descriptionẽ ponit Mes. in suo antidotario: duplicẽ scilicet maiorẽ et minorẽ:sed maior est melior quam sic fit. ℞.mirabolanorum citrinorum kebulorum ana.ʒ.x.vel mirabolanorum oim.v.ana.ʒ.x. florum buglosse et boragis viol.absinthij cuscute ana.℥.j.liquiritie ro.ana.℥.ß.polipodij epithimi ana.ʒ.vij.prunorum et passularũ ana.lib.ß. tamarindo.cassiefi.ana.℥.ij.hec oĩa bulliant in aq lib.decẽ vsqȝ dum deueniat in lib.tribus et cũ succo fumiterre recẽtis cocti et depurati atqȝ collati et zuccari ana.lib.iij.fiat sirupus de quo potẽtur oĩ die in aurora.℥.ij.cũ.℥.iiij.aque calide. Et si volueris ipsum acuere:adde scamonee.℥.ß.hic nanqȝ sirupus stomachum et epar et splenẽ confortat: opillationes aperit

ictericiam nigrã ꝛ citrinã tollit: colorẽ corporis efficit bonũ: morbos cutis sanat: ꝛ ꝓprie quoꝝ materia sunt humores adusti: salsi: sicut est scabies impetigo serpigo lepra morphea: qm̃ ipsoꝛũ maliciã corrigit atq; leniter educit quaq; die faciens bis vel ter ascellare. Purget deinde cum pillulis de fumoterre que sic fiunt. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ ꝛ kebuloꝝ ꝛ indoꝝ añ. ʒ. v. aloes epatici epithimi añ. ʒ. vij. dyagredij. ʒ. v. Informentur pillule cũ succo fumiterre aut cũ aqua decoctiõis eiꝰ. Et detur ex eis. ʒ. j. ꝛ ß. sero cũ itur dormituꝫ sine cena. Vel si pñto aliud nõ fuerit digeratur: cuꝫ sirupo acetoso cõposito ex aqua decoctionis fumiterre et prunoꝛũ sicoꝛũ et viol. Et purgetur cũ yerapigra gal. vel electuario de succo rosato laxatiuo. Post purgationes igitur sepius reiteratas procedatur ad remedia localia supradicta.

Emperica.

Sirupus digerens materias adustas: similiter et educens a quacũq; particula corporis nostri sic fit. ℞. floꝛum boraginis floꝝ buglosse endiuie epatice rosꝝ violꝝ cicoree cuscute lactuce añ. M. ß. floꝝ camomille melliloti floꝝ sambuci corticis eiꝰ mediani lappacij acuti ꝛ rotundi scabiose tapsi barbati fumiterre añ. M. quartã partẽ prunoꝛum sicoꝛũ ꝛ passularũ añ. ℥. iij. cassiefistule tamarindoꝝ añ. ℥. j. ꝛ ß. mirabolanoꝝ citrinoꝛum ꝛ kebuloꝝ indoꝛũ añ. ℥ ß. scamonee masticis añ. ʒ. ij. decoquantur preter sene thimũ epithi. ꝛ cum modicum bullierit ab igne deponatur: ne fortassis eoꝛum virtus ab igne resoluatur: tunc colletur ꝛ sirupisetur cum lib. vij. zuccari. ꝛ de eo bibantur omni die. ℥. iiij. sine additione aque: quoniã fiet per se subtilis aquosus sufficienter. Item farmacum leniter euacuans humores adustos a coꝛpoꝛibus delicatis est serum vel lac acetosum cuꝫ ex ipso bibitur lib. j. vel ß. in auroꝛa. Quod si parumper acuere volueris: infunde in ipso per noctem integram mirabolanoꝛum citrinoꝛum ꝛ kebuloꝝ añ. ʒ. ij. postq̃ pistata fuerint grosso modo ꝛ posita circa occasum solis in sero actu calido ꝛ crastino collata ꝛ expressa diligenter. Pillule preterea nobiles ad idem que pillule de aloes nuncupantur. ℞. aloes boni. ʒ. ij. mirabolanoꝛum indoꝛuꝫ. ʒ. ij. sene epithimi scamonee masticis ana. ʒ. semis informentur cum succo fumiterre vel apij vel sero caprino: ꝛ detur ex eis a. ʒ. j. vsq; ad. ʒ. ij. Electuarium ad idem quod dyarob cũ turbith appellatur. ℞. turbith albi ꝛ electi. ℥. j. zinzib. ℥. ß. gariofi. cinamomi añ. ʒ. ij. dyagredij. ʒ. ij. zuccari lib. j. ꝛ detur ex eo. ℥. ß. vel. ʒ. vj. Puluis ad idem. ℞. turbith. dragmas duas reubarbari dragmã vnã hermodactiloꝛum. ʒ. j. ꝛ semis zinziberis. ʒ. semis zuccari. ℥. ij. ꝛ fit totum dosis sua. Et si reubarbarum habere non poteris: pone dyagredij quãtum est medietas ipsius. Unguentum cutim mũdificans a pediculis ꝛ scabie sic fit ℞. argenti viui extincti cathimie argenti arsenici rubei ꝛ citrini scabiose ellebori albi stafisagrie hermodactiloꝛum lithargiri salis sulphuris ana. quantum volueris de omnibus vel de quibusdam. terantur omnia subtilissime ꝛ cum oleo vel axungia vel aceto vel succo absinthij vel vino cõficiantur in forma vnguenti ꝛ ex ipso corpus inungatur pluribus diebꝰ in loco calido: ꝛ proprie post purgationem: deinde sordities diligenter in balneo abstergantur. Est nanq; tante efficacie vt ipsum per se solum cum balneo sepius refricatiuum excuset medicum a purgatione. Et si cingulus vel vestis ex eo liniatur: liberat a lendibus ꝛ pediculis deferentem. Et si magis ipsum stipticare volueris adde modicum cere ꝛ terebentine ꝛ ex albuminibꝰ ouorum. Est nanq; fere continens omnia simplicia putredinem prohibẽtia ꝛ vermes natos ex putredine pernecantia preter aloes ꝛ fel ꝛ mirrham: que si placuerit apponant. Balneum preterea materias scabiei resoluens atq; corpus pulchrificans fiat ex aqua decoctionis scabiose fumiterre floꝛuꝫ camomille apij stafisagrie melliloti lappacij acuti ꝛ rotũdi ꝛ tapsi barbati. vel ex aqua calida in qua sulphur ꝛ sal ꝛ alumen dissoluta fuerint vel ex aquis tinarum: quoniam sunt sulphuree vel aluminose per naturam: quemadmodum ꝛ aqua maris amara est atq; salsa per naturam. Hec passio cum non accidat vt diximus nisi post malam cõplexionem calidaꝫ ꝛ siccã adustam videtur necesse vt cum ipsa corpis habitudo fiat gracilis extenuata: imo ꝛ illud est conuenientius: vt qñ corpus preter naturam cepit extenuari scabies ꝛ pru-

ritus assequat: queadmodu ostendit in decrepitis et calescentibus propter egritudines diuturnas. Ex quibus scire potes quod ars ipinguadi corpus macru qua scribemus inferius proprio ca. presentibus sublimiter suffragat.

Pronosticatio.

Scabies et prurigo cu fuerit fortis difficilis antiquata lepra significat affutura. Ite scabies cu accidit infantibus aut pueris paruulis curari no debet: quoniam fortitudinem virtutis naturalis et mudificationem sanguis mestrui significat in poris corpis derelictis et a lepra futura pseruat. Ite scabies cu accidit in corpore post egritudies diuturnas aut acutas cum alleuiatione viscerum membrorum interiorum et costantia virtutis et bonitate appetitus crisim significat salutare. Si vero grauitas in interioribus remaserit aut morbi longitudinem aut recidiua significat affutura: nisi fortassis patiens errauerit in dieta et cibu superfluu assumpserit: qui cu pfecte digerit in scabiem trasmutatur: queadmodu patietibus appetitum caninu. Unde Ypo. iiij. par. amphO.

Quibuscuque febribus longe bis pustule et dolores in articulis fiut. et statim post ait. Quibuscuque ex febribus resurgetibus aut pustule aut dolores in articulis fiut ij amplioribus cibis vtutur. Item dicit Ypo. sexta parti. amphO. Late pustule non valde pruriginose fiut. Item si corpus scabiosum vrina habuerit laudabile atque bene digesta sm substantiam sedimen et colore et egestiones fuerit naturales sm quantitate et colore cibo pportionatas certificat interiore corporis munditia et virtutis naturalis bonitate. Si vero cotrariu apparuerit materie multitudine et purgationis significat necessitate. Un Ypo. ij. pti. amphO. Quibus fauces egrotat aut pustule nascunt in corpe cosiderare egestiones oportet etc. Ite corpora scabiosa cacochimica no impinguatur antequam purgent. quoniam eorum cibus totus conuertitur in materia corrupta cui in corpore permiscet pterquam eius modicu necessariu adiuta Un Ypo. ij. parti. amphO. Non pura corpora quanto magis reficies etc.

¶ De lepra. Cap. iiij.

Lepra est morbus vlis corporis totius puenies ex diuisio melie no naturalis plurime sup humores atque mebra ex qua quide color ipsorum inficit et forma et figura corrumpit et alterat eorum coplexio et leduntur opationes naturales: et fortassis soluit eorum cotinuitas: ita vt vlcerent donec cadant: quoniam est velut cancer vlis: quemadmodu et cacer est velut lepra particularis: vt ait Auice. iiij. canon. cap. psenti. Dicamus aute fortassis quod melancholia non naturalis est duplex. Una quide genita p adustione humoru: et est illud quod accidit vt plurimu: et hec est membrorum corrosiua vehementer: et pprie cum fuerit ex humoribus calidis ante adustionem que sunt cholera et sanguis. Alia vero genita per humoru condensatione: et est illud quod accidit perparum: quoniam vt ait Gal. ij. de complexionibus. Sepius est in nobis calidu adurens quam frigidum congelas: et hec no est membrorum corrosiua vel modicum: et proprie cum fuerit ex humoribus frigidis per naturam que sunt flegma et melancholia. Et huiusmodi quidem melancholia non naturalis morbos efficit diuersos: modis tame varijs et diuersis. quonia aut colligitur in mebro. Aut vero spargitur super corpus totum. Si primum hoc dupliciter: quoniam aut figitur in eius profundo dum currit ad ipsum per venas et arterias pprias et sic efficit apostemata corrosiua que sunt cancri zepherios et herpestiomenus que differut inter se. Quoniam si melancholia non naturalis fuerit adusta grossa fit cancer: si subtilis adusta fit herpestiomenus. Si frigida congelata fit zepherios duricies nominata: de quibus nos iam expediuimus quantum intentionis nostre fuerat capitulo de apostematibus in matrice. Aut spargitur super eius superficiem donec pueniat ad cutim et sic efficit albaras et morpheam et algueset quarum distinctionem supra diximus et inferius apparebit. Cum autem spargitur supra corpus totum intus et extra venas fit etiam dupliciter: quoniam aut putrefit et resoluitur: et sic efficit febrem quartana: aut non putrefit nec resoluit: et sic lepram inducit. Ex quibus scire possumus quod lepra in se aggregat vitia ceterarum. Est nanque illud lepra in toto quod cacer in parte: est aut illud in carne quod morphea in cute: et est illud pmanens quod est in quartana deficiens. Quapropter a medicis mala vniuersalis

firmitas nominatur: quoniam et ex eius contagio corpus sanum maculatur. Sunt autem lepre quemadmodum et morborum naturalium omnium tres cause que sunt primitiua antecedens et coniuncta. Causa primitiua est adustio assidua in sole calido vel ad ignem et coitus superfluus et labor et fames et sitis et vigilie: et vsus ciborum acutorum et vini veteris amari. Hec enim omnia sanguinis massam perurunt: vt plenius diximus capitulo de emorroidibus et capitulo de mania canina. que vero sanguinem condensant: sunt ambulatio assidua per niuem et habitatio ad septentriones et incarceratio inter muros et somnus et ocium et ablatio coitus omnino et vsus ciborum grossorum et potus aque frigide vehementer: hec enim omnia sanguinem coagulant. Sunt tamen preter has duas causas alie tres communes ad vtranque que sunt habitatio frequens inter leprosos: et coitus cum muliere leprosa vel cum qua antea breui tempore leprosus coiuit quare fit vir leprosus aut fetus aut vtrunque. Et non oportet vt fiat mulier leprosa semper in quam leprosus proiicit sperma suum: quoniam matricis densitas illud prohibet. Et tertia causa que est omnium potissima est coitus cum muliere menstruata quare fit puer leprosus quoniam vt ait Auerro. iij. collet. vt plurimum inest hec passio ex generatione et raro per acquisitionem quare difficilis est cure. Fetus cum concipitur hora menstruorum adustionem aut congelationem recipit in sua substantia que apud finem iuuentutis et processum senectutis quam plurimum roboratur donec exterius manifestetur in corpore et lepram inducat velut fermentum cum per diem et noctem in pasta latitauerit. Etas nanque iuuentutis est tempus adustionis. Etas vero senectutis tempus frigiditatis et siccitatis per naturam. Causa vero lepre antecedens est mala complexio calida sicca: vel frigida sicca corporis totius incipiens ab epate et corde a quibus fluit virtus nutritiua mediantibus venis et arterijs in corpus vniuersum quare multiplicatur humor melancholicus et sanguis grossus in eisdem. ad quod non parum efficit splenis oppilatio seu debilitas per naturam. Causa autem coniuncta est cum humor huiusmodi perfecte aduritur aut condensatur donec in melancholiam non naturalem conuertatur. Sunt et lepre species quatuor famose. Cum namque sanguis aduritur alopitia nuncupatur. Cum vero cholera dicitur leonina. Cum autem alteratur flegma tiriam vocauerunt. Et cum melancholia naturalis elephantiam appellarunt quorum omnium curam et accidentia per ordinem dicamus. Signa lepre communia trahuntur a tribus quemadmodum et accidens est trium generum: vt ait Gal. iij. de accidenti. et sunt qualitas corporis mutata a qualitate sic. ix. numero colliguntur. primum quorum est color totius corporis et proprie faciei: quoniam oportet vt sit rubeus obscurus tuberosus cum refulgentia quadam velut corij torrefacti preter debitum et solitum. Secundum signum est dispositio oculorum et palpebrarum atque superciliorum: quoniam oportet vt sint rotundi cum grossitie et duritie palpebrarum et nuditate superciliorum vehementi et perturbatione in albuginibus ipsorum ex liuiditate vel fuscedine commixta cum venis rubeis plurimis in angulis ipsorum velut cane rabido seu leone. Tertium vero signum est dispositio labiorum oris eminens cum plumbeitate preter quod fit ex natura. Quartum autem est dispositio lingue et palati: quoniam si linguam depresseris et intus aspexeris super radicem lingue vbi pendet vuula: et similiter et in palato fissuras minimas et grana velut milij colorum diuersorum et proprie alba vel citrina vel rubea fetentia velut in partibus infectis. Quintum signum est dispositio capillorum: quoniam cadunt et sunt rari atque curti cum furfuribus in capite pluribus: quod si regenerantur sunt parui subtiles qui vix videntur nisi cum prospexeris ad solem. Sextum signum est dispositio corporis totius pruritiua scabiosa cum asperitate et tortuositate et nodositate que sub cute reperitur quando inter digitos tractatur et proprie in facie et circa iuncturas. Et hec quidem sex signa sunt alijs certiora: ita vt cum simul fuerint: non faciunt errare. Septimum signum est dispositio musculorum quoniam ipsos reperies duros: graciles: et consumptos et proprie inter pollicem et indicem manuum et pulpas tibiarum. Octauum est cutis tensio in toto corpore et proprie super spondiles dorsi propter fortem siccitatem: quapropter si trahatur vel comprimatur tarde redit ad figuram suam: et si aqua aut oleum superaspergatur non imbibitur sed cito labitur super corpus quasi non fuerit humectatum. Nonum

signū est dispositio corporis ad aerem conti nentē: qm̄ ꝛ si facile frigescant aut calescant ex debilitate virtutis naturalis vt plurimuꝫ tñ frigescunt quare plurimis indigent vesti/ bus ꝛ cameris calefactis: sed hoc est signum fallax: quoniā ꝛ omne rarū corpus aut macrū per naturā retinet huiusmodi dispositionē. Si v° signa trahantur ob operatione muta/ ta sex quidem numero colliguntur. Primuꝫ est vocis raucedo ꝛ strictura anhelitus nō ac cidens ex catharro vel alia causa manifesta sed propter siccitatem viaruꝫ ꝛ anhelitus et oppilationeꝫ ex materia grossa cinerosa. Se cundū est insensibilitas membrorum siue ex tremorum cum pungūtur: aut vrūtur preter ꝙ fit ex paralisi vel cachecia. Tertiuꝫ est mē brorū fornicatio titillosa perdurans assidue sine manifesta causa ꝛ proprie in fronte et superciliꝭs ꝛ naso ꝛ maxillis atqꝫ super dor/ so. Et hec tria signa sunt aliꝭs certiora que sequuntur. Quartum signū est hebetudo pul sus: quoniam oportet vt sit paruus debilis rarus subtilis propter virtutis oppressionē ꝛ organi siccitatem nisi fortassis a principio priusꝙ̄ lepra confirmetur: quoniam potest esse fortis magnus velox propter necessitatē ad auctam ex adustione vehementi. Quintū est morum prauitas fraudulenta quare faci le irascuntur neqꝫ statim mitigantur: nec cō fidunt in aliquo: sed sunt auari tenaces ꝛ ad concupiscentiā vehementer inclinati. Sextū est somni dispositio: quoniam paruuꝫ ꝛ pau cum habent somnum: ita vt ex qualibet leui causa excitentur ꝛ apparent in somno fantas mata nigra timorosa. ꝙ si signa lepre traxe/ rimus ab exeunte mutato sic quinqꝫ nume/ ro colliguntur. Quorum primum est fetor an helitus atqꝫ corporis totius velut fetor hy r/ corum ꝛ proprie in loco calido estuoso. Se/ cundum signum est vrina parua subtilis ra/ diosa subcitrina in colore oleaginea in sup/ ficie cum arenulis rubeis minutis in fundo: nisi fortassis a principio cuꝫ nec adustio nec oppilatio fuerint consummata: quoniaꝫ po test illo tempore grossa rubea vel citrina vel karopos apparere. Tertiuꝫ est apparitio vl ceruꝫ sordidorū in volis manuū atqꝫ plantis pedum: ex quibus sanies aut virus fetidum cenosum assidue manat: neqꝫ consolidari se permittunt cuꝫ sunt cancrosa sed magis per dies ꝛ dies dilatantur cuꝫ prurītu vehemē ti. Et hec quidem tria signa ex signis hm̄oi generis magis certa. Quartum signum est quod sumitur ab egestione: quoniam sunt vt plurimum ventres eorum stiptici propter sic citatem ꝛ egestiones liuide cinerose. Quin/ tum signum ex sanguinis dispositione ꝛ hoc quidem multipliciter. Uno modo quoniam hora illa qua fit flebothomia basilice seu me diane vel sinistre quādoqꝫ vulnus oppilant. Alio modo quoniam post eius receptionem in parapside citissime condensatur ꝛ post tē pus modicum scindatur aut in partem gros sam residentem ꝛ aquosam supernatantem sed certior est significatio si scindatur. Alio modo quoniam si recens cum per flebotho/ miam extrahitur: fundatur in aquam claraꝫ frigidaꝫ nullatenus cum ea permiscetur sed vel supernatat: vel ad fundum condensatur velut sanguisuge nigre: minute. Alio modo quoniam si recens colletur per pannum li/ neum densum ꝛ digitis exprimatur diligen/ ter reperies reliquias velut grana miliꝭ mi/ nuta. Et iterum aliter quoniam si recens cū aqua frigida pura dissoluatur in pelui ter/ sa ꝛ mundata reperies in fundo ipsius post effusionem ipsius ꝛ aque grana miliꝭ iaꝫ di cti. Et aliter iterum quoniam si super ipsuꝫ aliquid salis asperseris postꝙ̄ constiterit in parapside ꝛ liquor si quis supernatat fuerit abiectus nequaꝙ̄ liquefiat vel morose val/ de quod quidem accidit propter sanguinis grossitiem atqꝫ siccitatem siue sit adustus: si/ ue congelatus. Et iterum alio modo quo/ niam si super ipsum postꝙ̄ constiterit omni quaqꝫ fundatur acetum aut lixiuium acutuꝫ fortassis natabit ꝛ bulliet super ipsum. Sed in egestione atqꝫ sanguine non cadit fides certa: quoniam consimiles eorum dispositio nes reperiuntur in corporibus melācholicis ex morbo vel natura. Dicit preterea Rasis in diuisionibus in capitulo presenti ꝙ lepra habet tres gradus. Primus quorum est inci piens ꝛ propter ipsaꝫ patiens nō separatur scilicet allopiciam qui curam perfectam re/ cipit si medicus fuerit sapiēs studiosus. Et signa eius sunt raucedo vocis ꝛ strictura an/ helitus ꝛ turbatio albuginis oculorum ꝛ ru/ bedo faciei et tuberositas eius et paucitas pilorum ꝛ casus eorum ꝛ vniuersaliter om/

nia signa sumpta a qualitate mutata atq ab actione lesa cum fuerint remissa moderata neq determinata accidentia accesserunt ad ipsa. Secundus vero gradus est inualescēs ꝛ propter ipsum patiens ab omnibus separatur. Et signa eius sunt: quoniam raucedo fit fortior ꝛ facies tuberosa ꝛ digiti curuant ꝛ deturpantur fortiter ita vt pueri ipsum fugiant ꝛ spasmantur iuncture ꝛ fiunt tuberose. Et vniuersaliter cum omnia signa sumpta a qualitate mutata atq ab actione lesa fiūt fortiora. Sed que ab exeūtibus mutatis fuerint omnino nulla vel remissa: tunc nanq nequaq̄ perfecte curatur hec passio. Sed cura que est primi gradus sanatiua fiet repressiua eius ne cito peioret. Tertius vero gradus est interficiens qm̄ nō est eis cura nisi mortis suspensiua ꝛ membrorum custoditiua ne valde cito corrodantur ꝛ decidant sed morose. Et signa eius sunt qm̄ vlcerat corpus ꝛ fetet et currit virus ex mēbris vlceratis. Sed vt signa oīa pfecte cōpleamus ad spēs lepre ꝓprias descēdam⁹. Signa igit allopicie sunt cū predictis signis cōibus rubor faciei plurimus cū inflatione oculorum ꝛ eorum lachrymositas cū rubore ꝛ tumore albuginis oculorum. Et q: fluit sanguis e naribus ꝛ gingiuis ex oī leui cā ꝛ apparitio venarū guindes in collo cū dispositione prefocatiua assidua ꝛ multiplicatio pustularū rubearū humidarū sup corpus totū ꝛ vrina rubea grossa vnctuosa ꝛ habitudo viuida carnosa ꝛ etas iuuētutis ꝛ cōplexio sanguinea ꝛ ātecessio regiminis multiplicātis sanguinē ex vino dulci rubeo ꝛ carnibus salitis siluestribus ꝛ ocio ꝛ quiete: verū qm̄ in hac specie capilli cadūt plurimum allopiciā vocauerūt. Signa leonine sunt cum predictis signis cōibus color faciei citrinus vehemēter ꝛ vlcera feda: pruritus in labijs oris ꝛ manibus ꝛ partib⁹ alijs corporis cum ardore vehemēti ꝛ multiplicatio serpiginis sup corpus vniuersum: ꝛ vrina subtilis pauca citrina ꝛ sitis vehemēs ꝛ ꝓstratio appetitus ꝛ habitudo corporis cholerica ꝛ etas iuuētutis ꝛ regimē calidū siccū antecedens ex pipe allijs ꝛ sinapi ꝛ vigilijs ꝛ fame ꝛ siti ꝛ labore assiduo ꝛ potu vini veteris puri amari: et qm̄ in hac specie fit maxima morum furiositas idcirco leonina nūcupatur ꝛ qm̄ plurimi leonū patiūtur hanc speciē: vt ait Auic. Signa vero tyrie sunt cū predictis signis cōibus color faciei subalbidus parū deficiens a facie sanorum cū furfuribus in capite ꝛ pruritu ꝛ scabie sicca sup mēbra faciēte cutim separari velut squamas pisciū aut spoliū serpentis propter qđ ꝛ tyria nūcupatur ꝛ multitudo albaras sup corpus totū: filr ꝛ habitudo flegmatica ꝛ etas senectutis ꝛ sex⁹ vt plurimū mulierū ꝛ regimē flegmaticū antecedēs ꝛ ꝓprie ex piscib⁹ salitis atq caseo veteri ꝛ lacte acetoso. Signa elephantie sunt cum signis predictis cōibus color faciei liuidus ꝛ iuncturarum nodositas cum tortura ꝛ spasmo ꝛ ineptia ad motus voluntarios ꝛ multiplicatio morphee nigre super corpus totum: similiter ꝛ habitudo macra gracilis ꝛ etas senectutis ꝛ complexio sicca per naturam ꝛ antecessio tristitie ꝛ sollicitudinis assidue perdurantis. Et dicitur hoc nomine quoniā in hac specie iuncture crurium ꝛ manuum fiunt plus rigide q̄ in alijs velut accidit in cruribus elephantum.

Methodus. Cura huius passionis non diuersificatur secundū suas species: sed tantū penes gradus quod est: quoniam melancholia non naturalis siue facta fit per adustionem: siue condensationem humoris cuiuscunq fit grossa sicca frigida per naturam eo q ab ipsa resoluitur subtile vnctuosum verumtamen peccatum sue siccitatis est multo forti⁹ q̄ frigiditatis: nisi fortassis per adustionem maximam caliditas accidentalis fit infixa: ꝛ proprie in lepra vlceratiua: quapropter vniuersaliter cum rebus humectantibus corrigitur atq impinguantibus propose temperatis inter calidum ꝛ frigidum omniquaq. Cum igitur lepra fuerit in principio extrahatur gradatiue proposse grossus humor subtilis temperatus cum suctione ciborum humidorum. Modus autem extrahendi cum flebotbomia fiet talis: vt ait Rasis in diuisi. capitulo presenti. Quoniā oportet vt in omni mense fiat flebotbomia basilice vel mediane cum incisione larga non stricta retinente grossum. Ad quod plurimū confert sessio in tina aque dulcis tepide vel aq decoctionis maluarum viol. ꝛ altbee ante flebotbomiam immediate. Et non extraba

tur simul san.plurim⁹:sed parū quaqꝫ vice. et permuteꝝ eius locus nūc ad brachiū:nūc ad pedes ꝛ nūc ad partē dextrā modo ad sinistrā.qm̄ fiet iuuatiuū in eductiōe materie et custodia ꝟtutis ꝛ cōsideretur sanguis cuꝫ egreditur:qm̄ cuꝫ est magis grossus dimittatur. Cuꝫ ꝟo subtilis lucid⁹ ilico restringaꝝ et ad medicinas ꝓcedatur. Et corpa q̄ magis audem⁹ flebotbomare sunt corpa calida humida carnosa:frigida ꝟo ꝛ sicca ꝑhorremus. Post flebotbomias aūt plurimas et venarū inanitiones ex sanguīe grosso melācbolico fiāt scarificationes ꝓfundate cuꝫ incisione larga post exitum a balneo humectāte. Nunc quidē in pulpis crurium:nunc ꝟo in natibus ꝛ nūc in spatulis vel in dorso. Modus ꝟo humores grossos extrahēdi cum farmacia fiet talis vt in omī ebdomada venter semel soluatur cū medicinis educētibus melancholiā. Primo cū debilibus post hoc ꝟo cum fortiorib⁹ gradatine:ita tamē ꝙ nulla vice fortis solutio:sed moderata:qm̄ cum dicimus medicinas fortes nō quidē intelligimus ꝺm pondus sed ꝺm virtutē. Et has quidem medicinas cōplete diximus ca.de permixtione rōnis. Necꝫ permittendū quando das medicīas attractiuas fortes ꝓut humor melācbolicus requirit quin des ex lenitiuis quantitatē paruā:cuiusmodi sunt cassia fi. māna tamarindi viole atqꝫ pruna:qm̄ ventrem ꝑparant ꝛ velocitant medicinā: vt ait Mes. in suo de appropatis.ca.de melācbolia. Diebus ꝟo intermedijs quibus nō purgatur corpus digeratur materia cuꝫ sirupo quem dicemus in empericis. ꝛ humectetur corpus cū sessione assidua in tyna supdicta. Et semꝑ cū balneū exierit:inungaꝝ totū corpus ꝛ ꝓprie mēbra debiliora ex oleo cōi calido vel oleo viol. vel oleo nenupharino. vel si aliud ꝑsto nō fuerit cū lacte dulci recenti butiroso vel cū adipe anatis anseris ꝛ galline incorporato cū populeon ꝛ dyaltea partes equales omniū sumendo. Et reguletur corpus ex cibis humidis lenibus dulcibus velocis penetrationis q̄ tenerū faciant corpus ꝛ impinguēt ipm ꝛ humores generēt subtiles ex quib⁹ est lac dulce recēs ex aīalibus sanis iuuenib⁹ sumptū in ieiuno ꝑ se vel mica panis omī die ꝛ ꝓprie si in ipso delectetur. Similr̄ ꝛ pultes ex farina simile vel auene cōditi cū eodē ꝛ pultes ex amilo ꝛ farre cōditi cū lacte amigdalarū ꝛ zuccaro albissimo. Et iura carnium edorum ꝛ agnorū ꝛ pullorū pinguium condita cū vitellis ouorū ꝛ croco ꝛ cinamomo ꝛ carnes elixe cū lactucis cucurbitis spinargijs borragiñ. atqꝫ ficla. Similr̄ ꝛ oua recentia sorbilia elixa nō assa: similr̄ et brodia butirosa ꝛ butirū recens comestū cū bucella panis. Bibat vinū albū clarū limphatum dulce vsqꝫ ad medietatē vel mellicratum aquosum subtile vel iulep vel aquā decoctionis ficuū vel aquā frigidā claram. Caueat a cibis ꝛ potibus ꝛ saporibus generantibus meliam naturalem vel nō naturalē qualēcunqꝫ quos plene iam descripsim⁹:capitulo de emorroidibus. Caueat a reb⁹ vrinā prouocantibus vehementer: ne fortassis educaꝝ subtile ꝛ grossum induret nisi fuerit patiēs ex ijs qui per vrinā purgari cōsueuerunt. Quod quidē scies ex vrina grossa liuida exeūte cū sedimine plīmo cineroso. Istud tñ est perpaꝝ quoniā humor grossus postulat vias largas. Et ex rebus vehementer humectantibus est somnus plīmus post cibum ꝛ ociū ꝛ quies ꝛ postpositio solicitudinis ꝛ habitatio assidua in aere humido valde: sed frigido moderate ꝑ se: vel per artē. Sic ergo reguleꝝ donec redierit scda hora flebotbomādi vel purgandi. Et fiat ordinis reciprocatio assidua per durās: quoniā sanatur hac cura. Et si remanserit color malus in facie rectificetur cū vnguēto citrino vel cū vnguento albo visitato. Ad quod cōfert plurimū scarificatio facta primo quidē in spatulis deinde sub mēto ꝛ pulpis auriū. Ultimo ꝟo ꝑ supsiciē faciei totā ita vt sanguis exciteꝝ ꝛ diligēter cū digitis exprimatur ꝛ vnguenta predicta ilico imprimātur ꝛ proprie in balneo vel loco alio calido vaporoso. Et si rubor in oculis apparuerit:instillentur collitia:dicta capitulo de obtalmia. ꝛ proprie de cerusa. Et si capilli capitis ceciderit:fiāt q̄ dixim⁹ ꝓprio ca. ad ipsoꝝ gñatione atqꝫ fixionē. Si ꝟo lepra ꝓcesserit ad gradū scdm anteꝙ sis vocat⁹ ad curā nihil ex ordie supdicto diminue:qm̄ fiet ꝯferēs ne cito peioreꝝ. Et si nodi duri vel macule morphee fuerit circa iūcturas freqñter ipas mollifica cum balneis ꝛ oleis ꝛ vnguentis supradictis ꝛ oꝑꝫ vt olea sint calida vehemēter donec vrant. ꝛ penetrent loca du/

ra: quod si nō suffecerit opus est vt cum lamina ferrea ignita purantur ipsorum supficies atque resoluātur. Et si nec ista suffecerint: cōuenerūt antiqui et estimauerūt quod carnes vipe comeste et vinū eius bibitū et tyriaca de vipis: et trociscī de tyro famosi exhibiti bis vel ter in hebdomada cū vino albo subtili mixto cū aqua frigida sanāt ipsam: quoniam ex vsu earū assiduo inflatur corpus totum et mollificatur caro et cadit cutis supior dura defedata et regeneratur alia inferior mollis atque clara: sed hec est cura rara difficilis. Preparatio aūt vipe in iure talis est. Rx. serpentē habitātem in locis siluestribus mōtanis nō paludosis cuius color sit flauus habēs ventrē album et in medio vētris lineā rubeā et in medio dorsi lineam nigram et caput habens planū subtile et corpus in medio grossum et caudā curtam subtilem velut lacerta qui dum mouetur: facit strepitum. Et si dentes habuerit in mandibulis est melior: et abscindantur caput et cauda et abijciātur omnia eius interiora, et abluatur eius caro pluries in aqua clara et frustatim incidatur et ponatur in lebete mūdo cum sufficiēti aqua pura. Et addatur aliquid aceti et salis et olei et piperis et gallāge et seminis aneti et bulliantur donec caro ab ossibus vndique separetur. Tunc igitur patiens comedat de carnibus et sorbeat ex iure paruum post parum assidue per dies multos. Et si carnes abhorruerit: misceat ipsas cum carnibus pullorum vel columbarum vel faciat ex eis tortellum vel pullos cum viperis decoquat et fiet ius magis saporosum. Cum autem illud per dies multos cōtinuauerit et supuenerit scotomia et corpus inflatum fuerit et cutis sepetur sufficiens est iam eius vsus. Preparatio autē vipere in vino talis est vt vipera viua preparata sicut prius bulliatur in lib. xx. vini albi puri clari donec caro ab ossibus separetur: et tūc vinum cū vipera simul actu calidum in doliū fundatur quod. xl. lib. vini albi clari contineat cui misceatur. Et ex ipo bibat modicū omni die i ieiuno. Preparatur aūt vipera in sirupo sic. Rx. viperā preparatā vt prius: et pone in. viij. lib. aque et adde aliquid fumiterre vel succi eius et thimum et epithimum et aristologiam rotundam et gentianā et mentam et baccas lauri ana. ʒʒ. ac cinamomum et fac bullire donec medietas consumatur vel caro ab ossibus separetur: tunc colletur et sirupisetur collatura cum lib. ʃ. zuccari et detur ex eo omni die in aurora quantum testa oui capere potest cū aqua calida. Preparatur vipera in electuario sic. Rx. carnes vipere preparate sicut prius: et cocte et pistentur perfecte et misceātur cum duplo zuccari rosa. in causa calida vel cum duplo dyasene in causa frigida et detur ex eo omni die in ieiuno cū vino claro bene adaquato. Si vero lepra peruenerit ad gradū tertium et vlceretur corpus et virus effluat et feteat eius corpus: inungantur vlcera eius assidue cum vnguētis de cerusa optato: quod diximus capitulo de apostemate in matrice. C. de malitia cancri reprimēda. quoniam refrangit materiā corrodentē ne cito membra cadant vt vita plongetur: et cauterisetur cū ferro ignito et permutetur eius habitatio ad aerē humidū vehementer sed nō supflui frigoris nec caloris sicut aer stās secus decursus aquarū mundarum. Et assidue vtatur lacte ouiū et vaccarū in potu: quoniam prolōgat eius vitā et sepius assiduet flebotomias basilice et venarū guindesi in collo ne suffocetur et balneationē in tyna supradicta.

Emperica.

Cōstructio sirupi nobilis digerēs humores grossos adustos vel cōdensatos atque ipsos preparans purgationi sic fit. Rx. borraginis buglosse scolopend. capilli veneris politrici adyanthos et fumiterre si recens haberi possit. ana. m. vnū semis lactuce endiuie cucurbite melon. ana. ʒ. ʃ. prunorū siccorum passularum pinguiū enucleatarum ana. ʒ. vnam. et ℈. pollipodij. ʒ. tres. bulliantur omnia preter epithimū in lib. viij. aque clare: vel in. vj. lib. aque et lib. duabus vini albi dulcis aromatici clari subtilis: donec tertia pars fuerit consumpta tūc apponatur epithimū et illico deponatur ab igne ne virtus epithimi resoluatur. Et cū infrigidari ceperit omnia manibus confricentur et colentur. Et additis. ij. lib. zuccari albissimi fiat sirup. clarus subtilis aquosus de quo potentur omni die in aurora. ʒ. quattuor vel sex. Sirupus de epithimo purgans humores grossos adustos vel nō adustos cum virtute sic fit scdm Mesue. Rx. epithimi boni ortensis. ʒ. xx. mirabolanorum citrinorum et indorum. ana. ʒ. xv. cuscute fumiterre. ana. ʒ. decē.

thimi buglosse calamenti emblicorum belle/ricorum liquir. polipod. agarici sticad. an. ʒ. sex. ros. seminis feniculi anisi. ʒ. ij. prima nu mero. xx. uvarum passularum enucleatarum. ℥. quattuor. tamarind. ℥. ij. et ß. zuccari lib. iij. rob. lib. ij. vel loco eius dulcis vini albi subti/lis fiat sirupus bene coctus et detur cum aqua decoctionis prunorum: vel addatur aqua plurima quando coquitur et fiat sirupus subtilis aquosus et per se potetur. Confert enim lepre incohoate et morphee et scabiei et safati tica/cro et omnibus morbis de cholera nigra generatis. Pillule inde quas scripsit Haly et sunt ultimi iuuamenti atque fortitudinis ad idem fiunt secundum eundem modum. Rx. mirabola/norum indorum elleb. nigri polipod. an. ʒ. v. thimi epithimi sticad. an. ʒ. sex. agarici lapid. lazuli loti colloquintid. salis indi. an. ʒ. iiij. succi eupatorij spice. an. ʒ. ij. gariofil. ʒ. j. ye/repigre. ʒ. xij. fiant pillule cum succo apij vel fumoterre vel vino veteri amaro de quibus detur a. ʒ. ij. usque ad aureos. ij. cum aqua casei sero cum itur ad lectum sine cena et sunt sane et experte. Pillule de elleboro nigro ad idem sic fiunt. Rx. aloes. ʒ. unam. salis indi. ʒ. ß. ellebo. nigri. ʒ. j. agarici boni. ʒ. unam: fiant pillule cum melle vel vino dulci et sint omnia. j. dosis. Ex solutivis debilibus convenientibus corporibus delicatis est serum vel aqua casei que eo actu calido bibitur lib. una in aurora cum melle vel zuccaro dulcoratum. quod si fortificare volueris infunde in ipso per noctem mirabolanorum citrinorum et indorum. ana. ʒ. duas. pistando grosso modo et in crastino manibus frican/do atque collando diligenter. Electuarium de licatum ad idem. Rx. sene epithimi an. ℥. iij. elleb. nigri ros. ru. an. ℥. ß. fiat electuarium cum melle cocto et mundato de quo detur se/mel in ebdomada ℥. j. vel. ʒ. xv. cum vino ca/lido limphato. Electuarium quo utimur om/ni die in ieiuno alterans et confortans sic fit. Rx. trociscorum de thimo. vj. numero. tyriace veteris electe. ℥. j. zuccari ros. dyarrodon abba/tis. an. ℥. ij. Et si calor fortis fuerit: addatur triasandal. ℥. j. detur ex eo ante cibum. ℥. una cum vino limphato. Oleum de serpentibus cutim leprosorum pulchrificans: et proprie post purgationem sic fit secundum Mes. in antidotario. Rx. serpentum nigrorum vel flavorum quos su/perius descripsimus circiter lib. ij. pone eos integros in olla terrea vitrea stricti orificij et funde sup eos olei sizami. vel de semine lini vel olei camomillini vel communis lib. j. et ß. et sigilla orificium vasis et decoque lento igne vel su per prunas donec caro ab ossibus separetur. et caveat sibi operator a vapore eius: quoniam est venenosus: et cum cocti fuerint: dimittatur in frigidari et recondatur in vase vitreo diligen ter operto et administretur liniendo sup facies et membra leprosorum cum penna: quoniam post dies aliquos faciet cutim cadere et aliam tene ram regenerari. Oleum de ouis ad idem secundum eundem. Rx. vitella ouorum elixatorum donec in durata fuerint circa. xxx. et comminue manibus et pone in sartagine lapidea et frige super ignem mouendo cum ligno donec rubescant et resol/uatur ab eis oleum: et tunc ea comprime cum torcu/lari tunc abundantius manabit: quoniam ex pluri/bus vitellis adhuc fit oleum paucum. et si pone/res in alembico et distillares sicut faceres aquam ros. melior fieret operatio. Est enim expertum ad omnem cutis feditatem: et confert impetigini serpigini safati alguesets et fistule et ulceribus malis corrosiuis. Oleum de iunipero secundum eun dem in eodem sic fit. Rx. ligni iuniperi recentis quantum volueris: divide frustatim et reple ex eo ollam terream vitreatam stricti orificij: et po ne sup ipsum laminam ferream spissim perfora tam: sicut fit cribratorium et inclina ollam sup ori/ficium et pone sub eo in fouea sub terra con/strictam ollam aliam vitreatam lati orificij et ignem super ollam superiorem quod usui reseruetur. Oleum de fraxino fit eodem modo et confert ad idem. Dicunt preterea experti quod si patiens me/lius quam lepram incohoatam castretur ilico sanatur ab omni alia medicina: quoniam alterabitur eius complexio ad frigiditatem et humiditatem vehementem.

Canones.

Dubitarunt aliqui quare lepra incipiens curetur: cancer ve ro nequaquam: licet sint ex eisdem causis. Ad quod di cendum quod in cancro est materia intra venas que sunt velut radices eius: quare curari non potest nisi radices auferantur: sed illud est fie ri impossibile sine membri mutillatione: sed cum lepra et albaras et morphea: similiter sa fati et alguesets et fe. quartana et multa diuer sorum ex eisdem fiant causis: ut est dicendum a principio: consequenter videtur ut eorum

capitula sibi mutuo suffragentur.

Pronosticatio.

Lepra primi gradus pfecte curat̃. Lepra vero scđi grad⁹ occultat̃: sed q̃ in tertio gradu mitigat̃. Et si sola q̃litas corporis mutetur: significat primũ gradũ. Si ṽo cum hoc opatio naturalis mutet̃: significat gradũ secundũ. Q̃ð si exeũtia superuenerint mutata gradũ certificãt tertiũ confirmatũ. Item cũ omne genus morboꝝ possit q̃nq; sanari beneficio nature sola lepra nõ curat̃: nisi successerit consiliũ medicine. Itẽ lepra q̃ fit a cã cal'a cito confirmat̃ ⁊ fit corrosiua maligna que ṽo ex cã frigida tarda est atq; morosa: neq; mẽbra corrodit ⁊ diutius occultat̃: quapropter accidit vt pueri ⁊ mulieres ⁊ seniores diutius in lepra pseuerent q̃ iuniores et viri fortes cal'i per naturã. Itẽ; lepra magis multiplicat̃ in regionibus frigidis q̃ calidis: q̃m in eis sunt ꝑpter antiperistasiʒ ṽentres calidiores: ⁊ simil'r in siccis magis q̃ humidis: q: fiunt in eis humores grossiores. Itẽ corpora p naturam crassa valde raro incurrunt leprã ⁊ cũ accidit vt plurimũ occultatur: q̃m oĩa corpus impinguantia sunt lepre curatiua: vt dicit Auer. ij. sui colliget. q̃ lepra vt plurimũ est ex generatione: raro ṽo ex accidente. Quapropter ⁊ difficile curat̃: quemadmodũ ⁊ epilepsia atq; artbetica q̃ per generationẽ transfundunt̃. Itẽ leprosi raro febricitant ⁊ cũ accidit eis feb. fit breuis nec ꝑdurat: q̃m siccitas prohibet putrefactionẽ. Q̃ð si feb. cronica superuenerit: et ꝓprie quartana curat leprã incboatam.

De albaras ⁊ morphea. Cap. v.

Iste sunt passiones defedantes cutim ⁊ corpis superficiẽ exteriorem quemadmodũ lepra carnẽ inficit ⁊ mẽbra ꝓfunda. Veruʒ differũt inter se parũper: tamẽ valde cõueniunt q̃ð est q: morphea stat magis circa cutis superficieʒ: sed albaras inter carnẽ ⁊ cutẽ. Et tã albaras q̃ morphea ex humore grosso frigido maligno: quẽ cũ mẽbrorũ assimilat ſm substãtiã in toto vel in parte nõ põt ipʒ perfecte assimilare in colore: quare remanet eius color ꝓprius ⁊ cutiʒ colorat. Et quemadmodũ tres sunt colores extranei a colore corpis principales q̃ sunt albus rubeus et niger: ita et sunt tres spẽs vtriusq; pricipales que sunt morphea alba: morphea rub. morphea nigra. Simil'r ⁊ albaras al. rub. atq; nigra. Et alba quidẽ fit ex hũore sanguineo terreo cõpacto: sʒ nigra ex melãcholia cõdẽsata. Neq; poterunt ex cho. gñari cũ sit humor subtilis resolubilis vt in icteritia demonstratur.

Methodus.

Cura vtriusq; ipsaꝝ cũ est alba est vt digerat̃ flegma grossum cũ sirupis calidis acutis incisiuis: ⁊ post hoc purget̃ cuꝫ medicinis fortib⁹ vicibus alternatis q̃s diximus ca. de artbetica passione. Et si pſto nõ sit aliud conferens erit oximel compositũ vel squilliticũ in digerẽdo ⁊ pil'e cochie in purgando semel in ebdomada ꝓuocet̃ vomitus duob⁹ dieb⁹ ꝯtinuis sup se: q̃m diuertit materias a circũferẽtia corpis ad centrũ oĩquaq; si fuerit facilis copiosus. Post hec ṽo localia remedia ministret̃. Fricet̃ ḡ macula alba cũ reb⁹ acutis rubificãtib⁹ donec vesicet̃: ex q̃b⁹ sunt allia cepe crude ⁊ sapo ⁊ succ⁹ anacardi ⁊ semẽ raphani vl' vrtice ⁊ semẽ sinap. cõtritũ ⁊ mixtũ cũ aceto. sil'r radix capsie vel lilij vl' rubee tinctoꝝ. sil'r ⁊ stafisagria ⁊ ellebor⁹ alb⁹ ⁊ radix lappacij acuti Hec eĩ oĩa mat'ias grossas subtiliãt ⁊ isensibil'r resoluũt: ⁊ p⁹ hoc sanguinẽ laudabilẽ attrahũt ⁊ addũt in rubore. Q̃ð si nõ suffecerit emplet̃ loc⁹ cũ stercore colũbarũ ⁊ ficub⁹ siccis in q̃b⁹ puluis sinapis ⁊ cãtarides sint incorpata: ⁊ ꝓpe post fricationẽ ꝑdictã: nec desistat̃ ab vlceratione hmõi donec ꝓfunde radix macule total'r auferat̃. Et ad id confert plurimũ ãncessio balnei q̃cq; vice in quo fiat scarificatio ꝑticule cui succedat fricatio atq; empl'atio iã dicta. Post illud aũt incarnet̃ loc⁹ ⁊ color ei⁹ rube⁹ liuidus infigat̃ cuꝫ vnguẽto q̃ð sic fĩ. ℞. rubee tinctoꝝ brasillij sandaloꝝ rub. terre rubee sang. dra. oĩm vel quorũcũq; voluer'. ℥. ij. thuris farine fabaꝝ excorticataꝝ adustaꝝ: ãñ. ℥. ß. litbargiri albificati. ℥. iij. terant̃ oĩa subtil'r ⁊ cũ litbarro ⁊ aqua decoc. brasilij vel terre rubee misceant̃ donec redierit ad formã vnguẽti ⁊ ex eo omni die locus corrosus inungatur vsq; ad consolidationem perfectam. Albifica-

Febris pestilentialis signa ambi/ gua valde sunt cōfusa ꝛ incerta cū sint plerūq3 ꝯtraria valde qm̄ ve/ nenosa q̄litas sepe fortis est ꝛ iter dū debilis ꝛ corpa resistētia qnq3 bene resi/ stūt ꝛ interdū male. Que aūt qualitas fortis est valde seuissima accidētia facere ðʒ recti⁹. Que ṽo debilis debilia lʒ interdū cōtrariuʒ accidat. Nā virt⁹ sepe fortē ꝛ venenosaʒ qua litatē refugiendo nō aggredit eā ꝛ bellū cum ea refugit. Et que debilia ecōtra quare acci dentia seua q̄ fiunt ex. forti bello signa certa dari possunt. Et q̄ fiunt ex bello debili nō si/ gnificāt maluʒ morbū ꝛ tn̄ morbus pōt esse malign⁹ valde quē natura aggredi nō temp/ tat ꝓpter intensam ei⁹ maliciā vnde decipit medicus in ꝓnostico. rōnabilius tn̄ est ex for/ tibus accidētibus fortiorē egritudineʒ esse ꝛ deteriorē ꝛ econuerso. de signis ṽo pestilen/ tialis febris est ꝙ febris ista est remissi calo ris in principio ꝛ sic apparet ad tactū medi ci ꝓpter caliditatem remissam nisi ꝓueniat a materia valde colerica sed interi⁹ est valde ꝑturbans ꝛ inquietans infirmū propter ve/ nenositatem petentem cor licet vt plurimuʒ interficiat. Et eorum anhelitus fit spissus ꝛ magnus propter angustiam ꝛ flāmam quaʒ cordi ꝛ precordiꝭ influit venenosa materia ꝛ est sistoles maior diastole necessitate euen/ tandi vapores malos venenosos pluſq3 at/ trahendi aerem frigidum cuʒ non magna sit flamma caloris preterq3 in illis que sunt a materia colerica vel que sapiunt multuʒ de colera ꝛ in ea est pulsus frequens ꝛ paruus frequens est merito magne necessitatis licet in nocte frequentior cum augeatur in nocte necessitas tamen quia molestat ista febris magis in nocte q̄3 in die de sui natura tum quia propter frigiditateʒ maiorem in nocte trahitur calor taʒ naturalis q̄3 febrilis ad in tra ꝛ magis inquietat et vrina est interdum multa ꝛ spissa scilicet subiugalis ꝛ interduʒ aquosa subtilis. Et si in ea fit ypostasis aut nebula vt plurimum sunt nigri coloris vel li uidi. Et euomunt aut egerunt cum fetore. Et quicquid euomunt fetidum est ꝛ isti ta/ les vt plurimum moriuntur si febris pestilē/ tialis sit de fortibus siue mitibus quia signi ficatur interius magna corruptio. Et emit tunt vnctuosum stercus quia liquefit in eis pinguedo. Et patiuntur sitim vehementem per communitatem oris stomachi cuʒ mem bris spiritualibus. Et lingua cum hoc ꝙ est aspera ꝛ nigra ꝛ nōnunquā citrina. Et sepe fit in ea alcola. Et habēt delectionē appeti/ tus ꝛ qn̄ bene comedūt vel sponte vel vt eua dunt vt plurimum. Et in eis debilitat appe tit⁹ pluſq3 in aliꝭ febrib⁹. Et sepe habēt pul sum silem sincopisantibus ꝛ ad plus moriū tur. Et habēt vigilias multas cū permixtio/

ne rationis. Et quandoq₃ est profundatio somni propter multos vapores corruptos ascẽdentes ad caput. Et interdũ accidit eis in potẽtia mouendi quasi sit mollificatio ex debilitate virtutis. Et fiat extensio ypocun driorũ ꝑpter d̄bilitatẽ membroꝝ nutritiuorum ⁊ magnitudo splenis ex vẽtositate multiplicata in locis illis. Et qñq₃ accidit botor vel nigra vel rubea vel subcitrina vel subalbida ⁊ qñq₃ durãt: quãdoq₃ sunt velocis apparitionis et motus propter debilitatem virtutis: et quandoq₃ sudant sudore frigido et significat resolutionem virtutis.

¶ Pronosticum. hec febris vt plurimum est male terminatiõis nec cõfidendũ de vrina si sit laudabilis quia vt plurimũ est male terminationis ⁊ hoc q₂ natura nõ audet inuadere causam morbi vt quãdo expectatur crisis bona venit mors. Et nota egritudines contagiosas ⁊ febris acuta ptisis pedicon ⁊ persicus ignis antrax lippa lepta tibi contagia prestant pedicon id est epilepsia ꝑpter multos vapores quos emittit venenosos epilepticus.

¶ Capitulum. vj. de pestilentialis febris cura ad dietam spectante.

Cum cura h᷑ mõi febris tripliciter fiat instrumẽto dieta. sc₃ potione ⁊ cirurgia ad dietã initiũ erit ⁊ primo ab aeris dispositione ad quã prim⁹ ⁊ generalis sit canõ ꝙ sc₃ aer semꝑ ad frigidũ tendat et siccũ. Quare egrotãti semꝑ ꝑposse loc⁹ paretur frigidus ⁊ aer nõ humid⁹ l₃ nõ sicc⁹ vnde nequaq₃ ĩ terrena mãsiõe vel camera s₃ in solario poti⁹ in eo p̄sertı₃ in quo aer sit liber ⁊ euẽtar⁹ a septẽtriõe cũ inde vent⁹ sit frigid⁹ ⁊ sicc⁹ ⁊ respirat⁹ ⁊ hoc potissimũ egro iuuene existẽte colerico vel sanguineo in febre p̄sertĩ intẽsa. Si võ nõ inueniat᷑ locus h᷑ mõi naturalis frigidus aut etiã siccus paret᷑ artificio sc₃ irrorat⁹ aceto vini bono ⁊ odorifero cum aqua rosata vel cõi mixto ⁊ ꝑparato cũ reb⁹ infrigidantibus ⁊ redolẽtibus vt sunt frondes salicis granatorum citoniorum tamarisci canne foliorumvitis ⁊ nenufaris acetose melisse ⁊ similiũ cũ sandalis oĩbus ⁊ cu₃ rosis ⁊ ex canfora cũ aqua rosata ⁊ floribus redolentibus ⁊ illorũ sepe fiat innouatio ⁊ cũ hoc fiat mutatio de vna camera in alteram eo modo paratam si fieri potest ⁊ fenestre sepe aperiantur quonia₃ vapores mali etiã ab infirmo surgentes aerem corrũpunt: nec solum hoc fiat in pestilentiali febre sed etia₃ in omnibus acutis febribus ⁊ in alijs vel pueris vel senibus ⁊ in non adeo estuosis paulominus gradatim ⁊ si possibile sit parare in camera aquam aliquã que cadat frigide resonando presertim in patiẽtibus vigilias laudandum ⁊ fructus etiam odorifeıi si sint citonia ⁊ persica ⁊ granata si possibile est irrorando sepe in die cũ aceto aqua rosata ⁊ canfora ⁊ sandalis ⁊ simılib⁹. Et vẽti meridionales sunt vitãdi boreales võ conueniẽtes. Et fit suffumigatio cũ sandal' ros. canfora ⁊ ligno aloe parũ vt frigidoꝝ virtutem excitent ⁊ de fructibus etiam ribes et berberi et citranguli limones citri et huiusmodi ⁊ eger frequẽter odoret frigida odorifera sicut poma odorifera rosas et similia. Et pomũ si sibi fieri potest odoriferũ. recipe sandalorum omnium rosarũ rubearum corallorum amborũ spodij violarum. florum nenufaris ana. ℥. ij. gũmi arabici dragantı. ana. ℥. iiij. cãfore yreos ana. ℥. v. croci. ℥. j. musci dissoluti in aqua rosata grana. v. infundãtur gũme et dragãtum in aceto ⁊ ex his alia cõficiantur ⁊ muscus vltimo dissolutus apponatur. Et posset poni aqua rosata ĩ ampulla cum aceto et puluere rosatoꝝ et sandaloꝝ cum cãfora et fit ampulla quasi media et cũ pauco vino optimo et agitata ampulla poni ad nasum. Et teneantur infirmi in leticia et gaudio et bona spe et prohibeãtur suspitiosa noua ⁊ tristia ⁊ adsint infirmis homines iocosi ⁊ liberati ex peste ⁊ stẽt in loco odorifero ⁊ dormiãt conueniẽter nõ tamen profundantes in somno. ¶ Et de cibis si opus sit: cogantur comedere: q₂ vt plurimum est prostratus appetitus ⁊ cibi sint boni nutrimẽti ⁊ facilis digestionis ⁊ poti⁹ assati quã elixati ⁊ pulli parui ⁊ potius pulle ⁊ aues parue laudabiles ⁊ edine carnes ⁊ oua cũ agresta vel aceto vel acetosis vt arãcijs granatis muzis vel acribus ⁊ cum alijs acribus fructibus delectabilib⁹ eis et omni studio hortẽtur ⁊ cogãtur ad cibum sumẽdũ nõ in quantitate multa ꝑ vice sed sepe quoniam cibo laudabili roborat᷑ virtus debilitata cõtinue a venenosa qualitate ⁊ confor-

tantur et innouātur spiritus qui cōtinuo resoluuntur a venenosa qualitate ⁊ multipliplicātur spirit⁹ boni ⁊ vapores mali vincunť ⁊ expelluntť ⁊ virtus vitalis ⁊ alie roborātur ⁊ in parua quātitate ꝑ vice detur cibi sed sepe qꝛ spirit⁹ cōtinuo indigēt crebra refectiōe. Et potissimū sepe cōfortetur cuȝ cordialib⁹ cuȝ margaritis ⁊ gēmis alijs ⁊ auro ⁊ similibus sed multi cibi sint cuȝ aceto mixti nisi ledatť stomachus eoꝝ qm̄ acetosa resistunt veneno ⁊ corrigunt cibos alteratos ⁊ appetitū excitāt ꝓstratuȝ. ⁊ panis sit bene fermētatus de electa farina ⁊ si tp̄e fermētatiōis ponať paruȝ aceti si non recusent infirmi bonum.

¶ Sed si virt⁹ defecta nō sit: possunt a carnibus abstinere sed saltē sint p̄parate ⁊ condite cuȝ succo citonioꝝ citrāguloꝝ citri agreste aceti saluis tn̄ stomachis ⁊ mica panis loti ⁊ aceto irroratiuel succo aliquo acetoso vľ etiā lacte acetoso nutriri possunt. Si v̄o virt⁹ debilitetť ad carnes laudabiles veniendū sicut pulloꝝ ꝑdicum fasianoꝝ ⁊ similiū etiā elixatoꝝ si nō aliter cibari possunt sed acetosis cōmixtis sicut agresta vel arācijs in eis parum bulitis. Quo ad potuȝ v̄o aqua frigida vel vino granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ citonioꝝ ⁊ acetositate citri. Et acetuȝ cum plurima aqua mixtū p̄sertim si mēbra nutritiua apata non sint vľ opilata: sed balneo vel potu aque calide nō vtātur. Nā calorē febrilem augmētant ⁊ appetituȝ deijciunt corpus rarificāt ⁊ spiritus exhalare faciūt. Et assuetis deť vinum pot⁹ album bonuȝ ⁊ cū quincuplo aque frigide ⁊ appetētibus cōpetit vinum bruscuȝ vocatuȝ ⁊ taȝ cibi q̄ potus dentur actu frigidi vel nō calidi. Et omni die curent ascellare vel naturaliter vel artificialiter. ¶ Ego vero de aceto bene opinor. Nam cū iuuenis valde eēm florentie in villa pestem fugiens ex inordinato regimine febrē incurri pestilentialē cum apate in inguine ⁊ siti imensa nec volens socijs reuelare finxi aliā egritudinem suadēs socijs ne mecū morarentur. Et ego in lecto stans petij q̄ omni die veniret vnus ⁊ mihi vnum flasconē aque cū aceto daret quē semper lambēdo apud me tenebaȝ prope os et omni die vnū flasconē bibebā ⁊ semel tātuȝ in die comedebā tandē dei grā liberat⁹ suȝ.

¶ Sequitur capitulum septimum de cura eius per potionem.

Ura aūt per potionē est vt p̄mo fiat infrigidatio ⁊ exsiccatio in passiuis tn̄ paruus fiat excessus sed frigiditas eleuetť vsq; ad tertium gradū nisi materia putredinis obstet vt quādo materia in qua est putrefactio de sua natura est frigida vt flegma aut melācholia q̄ non tanta indiget in frigiditate quare medicine frigide in flegmate ⁊ melancholia nō debent esse adeo frigide vel cum eis admisceri debēt calida tēperate et sicca cōfortantia ⁊ repellentia venenositatē predictam vel ab intra vel ab extra administrentur vnde rob de acetositate citri cottidie dari potest ⁊ cū hoc aqua frigida cuȝ aceto si nō obstant ꝑticulares dispositiones ⁊ apd̄ me nō incōuenit rob de fructibus acerbis et trocisci de canfora ⁊ aqua lactis acetosi et aqua mixta cū bolo armeno ⁊ pauco vino albo. Cōuenientissimū etiā teneo fieri diuersiones materierū ⁊ vaporū venenosoꝝ. potissimū cū fricatiōibus extremoꝝ co xaruȝ ⁊ tibiarū cum manib⁹ vel mādili ⁊ cōtinuenť quanto plus est possibile. Nā cum hec sit cura quasi coacta non seruando alios canones primo debet preposse fieri diuersio quasi continua quia taȝ diuertit materiam quā vapores et fumos venenosos qui sunt prope cor etiam faciendo ligaturas ad iuncturas ⁊ ventosas ad nates ⁊ fiant ventose vel cū scarificatione vel sine ⁊ ponēdo sanguisugas circa nates vľ in emorroidalib⁹ venis. sandali etiā cū zuccaro rosato ꝯueniunt. Pōt etiā fieri hui⁹ cōfectio. ℞. aque rosate ⁊ zuccari albi solidi aā. ℥. v. margaritaruȝ. ℥. ß. iacincti smaragdi raffini ossis de corde cerui aā. ℈. j. canfore. ℈. viij⁹ tertiā partē limatur auri ⁊ argēti aā. ℈. xv. in modū tortelle vľ boli. Sed si cecidit appetitus fiat sine canfora. Et pōt fieri sirupus hoc mō. ℞. succi buglosse succi pomorum dulcium ⁊ granatoruȝ sine residentia nec ad ignem aā. ℥. j. ß. aque endiuie acetositatis citri succi citranguloꝝ limonum succi acetose aā. ℥. iiij. aque rosate. ℥. ij. zuccari albi fiat sirupus ⁊ aromatizetur cuȝ sandalis vel fiat in modum iuleb. Alius. ℞. melisse buglosse boraginis acetose endiuie cicoree aā. ℥. ij. acetositatis citri vel limonuȝ vel granatoꝝ acetosorum. ℥. j. ß. aque rosate aceti vini albi aā. ℥. ij. zuccari albi solidi fiat

sirupus ⁊ ista duovalēt q: alterant discrasiā depurant sanguinē ⁊ spiritus ⁊ principalia mēbra cōfortant. Electuariū ad idē. ℞. dya buglossati zuccari roſ. aā. ℥. j. dyaboragiati ℥. j. margaritaꝝ iacinctoꝝ limature auri ⁊ ar. ana. ℈. j. zuccari albi vel man⁹ christi ad libitum misceant̄ cū folijs auri. iij. Aliud. ℞. zuccari rosati ⁊ buglossati cōserue nenufari aā. ℥. ij. margaritaꝝ iacinctoꝝ aā. ʒ. j. smaragdoꝝ zaffiroꝝ aā. ʒ. v. corallo ꝝ rubeoꝝ rosarū rubearū seminis acetose seminis citri aā. ℈. j. ossis de corde cerui infusi in aqua rosata. ℈. j. limature auri ⁊ argenti aā. ʒ. ß. folij auri numero. x. ß. misceant̄ cū modico aque rosate vel ex aqua rosata. ℥. iij. boli armeni vini albi odoriferi aā. ℥. j. misceant̄ ⁊ sunt dosis. iiij. Sed ab extra ponatur ad cor. recipe aque rosate librā vnā. aque endiuie solatri ⁊ buglosse ana. librā ß. aceti. ℥. duas. sandalorum omnium ana. ʒ. vj. corallorum rubeorū rosarū. aā. ʒ. iij. spodij. ʒ. ij. croci ⁊ cāfore aā. ʒ. v. epithimet̄ ex eo cor. Et etiā in imēso calore ⁊ cōplexione calida epithimet̄ epar. Sȝ facta alteratiōe materie calide ⁊ cōfortatione fiat euacuatio nō expectata digestione ⁊ fieri pōt eradicatiua si nō timet̄ de ībecillitate virtutis. qm̄ canonice debemus eradicare materiā venenosam nisi timor sit de ībecillitate virtutis quare euacuatio si nō eradicatiua debet tñ valde minoratiua fieri. Si indiget flebotbomia aut farmatia. Et flebotbomia prio fieri debet de basilica dextra ⁊ post de sinistra si tolerat virtus. Nā dextra euacuat humores existētes circa cor. Et de sinistra vapores circa cor minuit p̄missio clisteri lenitiuo. Et si indigētia ē farmacia sint medicine benedicte. Et q: magna requirit̄ euacuatio fiat earū augmentū in dosi ⁊ nō in fortitudine. Sed hic pro canone vniuersali totius hui⁹ operis nota φ licet in omni morbo vbi damus medicinā electiuā φ ipsa ꝯuenientior est i dosi descripta hoi cōis roboris aliarū nationū q̄ tuscanoꝝ cū sint tuscoꝝ corpa magis delicata q̄ alia et magis resolubilia q: sunt cū spiritib⁹ resolubilib⁹ plus ⁊ caro eorū minus dura ⁊ cōpacta q̄ corpa aliarū nationū q: sunt subtilioris nutrimēti ⁊ i minori q̄titate q̄ alia sil'r sunt genita a patre gracilior. Vñ sic etiā generat filiū. Quare de dosi descripta subtrahat̄ cōiter quinta vel sexta pars respectu aliaꝝ nationū cū caro ⁊ spiritus coꝝ sint ex herbis ⁊ salaticijs ⁊ pauca carne vel propter auaritiā vel ꝓpter appetitū minorē siue ꝓpter influxū astrorū ⁊ planetarum differentē ab alijs nationibus. Quare euacuat colerā cū reubarbaro mirabolāis citrinis tamarindis ⁊ māna. Flegma cū agarico potissimū q: euacuat materias flegmaticas a spūalibus ⁊ est cordialis minorata g° materia digerenduȝ residuū si expectat ⁊ in oī digestiuo sit de aceto vel de acetosis q̄ resistunt putredini. Et sit digō ſm φ materia exigit. Et digesta materia euacuet̄ cū cōuenienti medicina. Et diuersiones cōueniunt si expectat trahētes de spūalibus mēbris ad extrema ⁊ vilia mēbra ⁊ si sit cuȝ sincopi febris redit ad sincopalē febrē vt dicet̄ ⁊ si cadat appetit⁹ da excitantia appetitū; vt post dicemus. Si vero vermes sint iuncti cū hac febre digere primo cū sirupo decoctiōis santonici ⁊ radicū graminis ⁊ seminis portulace ⁊ ossis de corde cerui ⁊ similibus ⁊ fiat tale clistere. ℞. decoctiōis graminis cicorce endiue eupatorij salis: olei amigdalarū amararum et zuccari.

Capitulū octauū de cura eius per instrumentum cirurgie.

Cirurgia etiā curari ⁊ nō solum curari sed p̄seruari a fe. pestilentiali pōt ⁊ pestilentia. p̄seruari eñ pōt hō vt Guido d̄ Caulliaco dicit preseruatos fuisse plurimos in frācia ⁊ potissimū in auinione, a pestilētia in qua plures q̄ due ptes hominū defecerūt. Nā medici aliqui cauti sibi ipsis ⁊ alijs plurib⁹ fecerūt ꝓpe emūctoria assellarū ⁊ coxarū cauteria ⁊ ea apta dimiserūt vsq; ad finē pestilētie q̄ illesi euaserūt qm̄ quidā in brachijs ⁊ tibijs ⁊ alij prope ascellas ⁊ ꝓpe inguina faciebant siue actualia siue potētialia cauteria ⁊ toto pestꝭ tēpore aperta tenuerūt nec irrōnale est. nā cū natura onerata materia mala interdum in ictu ⁊ subito ad loca illa mittit materias malas ⁊ ibi facit ap̄ata onerata ab illis. q̄to ergo magis qñ est fortis natura ⁊ hȝ loca illa iā parata ⁊ artificiose erupta q̄ sunt vt riuulus ⁊ exitus materierū malaꝝ. Vñ quādo paulatim cōgerunt̄ ita paulatim emittūtur cū natura dū fortis est continuo vim faciat ad expulsionē maloꝝ ⁊ corruptoꝝ hūoꝝ.

C

Curatur etiā pestilentialis febris ⁊ aposte/ma manu cirurgica incidēdo apata ⁊ sedando ⁊ remouēdo pustulas malas vt ātraces et carbūculos altoin ⁊ bubones venenosos et similia. Qm̄ quidā mortificāt actuali ferro ignito: quidā virtuali cauterio. Ego vero actuale cauteriū magis laudo. Primo scarificato loco. Post vō ferro vehementer ignito leniter pustulā tāgēdo. Nā dū bene igni/tum est minus valde dolorē causat ⁊ effectū melius efficit. Sed si primo defensiuū po/natur distāter a morbo per tres vel quattuor digitos laudo. Et si inter defensiuū ⁊ mor/bum ponat̄ in modū circuli aliquid de tyriaca. distanter tn̄ a morbo p vnū digitū concedendum post vero super loco vsto ponat̄ de butiro ⁊ sup butiro de albumine oui demū curet̄ vlcus miscēdo tamen aliquod attractiuum vt de fermento acri vel acetosi. Si aūt cū potentiali cauterio velis vitellū oui vnu3 vel duos ⁊ tantū de sale ꝙ fiat incorpatio ⁊ ponatur sup peciā medicamen ⁊ pecia cum eo ponatur sup loco ⁊ dimittatur per hora3 et post innouetur vt prius ⁊ sic procedat̄ per totum diē etiā innouādo de hora in horam per totū diem naturalē ⁊ in die naturali in/terimit antracē. Et arnoglossa id est plan/tago in tribus horis dr̄ interficere ⁊ idē dicitur de scabiosa ⁊ cōsolida. aliud. ℞. vinceto/sci scabiose cōsolide minoris ana. ⁊ pistēt̄ur cū modico nitri vel salis addendo parū as/sungie recētis ⁊ mutata post altera qꝛ valde cōfert. Et bubo pestilētialis qui apa est malignū interficitur sepe in vno die vel in pau/cis horis ⁊ apostema emunctoriū pestilētia/le ⁊ cura eius est seruata dieta trahatur ad extra per ventosas ⁊ per scarificatione post gallus vel colūbus per mediū scissus teneat̄ super locū per mediam horā ⁊ post ponatur ilico alius eodē mō. Potest etiam gallus de pilari circa anū vel columbus ⁊ anus quasi apertus poni super loco illo scarificato ⁊ est hoc gallo sicut venenū. Nā cito interficit illum: et quida3 ponunt emplastrū attractiuū quod sic fit. ℞. medulle fermenti. ℥. iij. pulueris seminis sinapis ⁊ eruce ana. ℥. ß. vitrioli. ℥. ij. cantarides numero decē conficiant̄ cu3 frumento ⁊ quidā conficiunt cū melle nam hoc fortiter attrahit ⁊ in tribus horis vlce/rat. vel fiat emplastrū de fermento acri hn̄ malaxato cū succo scabiose. Aliud optimū in materia venenosa. ℞. tormētille. ℥. ij. seis eruce. ℥. j. radicū sābuci ⁊ ebuli lib. j. radicū macedonici. ℥. ß. cōficiant̄ cū oleo camōmilli/no ⁊ pice nauali in quantitate qua resultet emplastrum durū ⁊ supponatur ex eo bis in die mane ⁊ sero. Aliud emplastrū. ℞. medulle granorum coti nucis indice fermenti caulis sepi sinapis fimi colūbini ana. partes eq̄les. Et pōt rumpi bubo vel altoin cū calce ⁊ sapone cū saliua ⁊ paruum infert dolorē ⁊ similiter fermentum cū oleo ⁊ sale cōfert. Et emplastrum ex cancris ⁊ tritico masticato ⁊ fermentum cum oleo ⁊ sale confert quia maturat et rumpit. Et pix mixta cum passulis carbunculos rumpit ⁊ cauda equina minor que stipitem habet rubeum trita ⁊ superposita cōfert antraci carbunculo ⁊ altoin. Sed cum cauterio actuali ego plus laudo bubo/nes ⁊ althoin malos necari cum cauterio actuali cum venenum extinguat ⁊ pauci val/de sint dolorisi ferrum sit valde ignitum et statim remoueatur iterando ter vel quater et parum grauādo pro vice.

Capitulum nonum de variolis et morbillis.

Quoniam apud veteres cōsue/tū ē de variolis ⁊ morbillis pꝰ sermonē de pestilentiali febre agere qd̄ congruū videtur quoniam eodē modo sapere videntur de venenositate vt pestilentiales febres quare similiter nos mō agemus. sunt itaqꝫ variole ⁊ morbilli ⁊ alchumata pustule de genere botor. Et inuicem sunt eiusdē gene/ris ⁊ si differant ſm magis et minus. Nam sunt variole pustule maiores. morbilli vō minores ⁊ alchumata medie. Et etiā cū h̄ dif/ferunt in materia. Nam variole sunt de sanguine: ⁊ ei attestant̄: morbilli vero de chole/ra. alchumata vero componuntur ex sanguine ⁊ cholera fere ⁊ equaliter. Et fiunt ex huiusmodi materia ex eo qꝛ nutriri dicitur em/brio de sanguine mēstruo l3 de puriori eius parte ⁊ altera reseruatur in matrice vsqꝫ ad hora3 partus. Et huiusmodi materie in embrione existentes digerunt̄ adeo ꝙ earū ali/que partes sunt nutrimentū illis: alie vō in puriores reseruantur iuxta cutem quietate taliter ꝙ a virtute nō molestantur. sed post

dum egredit' uterū infās interdū virtus one rata a ab illa materia certo tempore mouet' ad expellēdū eā ꝛ potissimum qñ materia ista irritata vel calore solis estiuo vl' ab influ xu aliquo celesti vel ab aer' alterato ad pesti lentiales qlitates aut a vētis hui' qualita/ tis vel a vaporib' eleuatis in aer' a terra vt excitēt virtutē ad expulsionē materie ꝛ illa p parata expulsiōi siue digestiōe laudabili si/ ue illaudabili. Nā virtute in ea agente fit ebullitio talis i illa vt natura vim faciat ad expellēdū quare ebullitiōe sua ad cor vel hu mores ppiquos cordi fit febris q̄ extraneita te mala sapiat op3. ꝛ fe. hec vl' sanguinea est vel colerica de sanguie subtili ꝛ sinoca aut si nocus sit op3 vel tertiana ꝯtinua. sed satis dici potest materiā hanc p modū crisis a na tura expelli ꝛ bona crisis est interdum aut mala ꝛ reseruata vt plurimū ad vnicā creti/ cam expulsionem. ꝛ si interdu3 in duabus ex pulsionibus vt quidam bis sue vite cursu in cidant hunc morbum ꝛ vt plurimum acci/ dit in puericia ꝛ si interdu3 tardetur vsq3 ad iuuentutem aut licet raro in senectam. Nec mirum hoc est nam in quibusdam huiusmo di humores adeo quietant ꝛ natura est cum eis adeo suefacta nec molestata q3 non fa/ cit vim contra illam potissimum si humores illi nullam recipiunt alterationem a causa aliqua extrinseca aut intrinseca. Extrinseca vt dictum. Intrinseca vt puta a cibis cali/ dis ꝛ aperitiuis pororum parantibus ma/ teriam subtiliando: calefaciendo ꝛ aperien/ do ꝛ ad expulsionem preparando. nec solum materia hec congesta est in embrione tem/ pore quo est in matrice. sed etia3 congeritur et augetur extra vterum ex cibis inconueniē/ tibus ꝛ inconuenienti eorum vsu' vt augmē/ tent post illam taliter q3 virtutem aggrauet et irritetur ad expulsionem. Qui vero ma/ gis parati sunt variolis et morbillis sunt pueri potissimum ad variolas calidi et hu/ midi. Alij autem. s. calidi ꝛ sicci potius ad morbillos qui vulgariter rosolia vocantur. Et q̄ parati sunt ad fluxū sanguis nariū mi nus hos incurrūt morbos. sed q̄ in matrice ex mēstruo acq̄sierūt in puericia incurrūt eos. Qui xo ex cibis ꝛ regimine malo potius in alijs etatibus incurrunt.

¶ Capitulum. x. de signis significātibus futuras variolas.

Signa significātia variolas futu/ ras sunt dolor dorsi ꝛ prurit' nariū ꝛ timor in somnijs. Et pūctura ve hemēs in mēbris vt acus vel spine ꝛ grauitas in toto corpe ꝛ rubedo faciei et oculoꝝ et la crime et inflatio faciei ꝛ mltitudo alicū ꝛ sal tus cū ꝯstrictione āhelitus et raucedo vocis et grossities sputi ꝛ grauitas capitis et dolor et ꝓprie in initio feb. ꝛ exiccatio oris cum siti et dolor gigiuaꝝ et dolor cordis apd resupi nationē et febrē ꝯclusa ꝛ signa repletionis sanguis in toto et q3 mltis vel aliq̄bus acci/ dūt variole cū istis vel q̄busdā dictis signis ꝓnosticari poteris ipsoꝝ euentu3 et ꝓprie in calidis tēporib' et cū hoc sternutatio aspe ritas et tenebrositas oculoꝝ et visio lāpadū corā eis. Et feb. post vt plurimū sinoca inflati ua in variolis ē ꝛ causon nō putrid' in morbi lis q2 de colera. Reperiri tñ potest putrida sanguinea in variolis. ꝛ putrida colerica in morbillis et hec sunt signa variolis ꝛ mor/ billis comunia. Specialia aūt signa variola rum sunt febris ꝯclusa et dolor invētre et in dorso ꝛ vehemēs et pruritus in naso et timor in somno. sed si febris sit vehemētis calidita tis et āgustie tūc morbilli arguēdi sunt po/ tius cū multitudie lacrimaꝝ maiori. Et in/ ter cetera signa q3 est certi' est dolor lumboꝝ cum febre potissimū in autūno. Sed signa mala variolis sunt egressio tarda et silr ma turatio et fe. et si estuatio nō sedet' nec fit al/ leuiatio febris ꝛ fit āgustia vehemēs et etiā fuerint variole coloris nigri violacei aut vi/ ridis. Et interdum apparēt et interdum oc cultātur. Et variole coloris plumbei in facie et pectore plures quam in manibus et pe/ dibus sunt male et qñ sunt dure difficilis ex/ tus sunt male et fluxus sanguinis nariu3 est melior crisis variolis. Pronosticu m. si fuerit cito apparentes et cito maturētur est signū bonum et nō econtra. ꝛ si sunt coloris viola/ cei aut viridis aut nigri malum. et si sanies fit viridis mortale et si modo apparēt et mo do occultātur mortale. et cum difficultate an helitus pessimum sed cum facilitate et alle uiatione bonū. sed cum virtute debili et fe/ bre forti prope est mors.

¶ Capitulum. xj. de cura variolarū et morbillorum per dietam.

AEr ergo ante apparitionez eoꝝ sit tēperatus ad frigiditatē toti⁹ decliuis. Tamē bene pānis tegatur vt aer attractus per anhelitū ad frigiditatem potius tendat sȝ pāni coopiētes defendāt ipm circūcirca ab aere frigido fit ergo ꝑ interius attractio aeris tangētis poti⁹ ad frigidū ⁊ aer siue res tangēs extra fit poti⁹ ad caliditatē declinās ne pori cōstringātur sed in exitu eoꝝ q: in augmento debēt teneri in aere tendente ad caliditatem. Licet temperate ⁊ ꝓsertim pāni copientes caliditatē aliqualiter faciāt maiorē.sed si veniat difficultas anhelit⁹ ⁊ q̄si sincopis fiat maior īfrigidatio aeris cū istō accidēs malū fit valde vitādū. Et pāni q̄ adherēt eis ⁊ tāgūt eos debēt poti⁹ eē coloris rubei ꝓserti de scarlato q: ꝓꝓetatē hn̄t attrahēdi mařias ad extra ⁊ si veniāt tpe frigido dȝ locari eger in loco calido ꝓpinquo sudori in quo accēdaꝛ ignis cū lignis siccis deuitis⁹ nisi timeaꝛ estuatio ⁊ sincopis. Et si hoc accn̄s veiat: loceꝛ in apta ⁊ nō i clausa camera odorādo sandolos cū aq̄ rosata ⁊ cāfora. Et cooptura pānorū sit decēs addēdo ⁊ minuēdo ꝭm cōuenientez temperiem. Nec tn̄ tāta sit cooptura q̄ ꝑuet ⁊ molestet.et vitēt tristitiā timorem furorem iram sollicitudinem tn̄ motus tēpatus in loco tuto a vento in ꝓncipio ⁊ declinatione ꝯfert. Et balneuȝ oīno vitent ⁊ somn⁹ ante apparitionem eoꝝ cōfert: post appitionē nocet sȝ in declinatiōe cōfert somnus ⁊ vigilie tēpate. Quo ad dietā vero debēt sibi ꝓhiberi dulcia oīno ⁊ mel potissimū ⁊ cibi grossi ⁊ acetosi ⁊ salsi ⁊ acuti ⁊ amari ne inducāt tussim ⁊ vnctuosi ne calorem faciāt ⁊ sitim. Sed lētes excorticate cū aceto cōdite cocte prius in aq̄ vel vino granatoꝝ cōferunt sua ꝓꝓietate.⁊ ptisana cōuenit eis mane ⁊ sero aut fiat sorbitio ex zucaro ⁊ amilo ⁊ zucaro ⁊ oleo amigdalarum dulciū.⁊ vsq̄ ad quartū diem ptisanā cum aq̄ decoctiōis iuiubaꝝ ⁊ zuccaro. virtute vero nō tolerāte fiat ptisana cū brodio pulli et sorbilia etiā concedi possunt. pot⁹ ꝟo eoꝝ sit granata acetosa vel vinuȝ eoꝝ aut aqua lētium excorticataꝝ cuȝ paucissimo aceto vł succo granatoꝝ. ⁊ si de vino deꝛ in casu virtutis vel i declinatiōe morbi albū ē decēti⁹.

¶ Capitulū.xij.de cura ꝑ potionez.

OCurantꝛ morbilli ⁊ variole ꝑ potionē vel euacuādo materiā vel diuertēdo ad cōtrariū. Euacuando pria medicina est minutio sanguis siue per flobotbomiā: siue ꝑ scarificationē: siue ꝑ sanguisugas: siue ꝑ fluxū sanguis nariū. Flobotbomia prio si ꝑticularia cōueniāt existente magna plectoria ꝯuenit eradicatiua. Sȝ in ꝓncipio morbi valde ⁊ si potissimū sanguis peccet in q̄ꝛto tantū ⁊ hec de basilica primo post ꝟo de cōi vel media si exigit sȝ q: vt plurimū sunt pueri lesi ab hoc morbo ꝯueniret poti⁹ ꝑ fluxū sanguis nariū: aut ꝑ scarificationē in narib⁹ vel spatulis cuȝ vētosis ⁊ in collo marie si signa idicāt materiē raptū habere ad superiora vt dolor capitis ⁊ rubedo faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ visio lāpadū ⁊ vene inflate tumide ⁊ silia vel cū sanguisugis apō emoroidales venas vel in spatulis vł in extremitatib⁹ auriū. Sȝ totū ꝯuenit q̄n variole nō dū inceperūt appere. vel inceperūt sȝ paucissime ⁊ istud vt plimū est an̄ q̄rtū diē licet melius esset in prio vel scd̄o vel tertio.nec in hoc dari pōt determinatū tp̄s cuȝ eoꝝ sit exitus q̄nq̄ cito ⁊ q̄nq̄ tarde. Et morbili cum sint de materia magis colerica minori egēt flobotbomia. Sȝ farmatia si fieri hȝ minoratio mařie tutius ē ꝯsentiētib⁹ alijs exhibere clisteria lenētia vt sunt clisteria de herbis consuetis sȝ fiat vt dictū in ꝓncipio valde si inuenitur stipticus ⁊ farmatia sit cū lenitiuis hn̄ dictis vt cassia aut māna cuȝ tamarindis vł silibus ⁊ vt dictū valde in ꝓncipio iā nō apparentib⁹ variolis vel si appareāt: sit in pria apparētia eoꝝ sed in declinatione.i.iācessata febre ⁊ exiccatis ⁊ cessatis si remanserint mařie petētes euacuationē fiat cuȝ fortioribus medicis si opȝ ⁊ tutius etiā digerēdo si opȝ materiā prio ꝭm exigētiā eius. Et cū incipiunt exire iuuāda sunt cū hoc medicamine qđ est ꝯueniēs valde. recipe ficus albas nūero.v.vuarū passaꝝ nūero.xxx. lacce mundate.ʒ.v.dragagāti.ʒ.iij.croci.ʒ.ß.decoquantur in trib⁹ rotulis aq̄ ⁊ denꝛ in trib⁹ diebus q̄libet die tertia pars rotuli. ¶ Aliud ēt extrahit cuȝ facilitate ⁊ exibeaꝛ q̄n incipiunt appere. recipe ficus albas nūero.v.lentiū excorticataꝝ.ʒ.vij.decoquātur in medio rotulo aq̄ vsq̄ ad ꝯsūptionē triū ptiuȝ ⁊ in quarta pte dissoluatur.ʒ.j. croci ⁊ detur in potu.

¶ Aliud ubi est adhuc de caliditate. recipe violarū.ʒ.ij.liqritie passulaꝝ ordei an̄.ʒ.j.radicis apij ⁊ feniculi an̄.ʒ.ß.lacce ablute.ʒ.ij.caricaꝝ numero.vj.fiat decoctio i q̄ sirupet̄ cum zuccaro.℥.ß.⁊ cū aq̄ calida. ¶ Aliud qn̄ non egrediunt̄ bn̄.℞.aque feniculi sparagi brusci an̄.℥.iiij. apij.℥.j.carui anisi seis melonis an̄.ʒ.iiij.zucari.℥.iij.fiat sirupus ⁊ det̄ ex eo mane ⁊ sero ⁊ aq̄ fructuū.s.ficuū ⁊ passulaꝝ est bona valde ⁊ inūctio variolaꝝ cū aliquo oleo nullo modo fiat. Sed fiat cum medulla ossis bovis et cervi.

¶ Capitulum.xiij. de preservatiōe a nocumentis variolarum.

EA membra q̄b⁹ nocumētū faciūt variole sunt gutt: ocul⁹ ⁊ ptes superiores nariū ⁊ pulmo ⁊ itestina. hec eni recipiūt nocumētū variolaꝝ ⁊ oculi interdū destruunt̄ ⁊ fit in eis albugo ⁊ in gutture pfocatio ⁊ i meri vlcera. Et in supiorib⁹ ptibus nariū ⁊ in pulmone fortasse accidit botbor et forte faciūt cadere in ptisi ⁊ in intestinis accidit excoriatio quā curare difficile est. Oculis eni fiat colliriū cū aq̄ rosata in qua infundat̄ sumach vel colliriū fiat cum ātimonio dissoluto in aqua pluviali aut succo coriādri vel suco granati cū interiori medulla aut cū napta alba sed cōpetit valde in principio cum est suspitio ne veniant variole. Sed collirium optimum defendēs oculos ab eventu variolarum. ℞. pulpe granatorū nō vehementer expressorū ⁊ sumach ⁊ mirtillorum ⁊ coriandri preparati ana.ʒ.iij. terantur ⁊ infundantur in mortario agitando cum aqua rosata ⁊ plātaginis vel cū aqua mirtili vel coriandri ⁊ colentur: ⁊ in illa colatura dissolvat̄ cāfore ⁊ croci ana.℈.ß.⁊ de hac colatura ponantur in die sepe due vel tres gutte: sed pro defensione gutturis ⁊ partiū oris fiat gargarisma cū aqua decoctionis mirti ⁊ zuccari ⁊ succi granati pauco ⁊ grana granatoꝝ sugere sepe convenit ⁊ per sepe in ore decoctionem lentium rosarum ⁊ ad preservandū a squinātia fiat cum stipticis gargarisma tenēdo in ore. Et i vehementi dolore idem detur cum aqua calida cum zuccaro ⁊ convenit valde gargarisma cū diamorō ⁊ succo de berberis vel de mirto vel de mirra de citoniis ⁊ distemperetur cum modico aceti vini rubei ⁊ decoctione lentium excorticatarū ⁊ confert mora celsi ⁊ etiam rubi potissimum in dolore gutturis. Et preservativum actu frigidum administretur in partibus nariū ut odor aceti cum sandalis ⁊ oleū mirtinum trahere bonum ⁊ os si ledatur teneat in ore de muscillaginibus psillij ⁊ crustis in naso convenit unguentum de cerusa cum oleo rosato factum ⁊ cum terbentina. Et in interioribus membris lesis dentur cibi ⁊ potus frigidi ⁊ stiptici. Et pulmoni leso sirupus mirtinus convenit ⁊ loch factum de semine papaveris lentibus et dragaganto.

¶ Capitulum.xiiij. pro remotione vestigiorum variolarum ⁊ morbillorum.



Delentur vestigia variolarum ⁊ morbillorum cum istis similibus. recipe axungie anatis et galline ana.℥.j. muscillaginis draganti gummi arabici infusorum per noctem in aqua florum fabarum ana.ʒ.j. procellettarū temperatarū in aqua limonum per noctem.ʒ.v. borracis.ʒ.v. axunge porcine.ʒ.ij. misceantur cum aqua florum fabarum.ʒ.ij. in modum unguenti ⁊ ungatur facies in sero ⁊ in mane lavetur cū aqua furfuris ⁊ mirta el ecta dissoluta in oleo de semine lini vel de fisticis. oleum etiam de semine lini vel solum: vel mixtū cum oleo de fisticis tollit ⁊ oleū de semine coti. Aliud etiā utile recipe litargiri abluti radicū canne succi farine cicerum risi ⁊ ossium vetustorum ⁊ coti ana partes equales ⁊ urantur ⁊ coquantur cū aliquo liquore decorativo ⁊ in sero liniatur facies ⁊ in mane lavetur. Et cinis testudinum marinaꝝ ostrarum cum testa sua. pistetur ⁊ cicotrizetur ⁊ misceatur cum oleo et ungatur facies.

¶ Doctrina.ij. primi tractat⁹ de febribus non venenosis.

¶ Capitulum.j. de febribus aliis humoralib⁹ pclusis ⁊ pmo de sanguineis

COnclusae febres sanguinee sinoca ⁊ sinocus sunt. Sinoca enim est calor extraneus in corde accensus ob ebullitionem sanguinis prope cor ⁊ a corde emanans per venas ⁊ arterias in totū corpus opationes sanas ledens. Sed cū in duplici sint genere quedā sunt de

sola sanguinis ebullitione. Alia de putrefactione vna cū ebullitione. Et si inter clarissimos viros alteratio sit si q̄ cū putrefactione sanguinis est: fit colerica iā facta ⁊ per ꝯñs tertiana cōtinua. Sed quodcūq; sit cōclusa dicitur nec incōueniens putarem eam sanguineam putredinalē haberi. Nisi putrefactus sanguis longo ebullierit tempore potissimū. s. vt sanguinis formā amiserit ⁊ ei⁹ subtilior ps in colerā: grossior ꝟo in meliam verteret̄ vt de vino accidit ebulliente putrefacto nā lꝫ ebulliendo taliter putrefactū sit ⁊ tāto tpe vt formā vini amittat ⁊ cerconis formā recipiat irrecuperabilē cercone ⁊ nullo mō vinū dici dꝫ sed si vsq; ad tēpus aliqd ebullierit ⁊ tm̄ bullierit ꝙ adhuc vel natura: vel arte vinū redire possit nō nisi vinum dici dꝫ alteratū tamē alteratione qualitatiua nō substātifica ⁊ si etiā cōtrariū tolerari possit. Sed mō de sinocha inflatiua dicendū ꝙ sola fit de sanguinis ebullitione ⁊ nō corruptione vt solā alterationē qualitatiuā nō substantificā induerit ⁊ hāc nōnulli estimeram humoralē dixere. Et hec dupliciter qꝛ scꝫ vel in quanto vel in q̄li peccare pōt sanguis eius vel etiā in quāto ⁊ in quali simul qōcunq; sit inflatiua sinocha dicitur.

¶ Capitulum. ij. de causis febrium conclusarum sanguinearum.

Cause hui⁹ sunt inflāmatio ⁊ obstructio pororū cutis. Nā ista obstructione siue opilatione stante nō valet fieri libere euētatio caloris naturalis ⁊ etiā caloris sanguinis vnde fit eius sanguinis ebullitio ⁊ inflāmatio ⁊ in sanguine ꝓpinquo cordi qui cor inflāmat ⁊ accendit q accēsus p venas cōicat̄ toti corpi. Alia cā huius feb. est cause aliq̄ primitiue sanguinē calefaciētes sicut cibi calidi valde ⁊ aer calidus ⁊ exercitiuꝫ forte q̄ efficaciores sint opꝫ ꝙ q spūs calefaciūt cuꝫ sanguis grossior sit nec facile inflāmet̄ vt spūs. Cause aūt sanguinee feb. putride sunt repletio ⁊ opilatio Nā sola repletio nō satis est sed repletio cū opilatiōe. Nā facit ꝙ fumi qui eleuant̄ ꝓpt ebullitionē ⁊ calorē tā naturalē ꝙ innālē nec egrediētes ꝑ opilationē iducūt putrefactionē ⁊ calefactionē in sanguīe. vñ effumatio vaporū fuliginosoꝝ ad cor causat febreꝫ et dimissio euacuationis cōsuete ⁊ maxime sanguinee. s. flōmie vel alterius euacuationis sanguis vel exercitiū forte post repletionē ⁊ labores aīales vt ira furor ⁊ inordinata motio sanguīs ⁊ cā etiā est aquositas sanguinis generati ex comestione fructuū aquosorum qui nō bene digerūtur. Et ꝑsertiꝫ qñ sāguis ille aquosus putrescibilis ē de facili ⁊ sit̄ aquositas herbaꝝ facit sanguinē aquosum ⁊ illo irregulato ⁊ a natura derelicto fit faciliter putrefactio ⁊ cōsueti exercitio si subito dimittūt ipsum facile incurrūt putrefactionē sanguīs. Sed hmōi concluse seu sanguinee feb. iij. sunt species. s. omothena: augmastica ⁊ peraugmastica. Omotena eniꝫ est q̄ a principio ad finē sui semp eiusdē gradus est. Peraugmastica ꝟo que semper minuendo succedit vt cōtinuo tā febris ꝙ cā resoluatur. Augmastica autē est q̄ semp augēdo gradit̄. Et hmōi species tres tā in sinoca sine putredine ꝙ in sinocha. s. cū putredine reperiunt̄. Sed omotena est de resuantib⁹ ad vnicā creticā expulsionē ⁊ solū vnus paroxismus dici pōt. Peraugmastica semp minuendo ꝓcedit ⁊ plures paroxismos hꝫ. scꝫ tot quot ꝑdurāt dies. Augmastica ꝟo q̄ sēp augēdo ꝓcedit pessima est ⁊ pauce vel nulli⁹ spei: qm̄ plus de putredine vel calore auget̄ ꝙ minuat̄. In ꝑaugmastica ꝟo semp minuitur calor ⁊ putredo. In omotena ꝟo tā calor ꝙ putredo equaliter habēt ⁊ hmōi cā est qꝛ materia harū febriū vel semper est eiusdeꝫ ꝙtitatis ⁊ qualitatis: vel semp minuit̄: aut semp auget̄. Et febris nō putrida ꝑmutat̄ qñq; in putridā Sed si flebothomet̄ decenter nō ꝑmutat̄. Et qñq; ꝑmutatur ad causonē ꝓpter multā calefactionē in ꝑcordijs ⁊ qñq; ꝑmutat̄ in sirsen. Sed interdū in ethicā vel in alias feb. Nec incōuenit ꝑmutari etiā in subeth ⁊ in litbargiā ob infrigidationē factā ab infrigidantibus medicinis q̄ vapores eleuatos infrigidant ⁊ stupefaciunt et creticant: interdum febris hmōi p fluxum sanguinis nariū vel emorroydarum.

Cap. iij. de signis fe. sanguinis.

Hec febris ꝑmittit ante se grauitatē totius corpis ⁊ pigritiā ⁊ lassitudinē ⁊ in somno est stupor ⁊ q̄si amentia ⁊ inflatio in toto presertim venaꝝ rubedo ⁊ caliditas ⁊ sensatio quedam quasi verberati ⁊ istā etiā vt plurimum cōcomi-

tantur fe. hac et pulsus e eqlis sed spissus et magnus nec arteria dura e et assimilat estime re. Urine tn no valde distates a naturalib' licet plus rubee et grosse. caliditas ad tactu medici videt mitis et ad infirmum videt vehemes. Et vt plimu dolor capitis et mutatio ei' de loco in locu et inquietudo et ispiratio magna et freques. Nec sudor nisi apud crisim et pruritus nasi et sup collo et spatulis et lacrime interdu ex multa humiditate. Et sinoce putredinali est metis alienatio et apparitio lapadu vt in variolis et apparitio rerum rubearu in somnijs et saliua sibi videt dulcis. Sed signa coia ambab' fe. sinocis sunt pruritus in naso et in locis vbi vetosat. Et difficultas anhelit' pter plenitudine venaru et pfundatio somni et caliditas sentit eqlis p totu et grauitas capitis et egressio oculoru et pulsus magn' lz in putredinali sit minor. et augmastice fe. signa sunt inferiora oia et fe. suspecta valde et vt plurimu pdens. Sz omotene signa sunt q in pncipio videt deterior aut augmastica et multis dieb' sic pdurat. Epigmastice vo signa sunt vehemetia eius in pncipio. sed in scdo tertio et qrto die minoratur. Signa pnostica mala sunt difficultas smonis et agitatio infirmi huc illuc et inflatio vetris et son' sicut timpani. Et qn apparet pucta minuta sicut morsus pulicis fuge ab ea. et qn apparent liuiditates p aliquas ptes sicut pecie liuide significat extinctione caloris naturalis et etia difficultas anhelit' mala signa valde. Sz signa bona sunt sincopis pter fluxu sanguis qn vitalis virtus est costas et hipostasis alba in vrina rubea bonu. sed si hipostasis sit rubea significat fe. loga sed salua. ¶ Pronosticu. si pustule liuide aut nigre et si in vetre audit sonus et lacrime inuolutarie appareat et difficultas anhelitus et sfocatio et apa i vijs anhelit' et si post somnu sentiat se grauatu oia significat mortem et apparitio velox digestiois sigt crisim citam et in tarda tarda. et salus vel mors referuntur ad virtute quare attendat virtus.

¶ Capitulu. iiij. de cura fe. sinoce p dieta.

Sinoce fe. cum sint morbi acuti et in illis intentio sola sit ad morbum et causas morbi in talib' siue sint cu putredine siue sine. de virtute paru est intentio qz cum virtute forti incipit. Unde solu requirit fe. extinctione caloris et ebullitiois et crisis e festina et istaru ta sinoce inflatiue q putride cura eade est. solu tn differut sm magis et min' et io dieta tenui valde indigent vt nec carnes nec oua nec vinu nec confectio de zuccaro et min' de melle. puenitt ergo in earu principio vel aqua ordei subtilis vl' vinu granatoru murorum vel fruct' aliqui aceto si reputa vel panis lotus cu frigida aqua et bene lotus. in augmeto vo dieta subtilior requirit. In statu aut subtilissima. in declinatione vo ingrossari paululu. Sed qz hoc tepore pro psuetudine sum' minus obedietes canonib' medicine. Tum etia qz hoies sunt magis delicati et magis resolutioni parati opus e paululu igrossare. s. vel dado ptisana non collata vel mica panis lota et cu hoc de vino pro psuetudie. Vinu ergo sit paucifer valde limphatu sed aq decocta sit pot' eoru et sit frigida. Et si viteri' ingrossare volum' sit cib' eoru lactuca et scariola cu pauco pane et cu aceto tm codita et sine sale et si volumus de cucurbita elixata paru codita et si no ptentent astantes et potissimu mulieres veniat vsq ad auiculas elixatas aut pullas puas vbi cu eis elixet et de agresta aut bulliat et cucurbita aut vnu aranciu cum cortice et carnes in paucissima qtitate et in statu egritudis dieta tenuissima q est nihil dare si virt' toleret. si vo no sic sufficeret: veniat ad ptisana no colata isto tepore vel ad mica valde lota cu aceto aspam et pauco zucaro. Sed in sinoca putrida addat plus de acetosis d aracijs et fructib' acetosis vl' herbis acetosis vt acetosella: et sit in ea maior infrigidatio vt cu cucurbita cucumere citrullo et mellone indo et odoret aqua rosatam cum aceto in quo sit de puluere sandaloru et cafore et aceto. Et camera habitet terrena potius versus sus septentrione et no humida licet in sinoco de putredine plus pueniat cu aliqli humiditate. Et stet in leticia et amenitate cu pstratione reru odorabiliu sicut sut extremitates vitis et folioru redolentiu et aceti.

¶ Capitu. v. de cura sinocaru p potione.

Cura aut sinoce per potione fit vel euacuado: vl' alterado. Euacuado potissimu p flobotbomia fit: alterando vero p admistrationem aque frigide in potu. Flobotbomia ergo fienda quas

primū inflatiua sinoca idest ī sinoca sine putredine nec exspectari debet vel digestio vel alia preparatio nisi ꝙ p̄mo fiat lenitio aliq̄ presertim cū clisteri si non pōt exspectari lenitio ꝑ superius ⁊ clistere debet eē cōe cum cōibus herbis. sed si accidat egrū esse valde repletū in stomacho ex cibo de ꝓximo assū⸗pto exspectetur eius digestio: si vero nimis differre opꝫ: euacueť ꝑ vomitū ⁊ immediate flobotbomia fiat: sed si sit in eo multa diffi⸗cultas anhelit⁹ ꝑpter multitudinē vaporuꝫ petentiū cor et q̄si suffocātiū. Primo fiat flobotbomia de vena nigra. i. media q̄ euacuat a corpore magis demū de epatica ⁊ flobo⸗tbomia in tāta sit q̄titate quātā ꝟt⁹ toleret vsqꝫ ad lipotamiam exclusiue poti⁹ ⁊ nō inclusiue ad sincopim nisi sit sincopis recu⸗perabilis q̄ nō ꝑpter defectuꝫ venit ꝟtutis sed ꝑpť materias colericas petēres os sto⸗machi nec quoquo mō differať in īflatiua. i. sine putredine ⁊ copiosior etiā sit ꝙ in putrida ⁊ hmōi flobotbomia cōuenientior est in pluribus vicibus ꝙ̄ in vnica inter q̄s si op⁹ est: cōuenit etiā aliqualis refocillatio cuꝫ ci⸗bo si sit expediens ⁊ si flobotbomia aliqua causa fieri non pōt vel q: infirm⁹ non cōsen⸗tit vel quia debilis fiant ventose cum scarificatione vel in natibus vel in spatulis vel in coxis ⁊ in diuersis locis. vel fiat eductio sanguinis cum sanguisugis iuxta emoroidas vel in natibus vel in spatulis vel in extremitatibus auriū. vel exciteť fluxus sanguis na⸗rium ⁊ nō est necesse somnū ꝓhibere inter duas euacuationes si virtus non sit fortis et refocilletur etiā si opus sit añ secundā flobotbomiā ⁊ refectio ꝟtutis cum cibo fiat cum mica panis infusa in vino granatoꝝ ⁊ agresta vel in vino debili bene linfato vel etiā cū vino vinoso bñ linfato ꝟtute exigēte vel cuꝫ rosata nouella aut zucaro violato vel rosato si sit indigētia ꝑpť ꝟtutis defectū. Et si sit opus lenire añ flobotbomiā fiat lenitio tu⸗tius cū clisteri q: celerior est sed si fiat ꝑ su⸗peri⁹ pōt fieri cuꝫ decoctiōe passularū pru⸗norū tamarindoꝝ distemperata cassia vel māna in eo ⁊ post flobotbomiā iterū lenire si opꝫ vel cuꝫ clisteri vel medicina p̄sertim si in corpe percipiātur materie vł necessario vel cōtingērer repte. Et q̄ nccārio inueniuntur sunt feces in itestinis. Que ꝟo cōtingen⸗ter sunt ꝑtes q̄dā serose ⁊ aquose q̄ in mesaicis venis vel in venis epatis iueniūť ⁊ opilationē faciūt. Ne fumi surgētes ex ebullitiōe exhalēt vel effumēt vñ ī calorē ⁊ putredinē addūt ⁊ poroꝝ apertio fiat potissimum post flōtbomiā effícaci⁹ sed tñ añ flōtbomiā non incōuenit fricatio q̄dā leuis ⁊ blāda cū manib⁹ nātam apiendo poros ꝙ subtiliādo vapores cōfert ſꝫ post flobotbomiā si opus sit ad maiorē apertionē ⁊ repssionem fumoꝝ fiat fricatio ⁊ cū mādili minorata inflāmatione fe. ⁊ sedata flāma etiā ad intra dari possunt q̄ apiant ⁊ ptim infrigidēt ⁊ potissimū si sanguis sit grossus ⁊ sint sirup⁹ acetos⁹ simplex cū aqua endiuie ⁊ capilloꝝ veneris. ⁊ si sit grossior acetosus cōposit⁹ cū aq̄ endiuie ⁊ capilloꝝ. Sꝫ sāguie existēte subtili fiat igrossatio cū sirupo iuiubino ⁊ lentes excorticate ⁊ decocte ī aceto ꝯueniūt igrossando. ⁊ adhuc dꝫ eē intētio ad ꝓhibendū putredinē in sinoca putrida. Et in frigido ēt valde ꝯuenit facta iā flōmia etiā pluries si opꝫ q: securior. et si cū flōmia ista nō sit sedat⁹ calor sufficiēter infrigidatio cū aq̄ frigida valde laudať. sed ego nō vitupo ēt si sit aliq̄d de aceto sanguie existēte grosso. ſꝫ sit acetū in paucissima q̄titate ⁊ aq̄ p̄io sit decocta post infrigida⸗ta. Cibi ēt in hac putrida sint tendentes ad acetositatē vt granata ⁊ arantia poma q̄ sic integra aliq̄tulū buliri possunt cū carnib⁹ si cōcedanť carnes. ⁊ si tardať flōmia aut non fiat existente magna flāma in h'is fe. aqua ista decocta ⁊ infrigidata in magna tñ q̄titate cōfert in sinoca ⁊ in sinoco siue cū aceto siue sine ⁊ existētib⁹ cōditionib⁹ requisitis ad potū eius ⁊ maxime ꝙ non sit apostema in stomacho vł epate ⁊ sit iuuenis carnosus assueť⁹ et ⁊ affectat eā. ⁊ etiam q̄ñ conditiones requisite in potu aque frigide non ad⸗sunt dūmodo sit maxima flāma febris ⁊ flobotbomia facta sit. adhuc forte cōcedenda est q: maius est iuuamentū ꝙ̄ nocumentū. cuꝫ nocumentū solū sit ꝓlongatiōis fe. ⁊ iuuamentū mortē vel ethicā ꝓhibere. Quan⸗titas aūt a quibusdā explicať ⁊ dicūt minā vnam que est pondus quattuor libraruꝫ. et valde vtile est semen psiliȷ̄ infusum vna nocte in aqua infrigidata. et clistere factuꝫ ex aqua latuce cum muscillagine psiliȷ̄ et oleo rof. extinguit inflammationē ⁊ tremo

rem cordis ꝛ de infrigidantibus ab extra est cerotum factū ex oleo ro. ꝛ aqua citrulli ꝛ cucurbite ꝛ iusquiami si ponatur sup stomacho ꝛ epate. extinguit eni extinctione vltima quare fe. cōclusa sinocha que augmasticus dicitur debet cū maiori diligētia ꝛ cum his que dicta sunt attendi ꝛ celerius fieri flebothomia ꝛ magis copiosa ꝛ aqua frigida citius ꝛ in maiori q̄titate dari. ꝛ in paugmastica min⁹ In omotena vero mediū teneri dꝫ ꝛ si supueniant accidentia vt sincopis ꝛ pulsus cordis fluxus sanguinis narium recurratur ad sua loca vel capitula.

¶ Capitulū. vj. de colericis fe.

